	1656.	*Alexander* WILTHEMIVS, Luxemburgensis, Sacerdos Iesuita & Archaeologus, hoc anno *De Phiala reliquiarum S. Agathae Virginis & Martyris* disseruit, *Augustae Taurinorum*, 4. mox *Diptychon Leodiense ex Consulari factum Episcopale, & in illud Commentarium* suum, *Leodii*, 1659. fol. item *Appendicem ad Diptychon Leodiense*, Leodii, 1660. fol. nec non *Ad Diptycha Leodiensia antehac a se edita, Adnotationes, Leodii*, 1677. fol. in vulgus exire iussit, qui omnes libri, praesertim *Appendix ad Diptychon*, inuentu difficiles sunt. Interim bonum factum, singulos ab *Ant. Franc. Gorio* typorum formulis iunctim repetitos esse in *Thesauro Diptychorum, Florentiae*, 1759. fol. Tom. I. p. 1.=119. Nat. 1604.=Θ. vid. *Königii Bibl. Vet. et Nov.* voc. — *I. A. Fabricius* ad *Banduri Bibliothecam Numariam*, p. 227. (z.)
	1656.	*Antonius* CLEMENTIVS, Ziriczaeo-Zeelandus, *Epistolarum Salmasii* hoc anno editor, eiusdemque Biographus, *Lugduni Batavorum* 4. Nat 1620. circiter=Θ. 1657. vid. *Petr. de la Ruë Geletterd Zeeland*, p. 176. 177. — *Paquot Mémoires*, Tom. XIV. p. 427.

Io-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Ferdinando* III.	1656.	*Johannes Georgius* GRAEVIUS, (vernaculo Germanorum ſermone *Gräfe*,) Numburgenſis Saxo, Rhetor, Hiſtoricus, Philologus, Criticus, vno verbo Polyhiſtor, primum hoc anno Duisburgenſis Academiae, tum Daventrienſis Athenei, & tandem noſtrae Academiae, hoc quoque anno iam *Iſaaci Caſauboni Epiſtolas*, cum *Epiſtola* ad *Thom. Reineſium*, *Brunsvigae*, 4. in publicum prodire iuſſit. Nat. 1632.=Θ. 1703. Eius Icon paſſim cernitur, cum in limine *Theſauri Antiqv. Romanarum*, tum ſecundae editionis *Corporis Inſcriptionum Gruteriani*. vid. *Königii Bibl. Vet et Nov.* voc. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 262. 263. — *Morhoſius* V. *Polyh.* c. II. §. 16. p. 940. Tom. I. — *Bandurii Bibliotheca Nummaria* n. CLIV. p. 129. 130. — *Crenii Animadv. Philolog.* Part. XVI. p. 323. & Part. XVII. p. 15. 19. — *Jo. Fabricii Hiſtor. Biblioth.* Part. III. p. 274. 275. — *Heumanni Via ad Hiſt. Lit.* c. II. §. XIV. p. 23. — *Io. Martini Schamelii Numburgum Literatum*, n. 68. p. 96. 97. — *G. Burmanni Traiectum eruditum*, p. 112.=123. cuius de eo dictis haec addere lubet, ipſum *Graevium* munificentiam regis Franciae Ludovici XIV. laudaſſe in Dedicatione *Orationum Ciceronis*, p. 59. & 60. *Praef. et Epiſtolarum* a *Fabricio* digeſtarum, vnde haud iniuria ſuſpiceris, Regem Franciae, exemplo *Alexandri Seueri*, apud *Lampridium*, in *Alexandro*, 3. & 27. literatos homines reformidaſſe videri, *ne quid de ſe asperum ſcriberent;* praeterea

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Ferdinando* III.		ſub manibus habuiſſe *Miscellaneorum*, haud dubie Criticorum, *libros* argumento eius Praefationis ad *Catullum*, *Tibullum*, *Propertium*, p. 200. *Praef.* & *Ep. Fabric.* qui, quo abierint, non habeo dicere, tum non paucos viros doctos in eum, ſeu viuum, ſeu mortuum meritas congeſſiſſe laudes. Ita *Brouckhuſius*, *virum optimum*, *eruditiſſimum*, *humaniſſimum*, ad I. *Propert.* XI. 30. *virum ſummum*, ad eundem I. XIV. 10. *magnum virum*, ad II. VII. 62. *principem in his literis virum*, ad III. El. IX. 33. & *Duckerus*, *eruditorum noſtrae aetatis facile principem*, appellat, in *Praefat.* ad *Florum*, ſtell. 1. plag. 6. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jean George) *Graevius*, Savans du XVII. Siecle. — *Catal. Biblioth. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1279. — *Paquot Mémoires*, Tom. X. p. 369.=448.
	1656.	*Renatus* VALLINVS, nescio cuias, non incultus hoc anno interpres *Boethii Conſolationis Philoſophiae Librorum* V. aliorumque eius *Opuſculorum Sacrorum*, *Lugd. Batav.* 8. Quantum ex eius *Notis* coniicere licet, ſane crediderim, eum & Gallo-Francum, & pontificium hominem fuiſſe.
	1656.	*Jacobus* WALLIVS, Sacerdos Jeſuita, carminum elegantium, quae hoc anno primum, *Antwerpiae* 12. prodierunt, & ſaepius deinde operas exercuerunt, velut, *Lugduni* 1688. 12. *Norimbergae* 1697. *Antwerpiae* 1699. 8. auctor. Eum vero *Brouckhuſius* mox

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principium. *Ferdinando* III.		mox *virum omnibus poëticae artis laudibus florentissimum*, ad I. *Propert.* El. II. 32. mox *clarissimum sidus literatae Belgicae*, ad eumdem, III. I. 41. mox *poëtam omnium Iesuitarum longe cultissimum*, ad I. Tibull. I. 74. laudat. vid. *Königii Bibl. Vet. et Nov.* voc. — *Baillet Jugemens*, Tom. IV. des *Poëtes Modernes*, n. 1531. p. 337. 338.
	1656.	*Abrahamus* VICOFORTIVS, f. de WICQVEFORT, ortu Amstelaedamensis, habitatione varius, mox Parisiensis, mox Batavus, mox Germanus, Historicus, & legationum prudenter administrandarum, suo ipse exemplo non admodum felix auctor, & magister, hoc anno *Adami Olearii Iter Moscoviticum et Persicum* de theotisco francicum fecit, *Relation du Voyage de Moscovie, Tartarie & de Perse fait à l'occasion d'une Ambassade envoyée au Grand Duc de Moscovie, & au Roy de Perse par le Duc de Holstein .... traduite de l'Allemand du Sieur Olearius, Secretaire de la dite Ambassade*, Paris 1656. 4. *Lengletus du Fresnoi* in *Catalogo Historicorum*, Tom. IV. p. 305. laudat editionem *Parisiensem*, 1659. duobus codicibus 4. aitque, longe meliorem esse editionem Batauam 1726. duobus codicibus, fol. Similiter *Garciam de Silva*, hominem Hispanum, Francice loqui iussit: *L'Ambassade de D. Garcias de Silva Figueroa en Perse, traduite de l'Espagnol par Mr. de Wicqvefort, Paris* 1667. 4. praeterea cum in Batauis, tanquam rerum publicarum aut speculator, aut proditor, custodia sepire-

 tur,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Ferdinando* III.		tur, sui defendendi caussa emisit *Mémoires touchant les Ambassadeurs & Reponses aux Ministres publics, par L. M. P.* (h. e. Le Ministre Prisonnier, Mr. Wicqvefort) *à Cologne* 1676. 12. in primis vero *Legato* suo, & eius *Officiis*, (*L'Ambassadeur, & ses Fonctions, à la Haye*, 1681. 4. item *Amsterdam*, 1736. 4. duobus codicibus) effecit, vt eius nomine apud loquaces & ventosos *Statistici* spiritus homines nihil hodie sit celebratius. Demum historiam Batauam sui temporis sub auspiciis magni illius *Iani Wittii* scribere coepit, quae tamen posthac variis rei publicae casibus intermissa non prius lucem vidit, quam huius saeculi Anno vndeuicesimo. *De Wicqvefort Histoire des Provinces vnies confirmée, & éclaircie par de preuves authentiques, Haye* 1719. fol. Nat. 1598.=Θ. 1682. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1699. — *Paqvot Mémoires*, Tom. I. p. 351.=361.
	1657.	*Petrus* CORNELIVS, (vulgo: *Corneille*,) Rothomagensis, Poëta Dramaticus Parisiensis, circa hoc tempus iam inclarescere coepit, quoniam *Thomam Kempisium* de *Imitatione Iesu Christi*, iterum francicis versibus loqui, hoc anno, *Bruxellis*, 12. iussit, cum idem antea, *Leidae* 1652. 12. (v. *Catalog. Crevennianum*, Vol. IV. p. 141.) eiusmodi versus fudisset. Nat. 1606.=Θ. 1684. Numum eius exhibet *Museum Mazzuchellianum*, Tom. II. Tab. CXXX. No. III. ad p. 133.

vid.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Ferdinando* III.		vid. *Baillet Jugemens*, Tom. IV. des *Poëtes Modernes*, p. 316.=337. n. 1530. — *Morhofius* VII. *Polyb. Lit.* c. I. §. 9. p. 1011. Tom. I. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1176. & Vol. III. p. 2077.
	1656.	*Philippus* PRIORIVS, (vulgo: *Le Prieur*,) Theologus & Hiſtoricus, hoc anno *Animadverſiones in Libros Praeadamitarum, ſiue Anti-Exercitationem ſuper verſibus* 11. 12. 13. *Cap. V. Ep. ad Romanos*, *Pariſiis*. 8. ſcripſit. (v. *Catal. van Goenſianus*, Tom. II. p. 18.) vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 254. n. 552.
	1657.	*Georgius* MOEBIVS, Laucha Thuringus, Theologus & Philologus Lipſienſis, hoc anno *Tractatum Philologico-theologicum de Oraculorum ethnicorum origine, propugnatione & duratione*, *Lipſiae* in vulgus emiſiſſe dicitur. ☉. 1697. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Io. Fabricii Hiſtor. Bibl. Part.* V. p. 372 = 374. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1445.
	1656.	*Daniel Georgius* MORHOFIVS, Wismarienſis, Poëta, Rhetor, Hiſtoricus, & Philoſophus, vno verbo, Polyhiſtor Academiae Kilonienſis, hoc anno primum *Juvenilia carmina*, duodeviginti annos natus, promulgauit, argum. *Prolegomenorum* ad Tomum II. *Polyhiſt.* §. XLVII. p. 33. vbi etiam de ceteris eius ingenii & doctrinae monumentis

SAEC. XVI	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		tis actum est, quae hoc loco repetere nihil attinet. Nat. 1639.=1691. Imago eius ante *Polyhistorem Literarium Philosophicum & Practicum* cernitur, cuius novissima editio *Lubecae*, 1747. 4. prodiit. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. V. p. 418.=428. & Part. VI. p. 290.=293. — *Io. Alb. Fabricius* initio *Praefationis* ad Morhofii Polyhistorem. — *G. Krantzius* ad *Conringium*, l. l. Saec. XVII. c. V. p. 226. (5.) — *C. A. Heumanni Via ad Historiam Literariam*, c. II. §. 10. (i) (k.) p. 18. 19. & c. VII. §. XLI. p. 487. 488. — *I. M. Gesnerus* ad *Isagogen*, §. 622. p. 507. Tom. I. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1452. 1453. — *Halleri Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. VI. §. DLXXI. p. 633.
	1658.	*Iohannes Alphonsus* BORELLVS, Neapolitanus, Philosophus, & Mathematicus Pisanus. Licet iam Anno 1649. alligari potuisset propter: *Cagioni delle febri maligne di Sicilia*, 1649. 12. tamen *Euclides* ab eo *restitutus*, *seu prisca Geometriae Elementa facilius contexta*, *Pisis*, 1658. 4. maiorem ei laudem pepererunt, vti etiam *Apollonii Pergaei Conicorum Libri V. VI. & VII. Paraphraste Abalphato Asphahnensi nunc primum editi. Additus in calce Archimedis Assumptorum liber ex codicibus Arabicis MSc. Ser. D. Etruriae Abrahamus Ecchellensis Maronita, Latinos reddidit. Joannes Alphonsus Borellus, in Pisana Academia Matheseos Professor*,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio, 1658. = 1705.*		*sor curam in Geometricis versioni contulit, et notas vberiores in vniuersum opus adiecit, Florentiae,* 1661. *fol.* & *Antwerpiae* 1665. *fol.* Nat. 1608 =☉. 1679. vid. *Morhofii Polyhist. Philosoph.* L. II. Part. I. c. XVII. §. 7. p. 259. L. II. Part. II. c. VI. §. 6. p. 297. (f.) c. XLVIII. §. I. p. 448. & L. III. c. I. §. 18. p. 461. Tom. II. — *Krantzius* ad *Conringium*, l. l. Saec. XVII. c. II. p. 203. (24.) — *Gesnerus* ad *Isagogen*, §. 1012. p. 342. Tom. II. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jean Alphonse) *Borelli.* — *Catalog. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1100. — *Montucla Histor. Mathes.* Tom. II. Part. IV. L. VII. §. VIII. p. 475. f. — *Giammaria Mazzuchelli Gli Scrittori d'Italia, in Brescia* 1762. fol. Vol. II. Part. III. voc. (Giovanni Alfonso) *Borelli*, p. 1709. = 1714. — *Halleri Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. VI. §. CDLII. p. 490. 491.
	1658.	*Ludovicus* IACOBILLVS, Romanus, Presbyter, & Bibliographus Fulgineensis, hoc anno *Bibliothecam Vmbriae, de Scriptoribus* & *Sanctis* & *Beatis, Fulgineae*, 4. in lucem prodire iussit. Nat. 1598. = ☉. 1664. vid. *Fabricii Conspectus Thesauri Litterarii Italiae*, p. 308.
	1658.	*Petrus* JOFFREDVS, Sacerdos Niciensis, Historicus, & Archaeologus, hoc anno *Nicaeam Civitatem sacris monumentis illustrauit, Taurini*, fol. quae deinceps Thesauri Ita-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		Italiae, Tomum IX. Partem. VI. occupauit. ⊖. 1692. vid. *Petr. Burmannus*, maior, in Praefatione ad Tomum IX. Partem VI. p. (2.)=(4.) — *Io. Alb. Fabricius* in *Conspectu Thesauri Literarii*, p. 130. 131.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1656.	*Placidus* REYNA, Historicus, & Philosophus Messanensis, hoc anno *Vrbis Messanae Notitiam Historicam* etrusco sermone *Messanae* fol. dedit, quam postea latine redditam, adnotationibusque & praefatione ornatam *Thesauri Antiqvitatum Siciliae*, *Parti* IX. inserendam curauit praestantissimus Theologus, & Philologus *Io. Laur. Moshemius.*
	1658.	*Johannes* FONTANA, vulgo DE LA FONTAINE, Poëta, & Apologorum Scriptor Gallo-Francicus, hoc anno *Fabulas*, vel potius Apologos versibus Francicis legendos praebuit, (*Fables Choisies mises en vers par Mr. de la Fontaine*, *Anvers*, 1658. 5. *Tomes*. v. *I. B. L. Osmont Dictionaire Typographiqve*, Tom. I. p. 293. 294.) Nat. 1621 = ⊖. 1695. Imago eius in numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. 138. n. 7. & 8. & Tab. 139. n. I. ad p. 156. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. IV. des *Poëtes Modernes*, n. 1551. p. 369. 370. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jean de la) *Fontaine.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1246. — *Contes & Nouvelles en vers par Mr. de la Fontaine*, *Tom. I. & II. Amsterdam*, 1764. 8. *Fables Choisies mises en vers par J. de la Fon-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*Fontaine*, Tom. I. à Leiden 1761. 8. Tome II. 1764. Tom. III. 1770. & Tome IV. 1775. 8.
Leopoldo, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705	1658.	*Raphaël Trichetus* DV FRESNE, siue FRAXINEVS, Burdegalensis, Philologus & Archaeologus Parisiensis, hoc anno *Epistolam ad Petrum Seguinum, de Charondae Effigie, in numo Catanensi expressa*, *Parisiis.* 8. editam, scripsit, quae deinceps typis repetita fuit in *Thesauri Antiquitatum Graecarum Gronoviani*, Tomo X. Proximo anno idem *Hieronymi Magii Libro de Equuleo*, *Paris.* 1639. 4. eiusdem viri docti *Elogium* addidit. Post eius, vt videtur, mortem *Catalogus Librorum Bibliothecae Raphaëlis Tricheti du Fresne*, *Parisiis* 1662. 4. lucem vidit, qui non admodum obvius esse solet. vid. *Anselm. Banduri Bibl. Nummaria*, n. LXXV. p. 68. 69. — *Io. Alb. Fabricii Conspectus Thesauri Ital.* p. 10. & 240. & *Petr. Zornii Bibliotheca Antiqvaria & Exegetica*, Tom. I. Part. II. p. 105.=124.
	1658.	*Antonius* VARILLASIVS, Gueretio-Francicus, Prudentiae civilis Scriptor, & Historicus non admodum tutae fidei, hoc anno *Politicen domus Austriacae*, vel arcana dominationis Austriacae, (*Politiqve de la Maison d'Autriche*, *Paris* 1658. 12.) patefecisse sibi visus est. Nat. 1624.=θ. 1696. vid. *Krantzius* ad *Conringium*, l. l. Saec. XVII. c. V. p. 221. (56.) — *Io. Alb. Fabricius* in *Plagiariorum Centuria*, n. XCI. p. 94. — *Ioh. Matthi. Gesnerus* ad *Isagogen*,

F 2 §.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		§. 408. p. 343. *in cuius*, ait, *historiis variis Galliae omnia plena sunt mendaciis.* — *Freytag Analecta Litteraria*, p. 453. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1668. 1669.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1658.	*Fridericus* BRVMMERVS Lipsiensis, Reinesii discipulus, & amicus, ICtus, & Philologus, hoc anno *Declamationem contra otium studiorum pessimam pestem* habuit, *Lipsiae* 4. Satis diu post eius mortem omnia eius *Opuscula* tam edita, quam in scriniis adhuc priuatis custodita sub titulo *Brummerianorum* in lucem protraxit *Georgius Beyerus*, ICtus, *Lipsiae*, 1712. 8. Eius *Obseruationes* quasdam *ad Iuvenalem* seruasse se ait *Fabricius Bibl. Lat.* L. II. c. 18. Tom. II. p. 735. ed. Hamburg. quod ex editione, Lipsiensi, p. 365. Tom. II. cognoscere non potuissem, sublato quippe prima personae discrimine, Fabricius, an Ernestius de se loquatur, saepe incertior factus, qvam dudum. Nat. 1642 =⊖. 1661. Cursoris publici culpa vndis *Arberini* fluvii in Francia haustus interiit. vid. *Künigii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Frid. Bened. Carpzovius*, in *Epistol.* ad *Nic. Heinsium*, p. 277. *Sylloges Epist. Burmannianae*, Tom. V. — *Io. Georg. Graevius*, in *Praefat.* ad Tom. II. *Thesauri Antiqv. Rom.* p. 253. *Praefat. & Epistol.* ed. Fabric. eum nominat *suum necessarium, & in ipso aetatis flore, cum ex Gallia in Italiam iter faceret, extinctum*; ejusdemque *dissertationem de lege Cincia* vocat *egregiam & doctam*, ad *Cic.* II. *offic.* 19. — *Morhofius* in *Polyhist. Pract.* L.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		L. VI. Sect. III. §. 7. p. 568. Tom. II. — *Io. Alb. Fabricii Conspectus Thes. liter. Italiae* 194. 195. — *Io. Frid. Iugleri Supplementa Biographiarum Iuridicar.* Tom. V. Part. I. n. X. p. 103.=107.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.	1658.	*Petrus* HENDREICH, Historicus & Archaeologus, hoc anno *Massiliam* descripsit *Argentorati*, minima forma, quae non modo in *Rebus publicis*, ita vulgo nuncupatis *Elzevirianis* censeri solet, sed etiam *Thesauro Antiqvit Gronoviano*, Tom. VI. inserta est.
	1658.	*Joachimus* HILDEBRANDVS, Walkenriedamus, Theologus Lutheranus, & Historicus, primum Helmstadiensis, tum Cella-Luneburgensis, qui quidem citius *Enchiridio de primitiuae Ecclesiae sacris publicis, templis & diebus Festis, Halmstadii*, 1652. 4. item *Rituali Primitiuae Ecclesiae Orantium*, ibid. 1656. 4. edito, iam innotuerat, nunc vero mihi commemorandus esse videbatur propter *Orationem de Fundatione Academiae Juliae, Helmstadii*, 1658. 4. Eo autem mortuo Disputatio eius de *Natalitiis veterum sacris & profanis, Helmstadii* 1697. 4. prodiit. Nat. 1623.=☉. 1691. vid. *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. IV. p. 336. 337. & Part. V. p. 302. — *Krantzius* ad *Conringium*, l. l. Saec. XVII. c. I. p. 188. (65.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1318.
	1658.	*Andreas* REYHERVS, Henricio-Henneber-

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		gicus, Philologus Gothanus, en anno *Curtium* recognouit, *Gothae* 8. Nat. 1601.=☉. 1673. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1555.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1658.	*Petrus Iohannes* RESENIVS, Hafnienſis, ICtus, Hiſtoricus, & Philoſophus, hoc anno habuit *Orationem de Excellentia Iuris Danici quoad cauſam efficientem, materiam, & formam.* eidemque poſtea ciuitas literaria cum *Eddam antiquam, Hafniae*, 1665. 4. tum *Inſcriptiones Hafnienſes, Hafniae*, 1668. 4. in acceptis retulit. Nat. 1625.=☉. 1688. vid. *Pauli Freheri Theatrum*, Part. II. Sect. IV. p. 1170. ſine imagine. — *Bayle Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Pierre) *Reſenius*, Conſeiller, & Profeſſeur. — *Frid. Gotth. Freytag Analecta Litteraria*, p. 764.=766. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1551. 1552.
	1658.	*Georgius Wolfgangus* WEDELIVS, Golſa-Luſatus, Medicus, Philologus, & Archaeologus numarius Academiae Jenenſis, iam hoc anno inclareſcere coepit, edita *De conſenſu partium corporis humani* disputatione, *Coburgi* 4. Poſtea non pauca ſui in bonas cuiuscunque generis literas amoris & ſtudii, nec vsquam clarius, quam in duabus *Centuriis* lectu iucundiſſimarum pariter, atque rarius hodie plene obviarum *Exercitationum Medico-Philologicarum*, inde ab A. 1686. ſcriptarum, duobusque Codicibus, *Jenae* 1702.=1714. 4. euulgatarum, argumenta doc-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principium. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		doctis hominibus persuasit. Nat. 1645.=⊖. 1721. Imago eius in numis *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLXI. Num. V. VI. ad p. 252. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Fabricii Histor. Bibl.* Part. VI. p. 34=38. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1691. — *A. Haller Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. VI. §. CDXXXVIII. p. 471. 472. *Bibliotheca Botanica*, L. VIII. n. 660. p. 557. —561. Tom. I. vbi *Centuriae II. tantum*, inquit, 50 *Exercitationes prodierunt ab A.* 1704. *ad Annum* 1720. *prius excusae.* &c. *Bibliotheca Chirurgica*, Tom. I. L. VI. §. CCCXXI. p. 400.=403.
	1658.	*Zacharias* BOGANVS, Philologus Devoniensis, Anglo-Britannus, cui debetur *Homerus* Ἑβραΐζων, *siue Comparatio Homeri cum Scriptoribus Sacris quoad normam loquendi. Subnectitur Hesiodus* Ὁμηρίζων, *Oxonii*, hoc anno editus, 8. Nat. 1625.=⊖. 1659. v. *Morhofius* I. *Polyh. Lit.* c. XXI. §. 76. p. 251. & L. IV. c. VI. §. 20. p. 791. Tom. I. — *J. G. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Zacharie) *Bogan.* — *F. G. Freytag Adparat. Litterar.* Tom. I. n. CLIIX. p. 430.=433. — *David Clement Biblioth. Curieuse*, Tom. IV. p. 449. 450. (63.)
	1658.	*Johannes* DOVGTAEVS, (vulgo: *Doughty,*) Worcestriensis Theologus, & Philologus

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		gus Westmonasteriensis Anglo-Britannus, fortassis anno *Analecta Sacra* edidit, argumento subscriptionis hujus anni in *Praefatione* ad Lectorem. *Amstelaedamensis* enim editio 1694. 8. altera est. ϴ. 1672. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. VI. p. 156. 157.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1658.	*Guilielmus* SPENCERVS, Theologus, & Philologus Cantabrigensis, hoc anno *Origenem contra Celsum* recensuit, eruditisque animadversionibus illustravit; Cantabrigiae, 1658. & 1677. 4.
	1658.	*Franciscus de le Boe* SYLVIVS, Hanoviensis, ab hoc anno Medicus Academiae Lugdunensis. Nat. 1614.=1672. vid. *Krantzius* ad *Conringium*, l. l. Saec. XVII. c. IV. p. 209. (r.) — *Io. Fr. Foppens Bibliotheca Belgica*, Tom. I. p. 786. 787. — *Catal. Bibl Bunav.* Tom. I. Vol. II p. 1635. — *Paquot Mémoires*, Tom. I. p. 193=201.
	1659.	*Franciscus* CARPENTARIVS, Philologus Gallo-Francus, hoc anno *Xenophontis Cyripaediam* de graeca Francicam fecit, *Parisiis*. 8. Eiusdem vero dissertationem, quam *Ciceronis* de *Cyripaedia Xenophontea* iudicio, I. *ad Q. Fratrem Epist.* I. opposuit, editam esse negat *Fabricius Bibl. Graec.* L. III. c. IV. p. 72. Vol. II.
	1659.	*Nicolaus* CHORERIVS, (vulgo: *Chorier*,) Vien-

SAEC. XVII. | AER. CHR. | PARS QVINTA.

Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.

Viennensis Gallo Francus, ICtus, Philologus, & Archaeologus Gratianopolitanus, hoc anno: *Recherches sur les Antiqvités de la Ville de Vienne*, à *Lyon*, 12. & biennio post *Historiam Delphinatus*, (*Histoire du Dauphiné*, *Grenoble*, 1661. fol.) edidit. ex quo vtroque libro, tanqvam fonte, lapidum veterum tituli, cum in *Sponii*, tum in *Reinesii* hortulos manarunt. Praeterea Sotadicum illum, detestabilem, flammisque, vbicunque reperiatur, abolendum *Aloysiae Sigeae*, siue *Joh. Meursii Elegantiarum Latinae Lingvae* libellum, non *Johanni Westrenio*, ICto quondam Hagiensi, vti *Mollerus* censuit in Homonymoscopia, Sect. I. c. 2. p. 35. & ad *Morhofii* I. *Polyh.* c. VIII. §. 29. p. 75. Tom. I. sed huic *Chorerio* tribuendam esse, ex ore *Baggeri*, cuiusdam Sueci hominis, refert *Frider. Otto Menckenius*, in *Obseruatione de vero auctore Libri famosi Aloisiae Sigeae Satira Sotadica inscripti*, in *Miscellan. Lipsiens. Nov.* Vol. IX. Part. II. p. 324 = 333.

Nat. 1609 = ☉. 1692.

vid. *Lenglet du Fresnoi Catalogve des Historiens*, Tom. IV. p. 194. 195. — *Catal. Bibl Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1153.

1659. *Petrus* NICOLIVS, (vulgo: *Nicole*,) Rhetor, & Philologus, hoc anno diatriben de *pulchritudine Poëtica* emisit. (*De la Beauté Poëtique*, *Paris* 1659. 12.)

vid. *Baillet Jugemens*, Tom. III. p. 63. n. 1080. — *Bayle Dictionaire*, Tom. III. voc. (Pierre) *Nicole*.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	1659.	*Franciscus de* REBATV, Arelatensis Archaeologus, hoc anno *Dianae Arelatensis* Simulacrum gallo-francico sermone descripsit *Arelate* 12. non *Atrebate*, vt operarum haud dubie vitio legitur apud *Fabricium* in *Conspectu Thesauri literarii*, p. 195. Ea vero descriptio, latine reddita, Novi Thesauri *Sallengriani*, Tomo I. a p. 585.=612. ornamento fuit.
	1659.	*Petrus* SEGVINVS, Parisiensis, S. Germani Autissiodorensis Decanus, Archaeologus numarius, hoc anno Epistolam ad *Raphaëlem Tricbetum du Fresne de Nummo Britannico*, *Parisiis* 8. edidit. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria* n. LXXXVIII. p. 75.=78.
	1659.	*Henricus* BANGERTVS, Sudeca-Waldeccensis, Philologus, & Historicus Athenaei Lubecensis, hoc anno *Helmoldi Chronicon Slavicum cum continuatione Arnoldi Abbatis Lubecensis* & adnotationibus suis edidit, *Lubecae*, 4. Nat. 1610.=☉. 1665. vid. *Fabricii Bibl. Med. aevi*, Tom. III. p. 595. * — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. V. p. 205. 206.
	1659.	*Iohannes Guilielmus* CAPOFERREUS, (vulgari forte dialecto: *Greifeiser*, vel, si mavis, *Eiserkopf*, non *Eyserhooft*, vel *Hoofteyser* vt theotisce balbutit *Burman.* maior,) Criticus, & Epigrammatographus Lipsiensis, nescio, an Witebergensis, certe Saxo. *Vir liber-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*rimi ingenii*, vt verbis *Nicolai Henisii* vtar, in Epistola ad *Io. Frid. Gronovium*, p. 403. *Sylloges Epistolarum Burmann.* Tom. III. *& qui hac potissimum de causa Saxoniae solum se vertisse prae se* tulit. Hoc autem anno ad Batauos profectus salutauit *Gronovium*, & *Heinsium*, *Gronovio*que iam tum ostendit editum *Lipsiae Animadversionum in classicos Auctores Librum I.* qui est in *Ovidii Metamorphosin*, testibus duabus Epistolis amoebeis *Gronovii*, & *Heinsii*, in *Sylloge Burm.* Tom. III. p. 402. 403. quas ipsas postea *Animaduersiones in Ovidii Metamorphosin*, *Petr. Burmannus* typis repeti iussit, in calce Tomi II. Operum *Ovidii* a p. 1087.=1102. Quorsum deinceps abierit, in patriam reuersus sit, an alicubi manserit, nusquam literis proditum inueni. *Burmannus* in vera Praefatione *Ovidii* post eius mortem edita * * 4. ideo *in Germaniam rediisse credit*, quod *anno*, *postquam in Belgio fuerat*, 1660. *Witebergae* ediderit *libellum Epigrammatum.* Sed eo anno hic ipse libellus *editione secunda emendatior & locupletior* prodiit, vt *Catalogus Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. III. p. 2039. me docuit, quod fieri potuisse sine eius reditu vnusquisque intelligit. Addatur *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc.
	1659.	*Iohannes Benedictus* CARPZOVIVS, *Friderici Benedicti*, Senatoris. frater, Theologus Lutheranus, & Philologus Ebraeus Academiae Lipsiensis. Quamquam citius iam vel *Jenae* 1656. vel *Argentorati* 1658, dis-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		

disceptatoribus *Ioh. Frischmuthio*, & *Seb. Schmidio* suam antiquitatis Ebraicae scientiam probauerat, tamen hoc ipso anno *Lipsiae* vulgato *Schediasmate ad nummos Mosen cornutum exhibentes*, 4. qualis in posterum futurus, & quot similis argumenti libellos scripturus esset, praesignificauit: qui omnes postea praeter *Animadversiones ad Wilh. Schickardi Ius regium Hebraeorum*, *Lipsiae*, 1674. 4. vno *Disputationum Academicarum* Fasciculo comprehensi fuerunt, *Lipsiae* 1699. 4.

Nat. 1639.=☉. 1699.

Numum eius habet *Museum Mazzuchellianum*, Tom. II, Tab. CXLIV. n. V. ad p. 179. f.

vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. (Joh. Bened.) *Carpzovius*, Lipsiensis Professor. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. VI. p. 48. 49. — *Krantzius* ad *Conringium*, l. l. Saec. XVII. c. I. p. 189. (79.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1138.

1659. *Abasuerus* FRITZSCHIVS, ICtus Schwartzenburgo-Rudelstadiensis, Iuris Germanorum publici non contemnendus auctor, hoc anno iam *Tractatum de mendicantibus validis*, *Ienae*, edidisse dicitur, neque multarum duntaxat disputationum & librorum Iuridicorum, sed etiam theologicorum auctor fuit.

Nat. 1629.=☉. 1701.

vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofius* in *Polyhist. Practic.* L. VI. Sect. IX. §. 5. p. 596. Tom. II, — *Io. Fabricii Histor.*

SAEC XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*Histor. Bibl.* Part. V. p. 172 = 175. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1255.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.	1659.	*Matthaeus* LAGIVS, nescio cuias, ingenii *Barthiani* non admodum idoneus defensor, hoc anno *Vindicias Nominis Barthiani & Poëtarum Venaticorum Gratii, & Nemesiani adversus Ianum Vlitium, Batavum, Lipsiae.* 4. emisit. De quibus *Vindiciis* quomodo iudicarint *I. G. Graevius*, & alii viri docti, exposuit *Petrus Burmannus* in Praefatione ad *Poëtas Latinos Minores* ***** 2.
	1659.	*Burcardus* NIEDERSTETIVS, Holsatus, ICtus & Historicus, hoc anno *Maltam veterem & Novam* a se descriptam, argumento subscriptionis eius Epistolae etruscae, in Germaniam misit, quae, ipso absente, proximo anno typis excusa est *Helmstadii*, 1560. fol. & labentibus annis in Tomum VI. *Gronoviani Thesauri* immigrauit. ⊖. 1684.
	1659.	*Richardus* BAXTERVS, Theologus Anglo-Britannus, & ciuilis prudentiae Scriptor, hoc anno publici iuris fecit: *Holy Common-Wealth; or political Aphorisms ovening the true Principles of Gouvernement* &c. *London*, 8. ⊖. 1681. vid. *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. I. voc. (Richard) *Baxter*, Theologien. — *David Clement Biblioth. Curieuse*, Tom. II. p. 501. (96.) — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1068.

AER. CHR.	PARS QVINTA.
1659.	*Davides* WHITFORDVS, Philologus Anglo-Britannus, eo anno *Moschi & Bionis, quae extant, omnia, & selectiora quaedam Theocriti Idyllia* recognouit, *Londini* 4. v. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc.
1659.	*Johannes Fridericus* BOECKELMANNVS, Steinfurtho-Benthemensis, ICtus, & Philologus, mox Heidelbergensis, mox Leidensis Academiae, hoc anno *Disputationem, diuersa Iuris themata exhibentem, Heidelbergae* promulgauit. Auctor quoque esse perhibetur libelli, qui inscribitur: *Medicus Romanus Servus, sexaginta solidis aestimatus, siue Tractatus de veterum Medicorum nominibus* &c. (v. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 777.) Nat. 1632.=ɵ. 1681. Numum eius offert *van Loon* in *Numis Historicis*, Tom. III. L. IV. p. 297. vid. *Joh. Friderici Iugleri Supplementa* (*Beytraege zur Iuristischen Biographie*) Tom. IV. Part. II. n. XXII. p. 274.=301.
circa 1660.	*Sebastianus* ANDREANTONELLIVS, Presbyter Asculanus, Historicus, & Archaeologus. Post eius mortem prodierunt *Sebastiani Andreantonelli Canonici Asculani & Protonotarii Apostolici Historiae Asculanae Libri Quatuor. Accessit Historiae Sacrae Liber singularis. Opus posthumum editum studio Antonii Augustiniani, & Caroli Cedonii Andreantonelli fratrum, Patavii*, 1673. 4. ɵ. circa 1670. vid. Pauca de eo apud *Joh. Mariam Mazzuc-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principium.		*zucbellium* in *Scriptoribus Italiae*, Vol. I. Part. II. voc. (Sebaſtiano) *Andreantonelli*, p. 705.
Leopoldo, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	circa 1660.	*Iohannes Laurentius* BERNINVS, Florentinus, inſignis Statuarius, Pictor, & Architectus. ⊖. 1680. Imago eius ſuperſtes eſt in numo *Muſei Mazzucbelliani*, Tom. II. Tab. CXXVII. No. VII. ad p. 121. vid. omnino de eius Biographis *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 709.
	circa 1660.	*Mutius* PHOEBONIVS, Aveiano-Marſus, Marſorum Praefectus, ICtus, Hiſtoricus, & Philologus Romanus. Reliquit *Hiſtoriae Marſorum Libros III. vna cum eorumdem Episcoporum Catalogo & vitis LIX*, quorum noviſſimus eius aetate fuit *Didacus Petra*, Marſorum Episcopus, ab A. 1664. Hos autem libros poſt mortem eius vulgauit frater *Asdrubal Phoebonius*, *Neapoli* 1678. 4. labentibus annis, Tomo IX. Part. IV. *Theſauri Italiae* typis renovandos. ⊖. 1675. vid. *Petr. Anton. Corſignanus* de *viris illuſtribus Marſorum*, p. 113. ſeq. — *P. Burmannus maior* in *Praefatione* ad *Theſauri Italiae*, Tomum IX. p. (13.)=(15.) — *Fabricii Conſpect. Theſ. Lit. Ital.* p. 127. 128. — *Lud. Anton. Muratorius* in *Novo Theſ. Inſcript* ad DXV. 3. *vix alium*, inquit, *mihi oſtendas, qui oſcitantius deſcripſerit, aut foedius corruperit vetera monumenta, quam Mutius Phoebonius.*

Fran.

SAEC XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	circa 1660.	*Franciscus* PTOLEMAEVS, (vulgo: *Tolomei*,) Patricius Senensis, ICtus, Historicus, & Archaeologus Gymnasii Romani. Quadriennio saltem post *Vetustalia*, *seu Sacrae Vetustatis admiranda*, *Romae*, 1664. 8. emisit. Ex eius vero schedis non paucos lapidum titulos *Muratorius* in suum corpus transtulit, vt ipse confitetur in Praefatione ad *Nov. Thes. Inscript. Sed prae ceteris*, inquiens, *vberem ineditorum monumentorum messem reperi in schedis Francisci Ptolomaei*, *Patricii Senensis*, *qui circiter annum Christi* 1660. *Romae ingentem marmorum vim*, *ab aliis neglectam*, *descripsit*. &c. — *Jo. Henr. Leichius*, Tom. I. *Nov. Miscell. Lipf.* p. 485. iudicat, *virum esse non aptissimum ad describendos Lapides*. Vir etiam *Jo. Gasp. Hagenbuchius*, vir κριτικωτατος in *Epistolis* quantiuis pretii *Epigraphicis*, p. 605. recte censuit, *Franc. Ptolemaeum Patricium Senensem plurima saxa Romae descripsisse*, *at non optime*, *quem & alibi*, inquit, *in graecis peccasse deprehendi*.
	1660.	*Iohannes Iacobus* ROSSIVS, vel RVBEVS, Architectus, & Statuarius Romanus. Eius est *Nuova Raccolta degli Obelischi e Colonne Antiche dell' alma Città di Roma con le sue dichiaratione date in luce da Giou. Iacomo Rossi alla Pace Romana. fol.* item *Nuovo Teatro delle Fabriche e Edificii*, *Chiese*, *Palazzi in prospettiva*, *di Roma moderna*, *continuata da Gio. Batt. Falda*, e *Alessandro Specchi*, *con direzione di Domenico de Rossi*, *Roma*. 1665.=1699. fol.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.	1660.	*Nicolaus* CATHARINVS, (vulgo: *Catherinot*, Bituricensis, ICtus, & Philologus, eo & proximo anno *Obseruationum & Coniecturarum Libros quatuor*, *Biturigis*, 12, promulgauit; quorum primum duntaxat *Everardus Otto*, *Thesauri Iuris* Tomo I. p. 481.=500. integros vero *Nouo Thesauro*, Tomo VI. n. XII. p. 771.=802. inseruit *Ger. Meermannus*. Nat. 1628.=1688. vid. *Everard. Otto* in Praefat. ad Tom. I. p. 44. — *Frid. Gotth. Freytag Analecta Litteraria*, p. 224.=226. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1144. vbi etiam varia eius Scripta Archaeologica & numaria recensentur, Tom. II. p. 218. 280. 519. & 595. — *Ger. Meermannus* in Praefat. ad Tom. VI. p. II. III.
	circa 1660.	*Armandus de* GRAMONT, *& de Thoulongeon*, *Comes de* GVICHE, dux militaris, Legatus primi ordinis Regis Franciae, & Historicus, auctor *Commentariorum*, (Memoires concernant les Provinces vnies des Pays Bas.) Nat. 1638.=Θ. 1672. vid. *Prosper Marchand* Dictionaire Historique, Tom. I. voc. (Armand de Gramont & de Thoulongeon, Comte de) *Gviche*, p. 296.—300.
	1660.	*Johannes Baptista* DU HAMEL, Philosophus, & Astronomus Parisiensis, hoc anno *Astronomiam Physicam* in lucem prodire iussit. Nat. 1624.=Θ. 1706.

H Imago

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		Imago eius in numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CXX, n. IV. ad p. 89. vid. *Morbofii Polyh. Philosoph.* L. II. P. I. c. XVIII. §. 5. p. 266. L. II. Part. II. c. XIV. §. 2. p. 339. 340. c. XXIII. §. 2. p. 380. & c. XXVII. §. 12. p. 399. Tom. II. — *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos.* Tom. IV. Period. III. Part. I. L. III. c. IV. §. VII. p. 760.=762. & in *Append.* — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jean Baptiste Du) *Hamel*, Philosophe. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1298. — *A. Haller Bibliotheca Botanica*, L. VIII. n. 652. p. 553. Tom. I. & *Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. VI. §. DXII. d. 566.
	circa 1660.	*Petrus* LABBEVS, Claremontanus, sacerdos Iesuita, & Rhetor Lugdunensis. Edidit certe *Elogia Sacra Gratianopoli*, 1664. fol. qvae typis recusa sunt *Lipsiae*, 1686. 8. Nat. 1594.=ɵ. 1680. v. *Morbofii Polybist. Liter.* L. VI. c. III. §. 11. p. 982. Tom. I. — *Io. Molleri Homonymoscopia*, Sect. II. c. VII. §. XIII. p. 688.
	circa 1660.	*Franciscus* POMEY, Vasionensis Provinciae Francicae, sacerdos Iesuita, Rhetor & Mythographus Iesuitici coloris, item Lexicographus Lugdunensis, *Libitinam* certe, *seu de Funeribus Epitomen, Lugd.* 1659. 12. emisit. Eiusdem quoque est *Nouus Rhetoricae Candidatus: Pantheon Mythicum, seu Fabulosa*

Deo

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705.		*Deorum Historia*, saepius edita, tamqvam quintum, *Vltraiecti* 1697. 8. *Historiae vniuersae Epitome*, sub titulo satis obscuro: *L'vnivers en abregé*, *Utrecht*, 1689. 8. nec non *Dictionaire Royal François*, *Latin*, *Allemand*, *à Francfort sur le Main*, 1690. 4. Nat. 1618 =⊖. 1673. vid. *Könìgii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofii Polyh. Literar.* L. II. c. V. §. 80. p. 363. & L. VII. c. I. §. 17. p. 1019. T. I. — *Gibert Jugemens sur les Rheteurs*, p. 294. =296. Tom. VIII. *Baillet Jugemens.*
	circa 1660.	*Iohannes* RACINIVS, (*Racine*) Poëta tragicus Gallo-Francus. Nat. 1639.=⊖. 1699. Imago eius in numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. 143. n. II. ad p. 173. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. IV. *des Poëtes Modernes*, p. 374.=387. n. 1553. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Jean) *Racine.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1542. 1543. — *Eloge de Racine par Mr. de la Harpe*, *Paris* 1772. 8.
	circa 1660.	*Matthaeus* LARROQVANVS, (vulgo: *de la Roque*,) Leiracensis Aqvitanicus, Theologus Calvinianus, & Philologus Rothomagensis. Ei debemus *Dissertationem de Photino & Liberio*, *Genev.* 1670. *Observationes ad Pearsonii Vindicias Ignatianas*, *Rothomagi* 1674. 8. (v. *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1351.) item *Adversaria Sacra*, post eius mortem *Lugd. Bat.* 1688. 8. edita. Nat. 1619.=⊖. 1684.

 vid.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Bayle Dictionaire*, Tom. III. voc. (Matthieu de) *Larroqve*, Ministre. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1381.
	1660.	*Samuel* SORBIERIVS, (vulgo: *De Sorbiere*,) Sant-Ambrosianus Dioeceseos Vticensis Franciae, Medicus, & Philologus. Hoc anno prodierunt eius *Lettres & Discours*, *Paris*, 1664. 4. tum *Relation d'un Voyage en Angleterre*, *Cologne*, 1666. 12. & post mortem, non modo *Discours du feu Mr. Sorbiere*, *de l'Exces des Compliments*, *de la Critiqve*, *de la Solitude* &c. Lyon, 1675. 12. sed etiam *Sorberiana* s. *Excerpta ex ore Samuelis Sorbiere*, *studio et opera Francisci Graverol*, J. V. D. & *Academici Regii Nemausensis*, *Tolosae* 1691. 12. (*Journal des Savans* 1692. p. 87.) quae typis repetita fuerunt *Parisiis*, 1694. 12. (v. *Act. Erudit.* 1694. p. 159. & *Journal des Savans* 1694. p. 682. Nat. 1615. ⊖. 1670.
		vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofii Polyh. Literar.* L. I. c. XXI. §. 44. p. 245. s. Tom. I. & *Polyh. Philosoph.* L. II. Part. I. c. II. §. 6. p. 153. Tom. II. — *Frid. Gotth. Freytag Analecta Litteraria*, p. 880. = 882. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1617.
	circa 1660.	*Lucas* LANGERMANNVS, Laurentii F. Hamburgensis, *Nicolai Heinsii* in Italiam comes, & Archaeologus, qui ipse corpus inscriptorum lapidum molitus postea titulos a se digestos ad *Thom. Reinesium* misit, ab eodem frequenter in *Syntagmate* laudatos, Nat.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.*		Nat. 1625.=☉. 1686. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Io. Georg. Graevius* in Praefat. ad *Cic. Epist. ad Attic.* p. 48. ed. *Praef.* & *Epistol.* eum laudat. — *P. Burmannus* minor, in *vita Heinsiana*, p. 20. 24. 33. & passim alibi. — De Schedis Langermannianis Cf. *Gasp. Hagenbuchius* in *Epistol. Epigraphicis*, p. 129.
1658. = 1705.	1660.	*Samuel* PVFENDORFIVS, (vulgo: *Pufendoerfer*,) *Esaiae*, (de quo Part. IV. p. 543.) frater, eodem vico, quo frater eius, ab *Eppendorpensi* quippe, natali meo solo, non admodum remoto, ortus, ICtus, Historiographus regni Sueciae, & Philosophus, mox Londinensis Scandinaviae, mox Holmiensis Suecus. Hoc anno *Elementorum Iurisprudentiae vniuersae* Libros II. *Hagae Comitum*, 8. emisit. Mox non vno modo, vel de Orbis historia, vel singulari rerum *Suecicarum* & *Brandenburgicarum* memoria, vel de Iuris Germanorum publici, in primis Iuris Naturae disciplina praeclare meruit. Sic enim *Ioh. Laurenbergii Graeciam antiquam*, *Amstelaedami*, 1661. 8. in lucem protraxit: (*v. Part.* IV. p. 298.) porro *de Germana imperii Germanici forma*, 1668. 12. & *de republica irregulari*, *Londini Scandinaviae*, 1669. 12. disputauit. *Commentarios de rebus Suecicis ab expeditione Gustavi Adolphi in Germaniam* 1628. *ad abdicationem Christinae*, A. 1654. *Vltraiecti*, 1676. fol. literis consignauit: *Dissertationes Academicas*, *Vpsaliae*, 1677. 8. digessit: Isagogen ad Historiam Europae, Asiae, Africae, & Ame-

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		ricae, ore theotisco, (*Einleitung zur Historie von Europa, Asia, Africa und America*) primum condere coepit, *Francof.* 1682. 8. (vid. *Act. Erud. Lips.* 1682. p. 337.) quae ipsa Historia, quoniam quiddam habuit, quasi civile, & populare, quod Greci πολιτικὸν vocant, philosophanti etiam populo tantopere placuit, vt non modo saepius typis repeteretur, veluti, Francof. 1699. 8. 1715. = 1719. 8. sed etiam in alios sermones, tanqvam latinum, sub titulo quippe *Introductionis ad Historiam Europaeam e versione* (non admodum culta) *I. F. Crameri, Vltraiecti*, 1693. 8. in Anglo-Britannicum, *Londini* 1705. 8. Gallo Francicum quoque transfunderetur. Praeterea adscito nomine *Severini de Monzambano de statu Imperii Germanici librum vnum, Geneuae* 1687. 12. elaborauit, & post mortem edendas reliquit, cum *Res gestas Friderici Wilhelmi, Magni Electoris Brandenburgici, Berolini*, 1695. fol. duobus codicibus, tum schedas *de Rebus gestis Caroli Gustaui, Norimb.* 1698. Nullus vero in ore hominum celebratior est, qvam ille eius non *de Officiis*, vt exemplo *Ciceronis*, scribere quis maluisset, sed de *Officio Hominis & Ciuis, secundum legem naturalem, Londini Scandinaviae*, 1673. 8. toties typorum machinis expressus, veluti, *editione Septima prioribus correctiori, additionibus & Emendationibus Weberi, duplicibus Lemmatibus ac perpetuis ad Hugonem Grotium, & maius auctoris opus remissionibus aucta*, cum *Everard. Ottonis notis, Trai. Rhen.* 1737. 12. quem ipsum librum, idem *Everard. Otto, ICtus, repetita praelectione recensuit, & Adnotationibus illu-*

stra-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principium. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*ſtrauit, in quibus vtilitas Iuris Naturae in ſtudio Iuris Civilis, & huius in illo abuſus oſtenditur. Acceſſerunt Titii ad eosdem libros Obſervationes, Trai. Rh.* 1740. 8. mai. Similiter eius *de Iure Naturae & Gentium Libri octo* Londini Scandinaniae 1672. itidem ſaepius typis excuſi, noviſſime prodierunt *cum integris Commentariis Jo. Nic. Hertii, atque Jo. Barbeyracii.* Acceſſit *Eris Scandica recenſuit & animadverſionibus illuſtravit Gottfridus Maſcovius, Francofurthi* & *Lipſiae* 1759. 4. duobus Codicibus.

Nat. 1632. = ☉. 1694.

Icon eius ante maius *Iuris Naturae* opus.

vid *Tob. Magiri Eponymologicum* voc. *Sam. Puffendorf.* — *Morhofii Polyhiſt. Practicus*, L. I. §. II. p. 487. L. II. §. 20. p. 503. L. VI. Sect. I. §. 3. 6. & 8. p. 558. 559. 561. Tom. II. — Laudatur a *Io Georgio Graevio* in Dedicatione *Meurſii Themidis Atticae*, p. 126. ed. Sylloges *Praefat.* & *Epiſtolar. Fabric.* — *G. Krantzius* ad *Conringium*, l. l. Saec. XVII. c. V. p. 217. (16.) — *Heumanni Via* ad *Hiſtor. Lit.* c. IV. §. LVIII. (*) p. 175. 176. — *Io. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. IV. p. 130. = 133. — *Jac. Bruckeri Hiſt. Crit. Philoſoph.* Tom. V. Period. III. Part. II. L. II. c. IV. §. XII. = XIX. p. 749 = 776. & in *Appendice* ſ. *Volum.* VI. p. 933 = 938. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Samuel de) *Puffendorf*, Ecrivain &c. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1535. — *I. M. Gesnerus ad Iſagogen*, §. 808. p. 124. Tom. II. — *Gottfrid. Maſcovius* in Praefat. Tom. I. *Iuris Naturae & gentium*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi-pibus.		*tium Pufendorfiani*, p. III.=XIX.
Leo-poldo, *Ferdi-nandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	circa 1660.	*Nicolaus* SCHATENVS, ortu Weftphalus, Sacerdos Jefuita, & diligens Hiftoricus. Plerique eius libri poft mortem demum lucem viderunt, tamquam *Hiftoria Weft-phaliae*, *Neubufii*, 1690. fol. *Annales Pa-derbornenfes*, Tomus I. *Neubufii*, 1693. & *Tomus* II. ib. 1698. fol. nec non *de vita Ca-roli M.*, *Francofurti*, 1700. 4. nifi forte haec repetita editio eft, quoniam *Königius* in *Bibliotheca Veteri & Nov.* voc. *Caroli*, inqvit, *M. res geftas quatuor libris expreffit.* A. 1674. Nat. 1608.=Θ. 1680. vid. *Marqvardi Freheri Directorium*, p. 23. 115. 130, 243. ed. *Hamberg.*
	1660.	*Philippus Iacobus* SPENERVS, Rappoltswila-Alfatus, Theologus Lutheranus, pius, & eruditus, Hiftoricus, Genealogicus, & Heraldicus Scriptor, mox Francofurtanus, mox Drefenenfis, mox Berolinenfis, hoc anno *Synopfin rerum Gallo-Francicarum*, *Ba-fileae*, 4. concinnavit. Eiusdem quoque diligentiae variarum gentium, & infignium gentilitiorum indagatricis teftes funt hi praecipue libri: *Theatrum Nobilitatis Eu-ropae*, *Francof.* 1668. fol. *Infignia Fami-liae Saxonicae*, *Francof.* 1668. 4. *Sylloge Genealogico-Hiftorica*, *Francof.* 1675. 8. *Operis Heraldici Pars Specialis*, *Francof.* 1680. fol. *Illuftres Galliae Stirpes tabu-lis comprehenfae*, *Francof.* 1689. fol. & *Infignium Theoria*, *feu operis Heraldi-ci*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principium. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*ti Pars Generalis, Francof.* 1690. fol. Nat. 1635.=⊖. 1705.

Icon eius cernitur in duobus numis *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CXLVIII. n. VI. ad p. 198. f.

vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Jo. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. IV. p. 363. =370. — *Moshemii Histor. Ecclesiast.* Saec. XVII. Sect. II. Part II. c. I. §. XXVI.= XXXI. — *Gesnerus* ad *Isagogen*, §. 559. p. 446. — *Cat. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1619. 1620.

Johannes Gaspar SVICERVS, (vulgo: *Schweitzer*,) Turicensis, Theologus, & Philologus, cui debemus *Observationes sacras*, *Tiguri* 1665. 4. editas, tum ἐμπόρευμα εὐσεβείας, *quo Miscellanea, duae nimirum Chrysostomi, & duae Basilii Magni Homiliae continentur: Carmina item quaedam Nazianzeni, Paraphrasis Ionae, & Psalmi aliquot* &c. graece & latine, *Tiguri*, 1681. 12. inprimis *Thesaurum Ecclesiasticum, e Patribus Graecis, ordine alphabetico* exhibentem *quaecunque Phrases, ritus, dogmata, haereses, & huiusmodi alia spectant.* Amstelaed. 1682. fol. (v. *Act. Erud.* 1682. p. 171.) & ex editione longe auctiori, *Amstelaedami* 1728. fol. duobus codicibus, nec non *Lexicon Graeco-latinum*, Tiguri, 1683. 4.

Nat. 1619=⊖. 1684.

vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofius* IV. *Polyhist. Liter.* c. VIII. §. 9. p. 812. Tom. I. *Polyb. Practic.* L. IV. §. 16. p. 520. Tom. II. — *Io. Molleri Homonymoscop.* Sect. II. c. VII. §. 131. p. 726.

I *Io.*

Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.

— *Io. Alb. Fabricius Bibl. Graec.* L. IV. c. XXXVI. p 570. Vol. IV. L. V. c. 40. p. 88. Vol. X. & L. VI. c. X. p. 638. (*) 639. Vol. XIII.

1660. *Georgius Hieronymus* VELSCHIUS, (vulgo: *Welsch*,) Auguſtanus, Medicus, Philologus, & Bibliographus, hoc anno *Diſſertationem Medico-Philoſophicam de Aegagropilis, Auguſtae vindelicorum*, edidiſſe dicitur.

Nat. 1624.=Θ. 1677.

vid. *Pauli Freheri Theatrum*, Part. III. p. 1416. 1417. ſine Icone. — *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. *Velſchius.* — *Morhofius* I. *Polyh. Lit.* c. VI. §. 38 p. 81. c. XXI. §. 39. p. 245. §. 64. p. 249. L. III. c. V. §. 16. p. 583. Tom I. *Polyh. Philoſ.* L. II. P. I. c. II. §. 8. p. 155. Part. II. c. 3. §. 5. p. 285. c. 8. §. 7. p. 309. Tom. II. — *Krantzius* ad *Conringium*, l. l. Saec. XVII. c. IV. p. 210. (x) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1671.

circa 1660. *Valentinus Henricus* VOGLERVS, Helmſtadienſis, Medicus, Philologus, & Bibliographus, circa hoc tempus varias vel *de delectu Ingeniorum*, vel *de ſtudiorum hodiernis corruptelis* Diſſertationes *Helmſtadii* defendit, qvae cum eiusdem *Diſſertationibus de naturali in bonas literas propenſione* iunctim *Helmſtadii* 1672 4. in lucem exierunt. Nec ſua laude fraudanda eſt eiusdem *Introductio in notitiam cuiusque generis bonorum Scriptorum*, primum *Helmſtadii*, 1670. iterum 1691. & tertium cum Supplementis *Henr. Meibo-*

SAEC XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.		*bomii* & *Herm. Dieterici Meibomii* Filii, ibidem typis excusa. Nat. 1622.=⊖. 1677. vid. *Pauli Freheri Theatrum*, Part. III. p. 1415. 1416. sine icone. — *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofii* I. *Polyh. Liter.* c. XVI. §. 3. p. 171. & (gg.) L. II. c. II §. 35. p 337. Tom. I. & *Polyh. Pract.* L. VII. §. 3. p. 603. Tom. II. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. IV. p. 29. 30. & Part. V. p. 395.=397.
	circa 1660.	JOHANNES MAVRICIVS, Princeps Nassavius, Batauorum nuper procerum nomine Praefectus Brasiliensis, ab hoc vero circiter anno sub auspiciis *Friderici Wilhelmi*, Octoviri Brandenburgici, *Cliuiae*, finitimorumque ipsi agrorum Gubernator, *Mausolei* illius *Bergendalensis* prope Cliviam, inscriptis Romanorum lapidibus undique praecincti, Auctor. Quod egregium sane opus, cum vulgo hodie negligatur, haud iniuria Saeculi nostri homines levitatis & imperitiae conuincet. vid. *Christoph. de Vries Cleefsche Lusthoff. Cliviae* 1730. 8. — *Ioh. Henrici van Hagenbuch Sacrarii Principis, id est, Antiqvitatum Clivensium, sive Inscriptionum Bergendalensium Inuestigatio Prima de Hercule Saxsano, Susati*, 1731. 8. — *Franc. Hesselius* in Farragine incondita *Praefationis Appendicis* ad *Gudii Inscriptiones*, Stell. 10. — Cf. quoque Onomastici mei Dedicatio, p. VI.
	circa 1660.	*Andreas* WISSOWATIVS, Philippovio-Lithuanus, *Fausti Socini* nepos, *Iohannis Crel-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*Crellii*, A. 1623. clari, discipulus, praecipuus *Przipcovianae Bibliothecae Fratrum Polonorum*, *Irenopoli* 1656. fol. feptem Codicibus euulgatae, adiutor. Nat. 1608.=⊖. 1678. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1703. — *Des Andreae Wiſſowatius Einwürfe wieder die Dreyeinigkeit*, in *Analectis Guelferbytanis Gotthold. Ephraim. Leſſingii*, (zur *Geſchichte und Litteratur aus den Schätzen der Herzoglichen Bibliothek zu Wolfenbuttel. Zweyter Beytrag.*) n. XII. p. 371.=418.
	circa 1660.	*Bartholus* BARTHOLINVS, *Gaſparis* F. Rhetor, & Archaeologus Academiae Hafnienſis, cuius *de Paenula* Commentarius circa id tempus vel aliquot annis citius prodiit. *Henrici* ſaltem *Ernſtii* ad eum Epiſtola Annum 1653. ſubſcriptum habet. Hunc ipſum Commentariolum a ſuis *Theſauri Antiqv. Rom.* divitiis abeſſe noluit *Io. Georg. Graevius*, Tom. VI. p. 1157.=1182. Aliquot eius Orationes quoque panegyricas laudat *Morhofius*, VI. *Polyh. Lit.* c. III. §. 6. p. 979. *Tom.* I. Nat. 1614.=⊖. 1690. vid. *Kőnigii Bibl. Vet. & Nov.* voc.
	1660.	*Robertus* CREYGTONVS, ſive CHRICHTONVS, natione Scotus, Theologus, Hiſtoricus, & Philologus Cantabrigienſis, cui hoc anno debemus *Concilii Florentini Narrationem*, graece ſcriptam a *Sylveſtro Sguropulo*, Patriarcha CPolitano, & ab eo

non

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		non admodum feliciter latine redditam, *Hagae Comitis.* fol. ⊖. 1672. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. II. p. 352. 353. in primis *Addenda*, ad Part. VI. p. 554. f. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1183.
	1660.	*Jacobus* DVPORTVS, Cantabrigiensis, Philologus graecus, & carminum auctor, hoc anno *Gnomologia* sua *duplici Parallelismo illustrata*, *Cantabrigiae.* 4. edita, de *Homero* bene meruit. Eiusdem *Musae subseciuae, seu Poëtica Stromata*, *Londini* 1696. 8. & *Praelectiones* ad *Theophrasti Charactères* demum post eius mortem in *Petri Needhami* editione *Cantabrigiensi*, 1712. 8. mai. lucem aspexerunt. ⊖. 1680. v. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofiius* I. *Polyh. Litterar.* c. XXI. §. 75. 77. p. 251. L. IV. c. VI. §. 11. p. 782. & L. VII. c. II. §. 2. p. 1031. Tom. I. — *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. VI. p. 262.
	1660.	*Eduardus* HYDE, Comes CLARENDONIUS, Dintonensis, Regum Anglo Britanniae *Caroli* I. & II. amicus, ICtus, & Historicus vsque ad hunc annum turbas & seditiones, in Anglo-Britannia & Irlandia ortas, stilo persecutus est. Qui Commentarii diu post eius obitum prodierunt. *Edward Earl of Clarendon History of the Rebellion and Civil wars in England, begun in the Year* 1641. *Oxford*, 1704. fol. tribus Codicibus. mox francice red-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		ditus liber: *Mémoires de la Rebellion d'Angleterre sous Charles I. Tomes VI. Hagae* 1706.=1709. 8. item *Edward Earl of Clarendon History of the Rebellion and Civil wars in Ireland. London*, 1720. 8. *An Appendix to the History of the grand Rebellion consisting of valvable Pieces written by Edward E of Clarendon. with his Life and a Vindication of his Character. London* 1724. 8. Nat. 1608.=⊖. 1674. v. *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Edouard) *Hyde*, Comte de Clarendon.
	circa 1660.	*Johannes* PEARSONVS, Episcopus Cestriensis in Anglo Britannia, Theologus, Historicus, & Philologus, variis & egregiis librorum monumentis clarus, tanquam editione *LXX. Interpretum* graeca *Cantabrigiensi*, 1665. 12. duobus Codicibus, cui erudite praefatus est, *Vindiciis Ignatianis*, *Cantabrigiae* 1672. 4. *Annalibus Cyprianicis f. tredecim annorum*, *quibus S. Cyprianus inter Christianos versatus est*, *breui historia*, in *Jo. Felli operibus Cyprianicis*, *Oxoniae* 1682. fol vulgatis, nec non *Operibus* aliis eius *posthumis*, ab *Henrico Dodwello*, *Londini*, 1688. 4. vtiliter digestis. Nat. 1614.=⊖. 1688. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 260. n. 567. *Ignorance de Mfr. Baillet*, *au suiet de Mr. Pearson*, &c. in *Anti Bailleto Menagii*, Part. I. n. XXIII. p. 24. 25. Tom. VII. *Oper. Baillet.* — *Morhofius* IV. *Polyb. Lit.* c. VII. §. 3. p. 794. Tom. I. — *Io. Fabricii Hist. Bibl.*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*Bibl.* Part. I. p. 54. f. & Part. IV. p. 380. 381. 383. — *G. Krantzius* ad *Conringium*, Saec XVII. c. I. p. 193. (26.) — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Jean) *Pearson*, Evêque d'Angleterre. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1495.
	circa 1660.	*Samuel* BASNAGIVS, *Flottemanvillaeus*, consobrinus *Jacobi Basnagii*, (de quo infra ad A. 1682.) Theologus, & Historicus, qui *Historiam ecclesiasticam*, vt mirifice ait *C. A. Heumannus* in *Via ad Histor. Liter.* c. II. §. II. p. 13. (a) *methodo analytica composuit Sam. Basnagius, Synthetica Iac Basnagius, vterque felicissime.* Post mortem vero eius luce demum publica donatae sunt eius cum *De rebus sacris & Ecclesiasticis Exercitationes Historico Criticae, in quibus Cardin. Baronii Annales ab A. C. XXXV. in quo Casaubonus desiit, expenduntur*, Trai. ad Rhen. 1692. & 1717. 4. tum *Annales Politico-Ecclesiastici Annorum DCXLV. a Caesare Augusto ad Phocam vsque*, &c. *Roterodami* 1706. fol. tribus Tomis. Nat. 1610.=ɵ. 1691. v. *Lenglet du Fresnoi Catalogue des Historiens*, Tom. III. *Methodi*, p. 83.
	circa 1660.	*Cornelius De* BIE, *Adriani*, itidem Pictoris F. Lieranus, Biographus Pictorum, cui debetur: *Het gulde Kabinet van de edele vry Schilder-Const, inhoudende den Lof van de vermaarste Schilders, Antwerpen*, 1661. 4.
	1660.	*Franciscus* BVRMANNVS, *Petri*, Francken.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705		kenthalienſis in Palatinatu Eccleſiaſtis, ſed exulis, & Lugduni Batauorum aliquantisper tum commorantis, Fil. adeoque parentibus Germanus, natalibus Leida-Batavus, Theologus Academiae Rheno-Traiectinae, hoc anno *Commentarium in Pentateuchum Moyſis* bataue ſcriptum, 8. emiſit. Nat. 1628. = Θ. 1679. Miretur quis *Gasparem Burmannum* falſum edere potuiſſe natalem annum 1632. cum *Graevius* in *Oratione* in *obitum Burmanni*, p. m. 333. diſerte ſcripſerit: *Joſina peperit Franciscum noſtrum, anno huius Seculi duodetrigeſimo.* vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Gasp. Burmanni Traiectum eruditum*, p. 50. = 54. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1121. ſ.
	circa 1660.	*Georgius Conradus* CRVSIVS, Zutphanienſis, ICtus, & Philologus Leida-Batavus, circa hoc tempus *Ex variis Obſervationibus, qvae ad Ius civile pertinent, Diatriben de Scriptura & Sententia* l. *Si Paterfam.* 40. *D. de Hered. inſtit.* & *Diſſertationem ex Vlpiani Libro IV. ad Edictum de Pactis & Conventionibus* promulgaſſe videtur, ambabus poſtea ab *Ever. Ottone* in *Theſ. Iuris*, Tomo I. p. 667. & 672. repetitis. Θ. 1676. Nihil de eo *Ever. Otto* in *Praefat.* ad Tom. I. p. 44. niſi quod eius gratia laudauit *Vlrici Huberi Dialogum de ratione docendi, & discendi Iuris*, quem prodiiſſe memini, *Franeqverae*, 1684. 8. — *Joh. Frid. Boekelmannus Orationem Funebrem.* in eius memo-

mo-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		moriam habuisse dicitur, quam non vidi.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705	circa 1660.	*Jacobus* EMMENESSIUS, Rector Scholae Lugduno Batauae, & Philologus, scriptis in Virgilium *Observationibus* clarus, quas *P. Virgilii Maronis Opera, in tres Tomos divisa*, cum Veterum recentiorumque Grammaticorum adnotationibus post eius mortem edita, *Lugduni Batavorum*, 1680. 8. exhibent. De qua editione sic *Brouchusius*, *vitiosam*, inqvit, *lectionem servarunt editiones recentatae, etiam illa splendida Leidensis, qvae Iacobi Emmenessii nomine censetur.* ad *Propert.* II. El. I. 41. p. 86. Nat. 1635. circiter.=ϴ. 1679.
	1660.	*Servatius* GALLAEVS, (vulgo: *Servaes Galle*,) Roterodamensis, teste subscriptione eius Iconis, ante *Dissertationes* de *Sibyllis* collocatae, aliis Zierixeënsis, Ecclesiastes, & Philologus mox Zierixeënsis, mox Harlemensis, hoc anno *Lactantii opera cum selectis variorum Commentariis*, opera & studio suo publice recensuit, Lugd. Bat. 8. tum *Dissertationes de Sibyllis, earumque oraculis* scripsit, *Amstelaed.* 1688. 4. vti etiam ipsa *Sibyllina Oracula* graece & latine variorum Commentariis illustrauit, *Amstelaed.* 1689. 4. Nat. 1627. teste Praefatione eius ad *Dissert.* de *Sibyllis* fin. =ϴ. 1709. vid. *I. A. Fabricii Decas Scriptorum recentiorum*, cuius excerpta dedit *Reimarus* in *vita Fabricii*, vbi de Commentario eius de *Sibyllis* non admodum honorifice iudicat. — *Crenii Animadv. Philol.* Part. IX. p. 25. — *Freytag Adparat. Litterar.* Tom. III. p. 89.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi-pibus.		90. — *Paqvot Mémoires*, Tom. VI. p. 256.=260.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. =	circa 1660.	*Petrus* GROTIVS, Hugonis Filius natu secundus, ciuitati primum Amstelaedamensi tum Roterodamensi a causis publicis, vir prudentiae ciuilis valde gnarus, & Philologus. ☉. 1678. v. *Io. Fr. Foppens Bibliotheca Belgica*, Tom. II. p. 980.
1705.	circa 1660.	*Melchior de* HONDEKOETER, Rheno-Traiectinus, Pictor gallinarum gallinaceorum. Nat. 1636.=☉. 1695. v. *Houbraken Schouwburg der Schilders en Schilderessen*, Part III. p. 68.=75.
	1660.	*Philippus* a LIMBORCH, Amstelaedamensis, Theologus Arminianus, & Historicus, hoc anno *Praestantium ac eruditorum virorum Epistolas Ecclesiasticas, & Theologicas* edidit, *quarum longe maior pars scripta est a Jac. Arminio, Io. Uitenbogardo, Conr. Vorstio, Ger. Joann. Vossio, Hugone Grotio, Simone Episcopio, & Gasp. Barlaeo, Amstelaed.* 1660. 8. Nat. 1633.=☉. 1712. vid. *Jo. Fabricii Histor. Bibl.* Part. II. p. 217.=220. & Part. III. p. 399. — *Freytag Analecta Litteraria*, p. 534. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Philippe de) *Limborch*, Savant Ecrivain. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1392. — *Paqvot Mémoires*, Tom. V. p. 434.=448.

An-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	1660.	*Antonius* III. MATTHAEVS, *Antonii* II. Harderoviceni, & Traiectini Filius, Antonii I. Groningani nepos, ICtus, & Historicus primum Academiae nostrae, tum Lugduno-Batauae, hoc anno *Disputationes LVI. Vltraiecti.* 8. emisit. Ad indicem Scriptorum eius, a *Gasp. Burmanno* laudatorum; haec adnotare placet: Primum omissam esse eius *Orationem de Iurisprudentiae dignitate*, *Lugd. Batav.* 1673. 4. deinde a *Chronico ducum Brabantiae* plane diversum esse aliud incerti Auctoris vel plurium Auctorum *Chronicon Brabantinum Rythmico-Belgicum* de *bello Grimbergensi*, quod Saec. XII. circa A. 1143. gestum est, idque Chronicon edere constituerat, quod etiamnunc MSC. cum *Praefatione & Notis* huius *Antonii Matthaei* in scriniis amplissimi curiae Traiectinae Senatoris, *Gerardi Munniks*, Viri eximiae eruditionis, servatur, porro, quod suspicatus erat *Burmannus*, p. 226. de *Analectorum* repetita editione, id euenisse, *Hagae Comitum* 1738 4 quinque Codicibus, quibus postea Tomum VI. libro de *Rebus Vltraiectinis*, & *Sylloge Epistolarum*, praecipuaque illarum *Alciati Epistola contra vitam Monasticam* primum, Lugd. Bat. 1695. 8. tum 1711. 8. edita, absolutum, addiderunt *Hagienses*, 1740. 4. tandem *Manuductionem ad Ius Canonicum*, quae egregia est, primum lucem vidisse, *Lugduni Bat.* 1696. 8. Nat. 1635. = ⊖. 1710. vid. *Pars Index Bataviçus*, p. 119 = 123. — *Gasp. Burmanni Traiectum eruditum*, p. 218. = 228. — *Catal. Bun.* Tom. I. Vol. II p. 1427. — *Ioh. Frid. Iuglerus* in Supplemen-

 tis

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi-pibus.		tis *Biographiarum Iuridicarum*, Tom. II. Part. II. n. XXVI. p. 296.=306. qui fruſtra ſe ait orationem *Voetianam* in memoriam *Matthaei* recitatam in Batauis qvaeſiviſe, p. 306. & 355. quae penes me dudum fuit.
Leo-poldo, Ferdi-nandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1660.	*Petrus* MOLL, Sneca-Friſius, Philologus Graecus Academiae Franequeranae, *Longi Paſtoralium* hoc anno editor. Nat. 1596.=☉. 1669. vid. Elogium Petri Moll, in *Emon. Lucii Vriemoet Athenis Friſiacis*, n. LIII. p. 398.=402.
	1660.	*Hermannus Rhabodus*, vel *Rabodus*, vel *Radbodus*, (omnibus enim his modis ſcribebatur,) non *Rabanus*, vti ap. *Foppenſium*, SCHELIVS, (vulgo: *van Scheele*,) Dominus Venebruggae & Welbergii, Iſelmudani Salaniae agri Satrapa, Flos nobilitatis Tranſiſalanicae, quem non puduit, vti hodie multos, antiquitatis, & librorum veterum ſcientiae. Eo enim anno *Hygini & Polybii de Caſtrametatione Librum* eruditiſſimis *Notis & Diſſertationibus*, item accuratis rerum Iconibus illuſtravit, *Amſtelaedami* 1660. 4. Eius Opuscula, in quibus *Libertas Publica*, *de Pace & de cauſis Belli Anglici Primi ad Principes Chriſtianos Protrepticus*, & *de Iure imperii* poſt eius mortem in publicum prodire iuſſit *Theophilus Hogerſius*. v. *Burmann.* maior ad *Syllogen Epiſtolar.* Tom. IV. p. 41. (1.) Illam vero *Libertatem publicam*, & *Graevii Orationem* in *funere Schelii*, *Traiecti* 1662. habitam, nulla raritatis neceſſitate impulſus

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		sus repetiit Petrus minor Burmannus in *Analectorum Belgicorum*, Lugd. Bat. 1772. 8. Tomo II. Nat. A. 1622. circiter = o. 1662. vix enim quadragesimum aetatis annum egressus erat, cum moreretur. v. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofius Polyh. Practic.* L. II. §. 20. p. 503. L. IV. §. 9. p. 514. Tom. II. — *Crenii Animadversion.* Part. VIII. p. 31. — *Jo. Frid. Gronovius* in *Epistola* ad *Salmasium*, quae extat in *Sylloge Epistol. Burman.* Tom. II. p. 612. f. — *Io. Georg. Graevius*, vti singulari eum *Oratione* celebrauit, sic in aliis passim libris laudauit, veluti ad *Cic.* II. offic. 13. in Praefatione ad Tomum I. *Antiqvit. Rom. Thes.* Stell. 3. vbi *& natalium splendore, & sapientia, & propositi sanctitate, & ingenii praestantia copiaque variae doctrinae, summis, quos nostra tulit aetas, hominibus annumerandus* dicitur, inprimis vero in Praefatione ad *Tomum* X. *Thesauri*, p. 425. = 428. *Praefat.* & *Epistol.* ed. *Fabricii*, vbi simul nos docet, *de artibus* eum *bellicis Romanorum* paratos habuisse Commentarios, sed quo peruenerint, se perverstigare non potuisse. — *Io. Fr. Foppens Biblioth. Belgic.* Tom. II. p. 1051. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1586. — *Paqvot Mémoires*, Tom. III. p. 140. = 143.
	circa 1660.	*Benedictus de* SPINOSA, Amstelaedamensis, antea Iudaeus, cui nomen *Baruch*, vnde praenomnis eius *Benedicti* ratio, postea minime beatus rerum Theologicarum Sophis-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		ta, ſeu Reinsburgenſis, ſeu Haganus, *Hagae* ſaltem *Comitum* obiit. Nat. 1632.=⊖. 1677. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 34. n. 99. — *Bayle Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Bennoit de) *Spinoza.* — *Morhofius* I. *Polyb. Lit.* c. VI. §. 24. p. 46. c. VIII. §. 15. p. 72. 78. Tom. I. *Polyb. Philoſoph.* L. I. c. XV. §. 15. p. 118. *Polyb. Pract.* L. I. §. 4. p. 484. & L. V. §. 8. p. 530. Tom. II. — *Crenii Animadverſ.* Part. XIII. p. 103=106. — *Joh. Chriſtoph. Wolfius* in *Bibliotheca Hebraica*, Tom. I. n. 378. p. 239=242. & Vol. III. p. 145. 146. — *Jo. Fabricii Hiſtoria Bibliotb.* Part. V. p. 61. — *Jacob. Bruckeri Hiſtor. Crit. Philoſoph.* Tom. IV. Period. III. Part. II. L. II. c. III. §. VII.=X. p. 682.=696. & in *Appendice* ſ. Volum. VI. p. 922. 923. — *Io. Laur. Moshemii Hiſtor. Eccleſ.* Saec. XVII. Sect. I. §. XXIV. — *Io. Matth. Gesnerus* ad *Iſagogen*, §. 803. p. 108. Tom. II. — *Freytag Analecta Litter.* p. 896. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1620. 1621. — *Levensbeſchryving van eenige voornaame Mannen en Vrouwen*, Part. II. p. 291.=301. — *Onderzoek van het Leerſtelſel van Spinoza, en de Tegenwerpingen van Bayle hier tegen, door den Heer des Jariges*, eerſte en tweede *Verhandeling* met *Aantekeningen van Joh. Fred. Hennert*, in *Uitgeleze Verhandelingen over de Wysgeerte en fraaje Letteren getrokken uit de Werken der Koninglyke Akademie der Wetenſchappen te Ber-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principium.		*Berlyn*, eerste Deel, *Utrecht* 1780. 8. p. 41.=175.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	circa 1660.	*Johannes* STEEN, Delphensis, eximius Pictor. Θ. 1678. v. *Levensbeschryving van voornaame Mannen* &c. Part. I. p. 28.=33.
	1660.	*Samuel* TENNVLIVS, (vulgo: Ten Uyl,) Steinfurtensis, Philologus, Carminum Scriptor, Mathematicus, & Philosophus, primum Steinfurtensis, tum Noviomagensis, tandem Arnhemensis, Ioh. Friderici Gronovii Socer, hoc anno scripsit *Elegiam in obitum inclyti sui doctoris & celeberrimi Mathematici Francisci Scoteni, emendatissimi & diligentissimi Mathefeos in alma Batauorum Academia defuncti* 4. *Cal. Iun.* 1660. quae in calce *Jamblichi Arithmethicae Introductionis* legitur. tum de literis graecis & latinis optime meruit, cum *Dissertationem Historicam de Igne, Steinfurti*, 1664. 4. qvae rarius occurrit, euulgando, tum *Jamblichi Chalcidensis in Nicomachi Gerafeni Arithmeticam Introductionem*, Arnhemiae, 1668. 4. graece & latine recensendo, item *Fragmentum Stephani de vrbibus, Amstelaedami* 1669. 4. luce publica donando, praeterea *Agathemeris Compendiariae Expositionis Geographiae Libros II.* graece cum interpretatione latina, & adnotationibus, *Amstelodami* 1671. 8. tandem *Sext. Iulii Frontini Strategematum Libros qvatuor*, Lugduni & Amstelaed. 1675. 12. in vsum reuocando. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 270. n. 591. — *Cre-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi-pibus.		*Crenii Animadverſ. Philolog.* Part. VII. §. IV. p. 26.=30. & 209.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705	1600.	*Hermannus* WITSIVS, Enchuſanus, Theologus Calviniauus, Hiſtoricus, & Philologus Academiarum Franequeranae, Rheno-Traiectinae, & Leidenſis, hoc anno *Iudaeum Chriſtianizantem circa Principia Fidei & SS. Trinitatem, Vltraiecti.* 12. emiſit. *Miſcellaneorum Libri* IV. f. Tomus I. qui prodiit Traiecti 1691. 4. & *Aegyptiaca, ſ. de Aegyptiorum Sacrorum cum Hebraicis collatione Libri III. Amſtelaedami* 1696. 4. edita, maximam ei laudem pepererunt. Nat. 1636.=⊖. 1708. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Gaſp. Burmanni Traiectum eruditum*, p. 451.=457. — *Emon. Luc. Vriemoet Athenae Friſiacae*, n. LXXI. p. 524.=541. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1703. — *Paqvot Mémoires*, Tom. II. p. 327.=339.
	1660.	*Alexander* NIGER, ſive *de* NIGRIS, (vulgo: *Aleſſandro Negri*,) Jo. Franc. Fil. Canonicus D. Petronii Bononienſis, Protonotarius Apoſtolicus, ICtus, & Archaeologus, a *Carolo Caeſare Malvaſia*, in *Marmoribus Felſineis*, ſaepius laudatus, hoc anno ſcripſit *Epiſtolam de vetuſtiſſima lapideae cuiusdam inſcriptionis eraſione ad Jo. Baptiſtam Capponium*, in *Maluaſiae Marmoribus*, Sect. III. c. IV. p. 130=138. obviam. Ita *Maniliani Bononienſis Monumenti Hiſtorico-Myſticam Lectionem* dedit, primum editam *Bononiae*, 1661. 4. teſte Catalogo Librorum No-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		Nobilis Saxonis *Schömbergii*, p. 276. v. quoque *Cinelli Bibliotheca volante*, voc. *Negri*, Tom. III. p. 387. poſtea typis renovatam in *Marmoribus Felſineis* Sect. V. c. XIII. p. 269. =300. Duo alia eius ſcripta Archaeologici argumenti antea non edita idem *Maluaſia* l. l. in lucem emiſit, tamquam: *Ad praeſidiarium Aqvaeductum Lucii Publicii Asclepii Vilici Inueſtigationem*, Sect. III. c. I. p. 87.=102. & *Hiſtorico-Miſticam interpretationem celeberrimi Epitaphii Aelia Laelia Crispis*, Sect. X. c. I. p. 579.=600.
	1660.	SOCIETATIS REGIAE, vt vulgo dicitur, SCIENTIARUM *Londinenſis*, auctore *Carolo* II. Rege Anglo Britanniae, incunabula fuiſſe dicuntur. v. Scriptores in *Catalogo Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 995. commemorati.
	1661.	*Petrus Paulus* BOSCHA, (vulgari dialecto: *Boſca*,) Bibliothecarius Bibliothecae Ambroſianae Mediolanenſis, hoc anno recitauit: *Orazione Panegirica in Lode di San Carlo Borromeo, in Milano.* Huic etiam in acceptis referri debet *De Origine & ſtatu Bibliothecae Ambroſianae Hemidecas, Mediolani* 1672. 4. poſtea *Theſauri Italiae*, Tomo IX. Parti VI. inſerta. Nat. 1632.=⊖. 1699. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Burmannus* in Praefatione ad Tom. IX. P. VI. p. (7.) (8.) — *David Clement Bibliotheqve Curieuſe*, Tom. V. p. 105. 106. (75.) — *Io. Maria Mazzuchelli Gli Scrittori d'Italia*,

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		Vol. II. Part. III. voc. (Pietro Paolo) *Bosca*, p. 1817. 1818.
Leopoldo, *Ferdinandi* III. *Filio*. 1658. = 1705.	1661.	*Marcellus* MALPIGHIVS, Crevalcorio Bononiensis, Philosophus, Medicus & Anatomicus illustris, hoc anno *Epistolas duas de Pulmonibus* promulgauit, *Bononiae*, fol. Nat. 1628.=☉. 1694. Imago eius extat in numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. 140. No. V. ad p. 165. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhosius Polyh. Philos.* L. II. P. II. c. XL. §. 3. p. 426. c. XLV. §. 8. p. 439. 440. c. XLVII. §. 3. p. 444. *Polyh. Pract.* L. VII. §. 5. p. 603. s. *Tom.* II. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Marcel) *Malpighi*, Médecin. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1418. — *Vitarum Italorum doctrina excellentium qui Saeculo XVIII. floruerunt*, *Decas II. auctore Angelo Fabronio*, *Romae*, 1769. 8. p. 232.=267. — *A. Haller Bibliotb. Botanica*, L. VIII. n. 694. p. 582. s. Tom. I. & *Anatomica*, Tom. I. L. VI. §. CDLI. p. 486.=490.
	1661.	*Claudius* CANTELOIVS, (vulgo: *de Chantelou*,) Monachus Benedictinus S. Mauri Parisiensis, Theologus, & Philologus, amicus *Dacherii*, & *Mabillonii*, hoc anno, *Bibliothecam Patrum Asceticam* qvinque codicibus edidit, *Parisiis* 4. quam cum aliis eius Scriptis recenset *Fabricius* VI. *Bibl. Gr.* c. X. p. 756. Vol. XIII. ☉. 1664.

Pe-

SAEC XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705	1601.	*Petrus* GALTRVCHIVS, (vulgo: *Gaultruche*, vel *Gautruche*,) Aurelianensis, Sacerdos Iesuita, Philosophus, & Mythographus Cadomensis, hoc anno *Philosophiae & totius Mathematicae institutiones*, *Cadoni*, edidisse dicitur, secundum *KönIgium*, in *Bibl. Vet. & Nov.* voc. Eiusdem *Historia Poëtica*, (*L'Histoire Poëtiqve, pour l'intelligence des Poëtes & des anciens Auteurs*) *Parisiis* 1678. 12. lucem vidit, semel, iterum, tertium typis repetita, tanquam, *Hagae Comitum* 1681. 12. *Amstelaed.* 1723. 12. & *Parisiis* 1725. 8. Nat. 1602.=☉. 1681. vid. *Petr. Dan. Huetius* in Diatribe: *Des Hommes de Caën illustres dans l'Eglise & dans les lettres*, quae extat in *Originibus Cadomensibus*, (*Origines de Caën, à Rouen*, 1702. 8.) c. XXIV.
	1661.	*Magdalena* de SCVDERY, Georgii soror, facie deformis, sed ingenio venusta mulier, Gallo-Francorum Sappho, hoc anno Partem primam *Illustrium Feminarum*, Anno vero 1665. earumdem Partem II. in lucem prodire iussit. (*Les femmes illustres, où les barangves heroiqves avec les veritables Portraits de ces Heroines, tirez des Medailles antiqves Part. I. Lyon* 1661. *Partie II.* | *Paris* 1665. 12.) duobus codicibus. Nat. 1607.=☉. 1701. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. IV. des Poëtes Modernes, p. 284.=286. n. 1505. — *Catalog. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1725.
	1661.	*Guilielmus* VOELLVS, Theologus Societa-

 tis

SAEC. XVII. | AER. CHR. | PARS QVINTA.

Principibus: *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705

tis Sorbonicae, Hiſtoricus, & Philologus, non miſcendus cum *Iohanne Voëllo*, Ieſuita, (de quo *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc.) cuius opera & ſtudio *Bibliotheca Iuris Canonici veteris in duos Tomos diſtributa* prodiit Lutetiae Pariſiorum, 1661. fol.

1661. *Huldricus von* EYBEN, Nordenſis Friſiae orientalis hodiernae, ICtus, & Hiſtoricus Academiae Gieſenſis, hoc anno *Notas & Obſervationes Practicas in Antonii Perezii Praelectiones in Codicem Iuſtinianeum*, editioni harum *Praelectionum Colonienſi*, 4. inſertas dedit.

Nat. 1629.=☉. 1699.

vid. *Ioh. Frid. Iugleri Supplementa Biographiarum Iuridicarum*, Tom. I. Part. II. n. XIV, p. 215.=228.

1661. *Martinus de* GVICHARDO, ortu Rupinenſis Brandenburgicus, argumento eius Praefationis ad libellum de Triumphis, vbi *patria*, inquit, *mea ciuitas ſita eſt ſub Comitatu Ruppinenſi*, habitatione, vt videtur, Batavus, ſacrorum diſciplina homo Lutheranus, niſi fanaticum malis. Hoc anno ſatis ineptum & verbis & ſententiis libellum in lucem emiſit: *Noctes Granzovianas*, a praedio quodam, aut villa forſitan ſic nuncupatas, *ſeu Diſcurſum Panegyricum de antiquis Triumphis in publicum tam Eccleſiarum, quam Politiarum vſum elucubratum*, *Amſtelaedami*, 12.

1661. *Henricus* KIPPINGIVS, Roſtochienſis, minorum gentium Philologus, Hiſtoricus & Ar-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principium. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		Archaeologus Bremenſis, hoc anno *Antiquitates Romanas*, *Bremae*, 8. primum euulgauit, ſepties deinde vel *Bremae*, vel *Franequerae*, vel *Lugduni Batauorum* repetitas: tum *Io. Pappi Epitomen Hiſtoriae Eccleſiaſticae* cum *auctario*, *Francofurti* 1662. 8. *Recenſum Hiſtoriae vniverſalis*, *Francof.* 1665. 4. *Inſtitutiones Politicas methodicas*, *Bremae* 1667. 4. *Librum ſingularem de Cruce & Cruciatis*, ibidem, 1671. 12. & *Methodi Iuris publici Libros II.* ibidem 1672. 12. in lucem exire iuſſit. ϴ. 1678. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofius* V. *Polyh. Liter.* c. II. §. 4. p. 931. *Tom.* I. *Polyh. Philoſ.* L. II. P. I. c. II. §. 11. p. 157. L. II. Part. II. c. XXII. §. 3. p. 374. *Polyh. Practic.* L. I. §. 6. p. 485. L. II. §. 3. p. 492. Tom. II. — *Crenii Animadv. Philolog.* P. III. p. 174. P. IV. p. 67. ſ. Part. X. p. 272. Part. XIII. p. 19. Part. XV. p. 116. Part. XVII. p. 13. Part. XVIII. p. 102.=155. — *Joh. Alb. Fabricii Bibliographia Antiqvaria*, c. III. §. IV. p. 59. ed. vet. — *Io. Fabricii Hiſtor. Biblioth.* Part. VI. p. 356.=362. — *Neoportus* in Praefatione ad *Rituum Explicationem.* — *Jo. Burchard.* & *Frid. Otton. Menckeniorum Bibliotheca doctorum militum*, n. 129. p. 260. ſ. — *Frid. Otto Menckenius* ad patris eius *Orationem* in *obitum Ottonis Menckenii* in *Miſcellan. Lipſienſibus Novis*, Vol. I. Part. IV. p. 678. (q.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1364.
	circa 1661.	*Gaſpar* LOESCHERVS, *Martini* F. Verda-

daviensis ad Plissam Variscus, Theologus Lutheranus, & Philologus, mox Sandershusanus, mox Erfurthensis, mox Cygnaeensis, tandem Witebergensis, haud dubie diuersus a *Iohanne Gaspare Loescbero*, *Memoriae Christiani Daumii*, *magni nominis Critici & Philologi* auctore, qui in titulo huius Biographiae, quam *Martino G. Loescbero, Cygn.* Witebergae 1701. 4. defendit, se *Erfurtensem* nominat. Huic autem nostro debetur *Disputatio Historico-Philosophica de Metemspychosi Pythagorica*, *Lipsiae* 1666. 4. *Disputatio de Latrociniis*, *qvae in publicos Scriptores*, *Patres praecipue solent committere haeretici*, *Martisburgi*, 1674. 4. porro: *Vita Theodori Dassovii*, *Witebergae*, 1699. 4. & *Concio funebris* theotisca in memoriam *Iohannis Deutschmanni*, Witebergae 1706. 4. rel. Nat. 1636.=⊖. 1718.
vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1399.

1661. *Johannes Mauricius* REINESIVS, *Thomae* Fil. Philologus, hoc anno *Aenigmati Patavino Oedipum e Germania*, id est, *Thomae Reinesii*, patris sui, *marmoris Patavini interpretationem*, *Lipsiae* 4. edidit.

1661. *Johannes* TONIOLA, coetus Christianorum ex Italis collecti Homileta Basileensis, hoc anno *Basileam sepultam retectam continuatam*, hoc est, *tam vrbis*, *quam agri Basileensis Monumenta Sepulchralia*, primum *a Johanne Grossio ad A.* 1619. *collecta*, *nunc ad* 1661. *continuata*, cum *Monumentorum et Inscriptionum Italiae*, *praesertim modernorum*,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*rum*, *Appendice*, *Basileae* 4. foras exire iussit.
Leopoldo, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	1661.	*Johannes Henricus* VRSINVS, Spirensis, Theologus Lutheranus, Historicus, & Philologus Ratisbonensis. Hoc anno prodierunt eius *Exercitationes de Zoroastro*, *Sanchuniathone*, *Mercurio Trismegisto*, *Norimbergae* 8. vti eiusdem postea *Isagoges Historico-Chronologicae in Historiam Sacram & Profanam Libri quatuor*, *Francofurti* 1662. 8. item *de Ecclesiarum Germanicarum origine & progressu*, *Norimbergae*, 1664. 8. Nat. 1608.=⊖. 1667. vid. *Paul. Freheri Theatrum*, Part. I. Sect. III. p. 666. 667. cum Icone. — *Könîgii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofii Polyh. Philos.* L. II. Pert. I. c. IV. §. 5. p. 169. Tom. II. — *Crenii Animadv. Philol.* Part. II. p. 103. 105. & Part. V. p. 20. — *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. VI. p. 413. 414. — *G. Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. I. p. 186. (40.) — *Georg. Serpilius* in Praefatione ad *Nordhusam illustrem Johann. Henrici Kindervatereni*, n. XII. — *Gerdes Florileg. Libr.* p. 360. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1685.
	1661.	*Johannes Michaël* WANSLEBIVS, (vulgo: *Wansleben*,) Erfordiensis Thuringus, Philologus Aethiops, & Hodoeporicus Scriptor, primum Lutheranus, deinde pontificius, & impurus homo, hoc anno *Jobi Ludolphi Lexicon Aethiopico-Latinum*, cum eiusdem *Grammatica*, *Londini* 4. in lucem produxit.

Nat.

SAEC. XVII. | AER. CHR. | PARS QVINTA.

Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.

Nat. 1635.=⊖. 1679.
vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. *Vansleben* & *Wanslebius.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1689.

1661. *Robertus* BOYLE, Hibernus, Medicus, Philologus, & Philosophus Oxoniensis, hoc anno *Chemistam Scepticum*, *Oxoniae* descripsisse dicitur.
Nat. 1627.=⊖. 1691.
vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofius* I. *Polyh. Liter.* c. XI. §. 2. p. 97. L. VI. c. IV. §. 20. p. 994. Tom. I. *Polyh. Philos.* L. I. c. V. §. 7. p. 29. c. XV. §. 15. p. 117. L. II. Part. I. c. I. §. 7. p. 130. §. 18. p. 142. c. II. §. 8. 9. p. 155. c. VII. §. 8. p. 186. §. 13. p. 190. c. X. §. 3. p. 202. c. XVI. §. 4. p. 253. c. XVII. §. 6. p. 258. L. II. Part. II. c. I. §. 7. p. 275. c. IV. §. 3. p. 288. c. VI. §. 8. p. 298. c. VIII. §. 11. p. 311. f. c. XIII. §. 3. p. 333. f. c. XV. §. 2. p. 345. c. XVI. §. 2. p. 348. c. XVII. §. 4. p. 353. c. XVIII. §. 3. p. 356. c. XX. §. 6. p. 369. c. XXXIII. §. 2. p. 413. Tom. II. — *G. Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. II. p. 201. (x.) — *Jac. Bruckeri Hist. Crit. Philosoph.* Tom. V. Period. III. Part. II. L. II. c. II. §. 8. p. 622.=624. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1105. — *A. Haller Biblioth. Botanic.* L. VIII. n. 601. p. 517. Tom. I. & *Anatomica*, Tom. I. L. VI. §. CCCCLIX. p. 501.=505.

1661. *Eduardus* LEIGH, Leicestriensis Anglo-Britannus, Senator, Philologus, & Histori-
cus

SAEC XVII.	AER CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705		cus Londinenfis hoc anno publice legendas dedit: *Choice Obfervations on all the Kings of England from the Saxons to the Death of King Charles I. London*, 8. Eius etiam eft *Critica Sacra*, *f. Obfervationes philologico-theologicae in omnes voces Graecas Novi Teftamenti iuxta ordinem alphabeticum*, ex editione tertia latina, *Francof.* & *Lipfiae*, 1696. 4. & Francica *Ludovici de Wolzogve*, *Amftelaed.* 1703. 4. Nat. 1602 = ☉. 1671. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. *Leich.* — *Morhofius* I. *Polyh Liter.* c. XVIII. §. 42. p. 205. Tom. I. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1387.
	1661.	*Rutgerus* HERMANNIDES, ICtus, Hiftoricus, & Philologus Harderovicenus, hoc anno *Britanniam Magnam*, *Amftelaedami*, 12. in publicum emifit. Ita *Petronii Satyricon & Fragmenta illuftrata Ioh. Bourdelotii Notis Criticis & Gloffario Petroniano* prodierunt *repurgante fingula & accurante Rutg. Hermannide*, *Amftelaedami*, 1663. 16. Tum eiusdem *Orthotonia five Doctrina de Accentibus graecis*, tertium emendata, & aucta ibidem, 1664. 8. nec non *Cornelius Nepos* ab eodem publice recognitus eft ibidem, 1685. 12.
	1661.	*Robertus* KEVCHENIVS, ICtus, Hiftoricus & Philologus Amftelaedamenfis, hoc anno *Sexti Iulii Frontini qvae extant*, *Notis & Emendationibus* illuftrauit, *Amftelaedami*. 8. Eius quoque funt *Antoninus Pius*, *five in vitam Antonini Pii Excurfus politici*, acce-

SAEC XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*dit Comparatio Cardinalium Richelii, & Mazarini, Amstelaed.* 1667. 12. item Adnotationes eius ad *Sereni Sammonici* Carmen de *Medicina* in singulari eius editione 1668. 8. vulgatae, & *Poëtis Minoribus P. Burmanni* insertae, quas tamen *P. Burmannus* subinde notauit in Praefatione ad *Poëtas Minores* Stell. 7. pl. 4. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofius* VII. *Polyh. Liter.* c. III. §. 17. p. 1070. Tom. I. eius *Musas Iuueniles* reprehendit.
	1661.	*Johannes* SMETIVS, *Iohannis*, de quo Part. IV. p. 438. Filius, (vulgo: *Smith à Kettenis*,) Homileta, & Archaeologus, mox Alcmaranus, mox Amstelaedamensis, hoc anno *Duodecim Articulos fidei* interpretatus est, *Uitlegging van de twaalf Artyckelen des Geloofs*, *Amstelaed.* 4. Patris & eius fuerunt *Antiquitates Neomagenses*, *Noviomagi*, 1678. 4. Ad eumdem quoque pertinet, qui penes me est, *Thesaurus Antiqvarius Smetianus*, *seu Notitia Supellectilis Romanae Iohannis Smith à Kettenis*, *Amstelaedami ap. Reinerum Smetium*, *I. F.* 8. sine anno. Nat. 1630.=1710. vib. *Morhofius* V. *Polyh. Lit.* c. II. §. 13. p. 939. Tom. I. — *Pars Index Batavicus*, p. 131.=134. — *Vonckius* in Praefat. ad *Doesburgum*, p. LXXVIII. LXXIX. — *Paqvot Mémoires*, Tom. XIII. p. 226. 227.
	1662.	*Claudius* MALTRETVS, (vulgo: *Maltrait*,) Aniciensis, Sacerdos Jesuita, & Philologus

To·

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi-pibus.		Tolosanus, discipulus *Petri Possini*, cuius opera adiutus hoc anno *Procopii octo Libros Historiarum* graece & latine recensuit *Parisiis*, fol. Nat. 1621.=Θ. 1674. v. *Fabricii Bibl. Graec.* L. V. c. V. p. 252. Vol. VI.
Leo-poldo, Ferdi nandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1662.	*Carolus* PATINVS, *Guidonis* F. Parisiensis, Medicus, Philologus, & Archaeologus numarius, hoc anno *Ludovici Henrici Lomenii, Briennae* Comitis, *Itinerarium* auctius & emendatius edi curauit, *Parisiis*. 8. Ceterum variis libris, quorum hoc loco censum agere non est opus, vel de numaria, vel de Epigraphica re antiquitatis eruditae insigniter meruit. Nat. 1633.=Θ. 1693. Imago eius extat ante *Vrsini Familias Romanas*, *Paris.* 1663. fol. & *Quatres Relations historiques*, *à Basle* 1673. 12. v. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 268. n. 583. — *Morhofius* IV. *Polyh. Lit.* c. XIII. §. 13. p. 903. Tom. I. & *Polyh. Philos.* L. II. P. II. c. XXII. § 6. p. 375. Tom. II. — *Banduri Bibliotheca Nummaria*, n. CVII. p. 90.= 94. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. III. p. 450. 451. — *G. Krantzius ad Conringium* Saec. XVII. Cap. IV. p. 213. (31.) — *Nicol. Comnenus Papadopoli Hist. Gymn. Patavini*, L. III. Sect. II. c. XXXV. p. 379. =381. — *Gerdes Floril. Libr. rar.* p. 273. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1492.

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	1662.	*Ioachimus* HAGEMEIERVS, Vlmensis, ICtus, Historicus, & Philologus, mox Hamburgensis, mox Francofurtanus, hoc anno *De Foedere Civitatum Hanseaticarum, Francofurti*, 4. disputauit. Eundem habent auctorem Dissertatio de *Comitiis Imperii, Francofurti*, 1676. 4. & post mortem demum editae *Iuris Publici Europaei Epistolae XII. Francof.* 1686. ⊖. 1681. v. *Königii Bibl. Vet. & Nov* voc. — *Morhofii Polyh. Pratic.* L. VI. Sect. IV. §. 3. p. 571. Tom. II.
	1662.	*Godefridus de* PESCHWITZ, Consul Gedanensis, & Historicus, hoc anno *Familiam Caesarum Augustam cum Commentario* descripsit, *Jenae* 12. Eumdem quoque *De Repressaliis* scripsisse Anno 1660. auctor est *Königius* in *Bibl. Vet. & Nov.* voc. Nat. 1631.=⊖. 1696.
	1662.	*Marinus* STATILEVS, ICtus Traguriensis, & Philologus, qui hoc anno nouum Petroniani Satirici *Fragmentum* in *Nicolai Cippii* Bibliotheca repererat, quod mox inscio *Statileo*, *Paulus Frambottus*, *Patavii* vulgauit, 1664. 8. id vero *Fragmentum* ab oppido, vbi inuentum erat, sic appellatum *Tragurianum*, cum spuriae antiquitatis esse videretur *Hadr. Valesio* & *Io. Christoph Wagenseilio* in *Dissertationibus de Coena Trimalcionis sub Petronii nomine vulgata*, *Lutetiae*, 1666 8.) eius γνησιότητα non ipse quidem *Marinus Statileus*, vt *Burmannus* maior loco mox laudando censet, sed sub eius nomine

SAEC. XII. | AER. CHR. | PARS QVINTA.

Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.

Petrus Petitus defendit, in *Responsione ad I. C. Wagenseilii & H. Valesii Dissertationem de Traguriano Petronii Fragmento, Paris.* 1666. 8.
vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Io. Alb. Fabricius*, L. II. Bibl. Lat. c. XI. p. 388. 389. Tom. I. & p. 546. 547. Tom. II. — *Vincentii Placcii Theatrum Anonym. & Pseudon.* p. 574. n. 2574. — *Petr. Burmannus* in *Praefatione* ad *Petronii Satiric.* Stell. 3. pl. 2. & 3. — *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. III. p. 469.

1662. *Iohannes* STRAVCHIVS, Colditio Misenensis, ICtus, Historicus, & Philologus mox Jenensis, mox Giessensis, hoc anno *Disputationem de Beryto, sive ad Titulum Codicis de Metropoli Beryto, Brunsvigae*, 4. in lucem prodire iussit, in qva difficillimum *de Coloniis* argumentum pertractauit. Sic eidem debetur Dissertatio de *Hostilenditiis*, Jenae 1671. 4. edita, & a *Burc. Gotthelf Struvio* in *Bibliotheca Libror. rar.* Thec. I. a p. 52 = 97. repetita, *Dissertationum Canonicarum Trias*, Ienae 1673. 4. *Amoenitates Iuris Canonici*, *Jenae* 1675. 4. &, quae diu post mortem in aliquod corpusculum redactae sunt, *Vitae aliquot veterum ICtorum*, quas conquisiuit, recensuit, & Praefatione ornauit *Chr. Gottl. Buderus*, *Jenae*, 1723. 8. item *Strauchiana s. Opuscula Iuridico-Historico-Philologica* in *vnum Volumen* collecta cura *Carol. Gottl. Knorrii*, *Halae Magdeburgicae*, 1729. 4.
Nat. 1612. = Θ. 1680.
vid. *Morbofii Polyb. Practic.* L. VI. Sect. IV.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		§. 5. & 8. p. 574. Sect. VI. §. 2. p. 580. Sect. VII. §. 17. p. 591. & Sect. IX. § 4. p. 596. Tom. II. — *Mollcri Homonymoscop.* Sect. II. c. VII. §. 129. p. 723. — *Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. III. p. 206. (8.) — *Joh. Fabricii Histor. Bibl.* Part. IV. p. 148. 149. & Part. VI. p. 27. 46. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol II. p. 1629. vbi addendum est, *breuem Hambergeri Narrationem* etiam legi in *Laur. And. Fr. Hambergeri Opusculis ad elegantiorem Iurisprudentiam pertinentibus*, *Jenae*, 1740. 8.
	1662.	*Matthias* ZIMMERMANNVS, Eperio-Hungarus, Theologus Lutheranus, & Philologus, mox Coldiciensis, mox Misenensis, hoc anno *Dissertationem ad illud Tertulliani Apolog.* c. 18. *Fiunt, non nascuntur Christiani*, *Lipsiae*, emisit. Nat. 1625. = ☉. 1689. v. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofius* I. *Polyh. Literar.* c. VI. §. 37. p. 50. Tom. I. — *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. V. p. 200. 201. 369. — *Catal. Biblioth. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1713. — *Alexii Horànyi Memoria Hungarorum & Provincialium*, *Scriptis editis notorum*, Part. III. p. 589. = 593.
	circa 1661.	*Matthaeus* POLVS, (vulgo: *Poole*,) Londinensis, Theologus primum patriae suae vrbis, dein munere suo motus, & Amstelaedamensis, iam circa hunc annum clarus esse videtur, etsi aliquot annis serius *Synopsin Criticorum in S. Scripturam* luce publica donauerit. ☉. 1679.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi-pium.		v. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofii Polyh. Practicus*, L. V. §. 24. p. 537. Tom. II. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1525.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1662.	*Vlricus* HVBERVS, Doccumensis Frisius, ICtus, Historicus, & Philologus primum Academiae Franeqveranae, tum Leowardiensis curiae, hoc anno *de genuina aetate Assyriorum, & regno Medorum Dissertationes VII. Franeqverae*, 8. in publicum prodire iussit. Vt taceam insignia eius de Iurisprudentia civili Romanorum merita, liticulae saltem istius non admodum humanae, qvae inter eum & *Perzonium* intercessit, hoc loco testes libros commemorare libet, quoniam maxima eorum pars hodie rarius occurrit. Duplicis generis erat illa controuersia, alterum de vi & natura *Praetorii*, alterum super *Institutionibus eius Historiae civilis. Perizonius* quippe primum *Dissertationem philologicam de origine, significatione & vsu vocum Practoris & Praetorii, veroque sensu verborum D. Pauli Phil. I.* 13. in Academia *Franeqverana* defenderat 1687. 4. aliamque similem Dissertationem subiunxerat *de Practorio Caesarum eiusque Praefecto, Franequerae*, 1688. 4. hanc vtramque cum *Huberus* seu privatim, seu publice sugillasset in *libro singulari* de *Praetorio, Dissertationibus Iuridico-Theologicis* VII. subiuncto, *Franequerae* 1688. 8. & 1698. 8. *Perizonius* superiores dissertationes noua veste induit, simul *Huberi* de *Praetorio veroque sensu Pauli ad Phil. I.* 13. *Commentarium* typis reno-

Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705

renouandum curauit, ad fingula capita *Refponfionibus* additis, *Franequerae*, 1690. 8. qui liber frequenter occurrit. Sed reliqui duo non aeque. Eodem enim anno prodiiffe videtur incerti auctoris: *Summa & Cenfura Libri*, *cuius haec infcriptio*: *Iacobi Perizonii cum viro Ampliffimo Vlrico Hubero Disquifitio*, *de Praetorio & vero fenfu Pauli*, *Phil.* I. 13. *Auctore P. F.*, *Franequerae*, 8 fine anni nota. neque hanc fua reprehenfione intactam reliquit Perizonius, fed *Abfterfionem Cenfurae Huberianae in nuperas Refponfiones Iacobi Perizonii ad Librum Singularem Vlrici Huberi de Praetorio*, *Franequerae* 1690. 8. repofuit. Quis fub literarum notis P. F. latuerit, ipfe *Perizonius* tum videtur ignoraffe, quoniam fic p. 4. non *exputare*, inquit, *poffum*, *quid moueat ipfum*, *vt* . . . . *opponat* . . . . *nunc mihi*, *nuper Clariff. Eckio*, *titulum Auctoris P. F. nifi quod fub hac perfona poffit tanto magnificentius de fe ipfe loqui* &c. & alio loco p. 6. illas: literas P. F. per *Pyrgopolinicen Franequeranum* interpretatur. Equidem fufpicari malim, nomen hic *Petri Francii*, fubeffe, vnde poftea fimultates inter *Perizonium*, & *Petrum Francium* fubortas effe, in *Bellum Literarium*, Amftel. & Lugd. Bat. 1696. 4. editum, erupturas, putauerim. Quod ad alteram Hiftorici argumenti controuerfiam fpectat, notum in vulgus eft, *Vlricum Huberum Inftitutiones Hiftoriae Ciuilis*, *Franequerae* 1692. 8 tribus codicibus, edidiffe, locupletius deinde a *Zacharia Hubero*, *Vlrici* filio, typis repetitas, Franeqverae 1703. 4. qui-

SAEC. XII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		quibus sub examen vocatis *Perizonius* scripsit *Specimen errorum supra centum & viginti ex uno & primo Tomo Historiae Civilis Vlrici Huberi. Praemissa est praefatio Apologetica dedicationi istius Tomi reposita & subiectae Responsiones & Animadversiones in nuperrimas disputationes Eunomicas, Franeqverae* 1693. 8. cuius quidem accusationis inuidiam a se depellere conabatur *Huberus*, in publicum emittens: *De Calumnia centum & viginti errorum Iacobi Perizonii Specimen Epistolicum ad Consularem virum Emonem Aeldrigs*, *Franequerae*, 1693. 8. Sed maiorem ei molestiam crearunt (*Jacobi Perizonii*) *Errores XIII. ex centum & triginta Institutionum Historiae civilis V. A. Vlrici Huberi, ab eius cauillationibus & clamoribus liberati*, *& novorum aliquot demonstratione, ex nupero eiusdem libello aucti*, *Franeqverae*, 1693. 8. Nat. 1636.=☉. 1694.
		vid. *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire* Tom. II. voc. (Vlric) *Huber*, Jurisconsulte. — *Elogium* in *Emonis Lucii Vriemoet Athenis Frisiacis* n. LX. p. 444=471. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1340.
	1663.	*Iohannes Paptista* NANI, Procurator D. Marci, Historicus, & Philologus Venetus, hoc anno primam Partem *Historiae reipublicae Venetae*, *Venetiis* 4. euulgauit, (*Historia della Republica Veneta, Parti due*, Part. I. 1663. & P. II. 1679. 4.) quae etiam francice versa est. (*Histoire de la Republique de Venise, Partie* I. *Cologne* 1682. & Part. II. *Amstelaed.* 1702.) Nat. 1616.=☉. 1678.

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		v. *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. III. p. 439. 440. — *G. Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. V. p. 222. (66.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1463.
	1663.	*Iohannes* PALATIVS, Venetus, ICtus, & Historicus Patavinus, hoc anno *de dominio maris*, *Venetiis*, 12. disseruit. Eiusdem quoque est *Monarchia Occidentalis scilicet Aqvila inter lilia*, Venet. 1671. *Saxonica*, ibid. 1673. *Sancta sive Bavarica*, ibid. 1674. *Franca*, *Sueva*, *et Vaga*, ibid. 1679. 4. tum *Gesta Pontificum Romanorum*, *Venetiis* 1687 = 1690. duobus codicibus fol. & *Fasti Ducales*, *Venetiis* 1696. fol.
	1663.	*Stephanus* BALVZIVS f. BALVSIVS, Tutelensis, ICtus, Historicus, & Philologus Parisiensis, hoc anno *Epistolam* ad *Sorberium*, *de vita et Scriptis Petri de Marca*, *Parisiis*, 8. scripsit, postea vel de Christianorum Theologis veteribus, vel de monumentis Historiae medii aeui, immortaliter meritus est. Ita *B. Servati Lupi Opera*, *Parisiis* 1664. 8. recusa deinceps *Lipsiae*, (*Antwerpiae*) 1710. 8. *S. Agobardi Opera*, item Epistolas & Opuscula *Leidradi*, & *Amulonis*, *Parisiis*, 1666. 8. duobus codicibus. *Concilia Galliae Narbonensis*, *Parisiis* 1668. 8. *Petri de Marca Dissertationum de Concordia Sacerdotii et Imperii Libros IIX.* cum *Supplemento* suo, Parisiis 1669. fol. *Caesarii Episcopi Arelatensis Homilias XIV. Parisiis* 1669. 8. *Reginonis Abbatis Prumiensis Libros II. de Ecclesiasticis disciplinis et reli-*

gio-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705		*gione Christiana*, *cum Rhabani Archiepiscopi Moguntini Epistola ad Heribaldum*, *Paris.* 1671. 8. *Petri Gallandi vitam Petri Castellani*, *magni Franciae Eleemosynarii*, *Paris.* 1674. 8. *Capitularia Regum Francorum*, *Parisiis* 1677. fol. duobus codicibus. *Miscellaneorum* Libros VII. *Parisiis* 1678.=1715. 8. in quorum libro, vel Tomo II. ibid. 1679. edito vulgatus primum est aureus *Lactantii* libellus *de Mortibus persecutorum*, p. 1.=46. *Innocentii III. Epistolas*, *Parisiis* 1682. fol. duobus codicibus; *Salviani Opera* cum *Vincentii Lirinensis Commonitorio*, *Parisiis* 1684. 8. *Marii Mercatoris Opera ad fidem veterum Codicum Mss. Parisiis* 1684. 8. *Petri de Marca* Archiepiscopi Parisiensis, *Marcam Hispanicam*, seu *Limitem Hispanicum*, i. e. Geographicam & historicam *descriptionem Cataloniae*, *Parisiis* 1688. fol. *Vitas Paparum Avenionensium*, *Parisiis*, 1693. 4. duobus Tomis, *Historiam Genealogicam* (*Histoire Genealogiqve de la maison de la Tour d'Auvergne*,) *Parisiis*, 1708. fol. duobus codicibus. *Historiae Tutelensis Libros* III. *Parisiis*, 1717. 4. *Varias* Scriptorum *lectiones* in *Lucae Dacherii Spicilegio s. Collectione veterum aliqvot Scriptorum*, *Paris.* 1723. tribus codicibus fol. obuias, item *Cypriani Opera ad Msc. Codices recognita*, & post eius mortem, *Parisiis* 1726. fol. edita, alia id genus, vel in vnum collegit, vel primus in lucem protulit, vel recognovit, vel emendavit, vel adnotationibus illustravit. Nat. 1630.=⊖. 1718. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 264. n. 575.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705		575. — *Io. Georgio Graevio* in Praefatione ad *Ciceronis Epistol.* ad *Atticum*, p. 46. *Praefat et Epistol.* ed. *Fabric.* dicitur : *non minus candore et diligentia in eruendis antiquis Ecclesiae Christianae monumentis, quam sollertia et doctrina in iis illustandis vbique gentium celebris.* — *Io. Fabricii Histor. Bibliotb. Part.* VI. p. 170. 171. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. I. voc. (Etienne) *Baluze*, naqvit à Tulles. — *David Clement Bibliotheque Curieuse*, Tom. II. p. 383.=388. (70.)=(72.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1085. — *I. B. L. Osmont Dictionaire Typographiqve*, Tom. I. p. 71.
	1663.	*Jacobus Mosantius* BRIOSIVS, (vulgo : *Jacqves Moisant de Brieux*,) Orator, & Poëta Cadomensis, hoc anno *Poëmata*, *Cadomi* 8. prodire iussit. Non minoris pretii sunt eius *Epistolae*, *Cadomi*, 1670. 8. editae. ⊖. 1674.
		vid. *Burmannus* in Praefat. ad *Lucanum* Stell. 3. pl. 3. — *Dan. Gerdes* in *Supplemento Novo ad Florilegium Librorum rariorum*, p. 704. *Scrinii Antiqvarii* Tom. VIII. Part. II.
	circa 1663.	*Johannes Baptista* COLBERTVS, Rhemensis, summis honoribus in palatio Regis Franciae functus, eruditorum hominum Maecenas, & variarum Academiarum auctor. Imaginem eius servat numus *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CXXVIII. No. V. ad p. 124. f.

vid.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		vid. *Morerii Lexicon Historicum*, voc.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1663.	*Bernardus* MONETA, (vulgo: *De la Monnoye*,) Divionensis, Poëta, & Philologus Parisiensis, eo anno *Eclogam*, *Thyrsis*, inscriptam, sine commemoratione loci, 4. & 8. in lucem prodire iussit. Postea varias Obseruationes scripsit, vel in *Pauli Colomesii Bibliothecam Selectam*, quae extant in editione *Parisiensi*, 1736. 8. vel in *Bailleti Iudicia*, itidem obvias in *Bailleti* editione *Amstelaedamensi*, 1725. 4. vel in librum de tribus Impostoribus, (v. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 505.) vel in *Maettairii Annales Typographicos*, *Bibliothecae Britannicae*, Tom. VII. p. 145. insertas, in *Poggiana*, *Remarques sur les Poggiana*,) *Parisiis* 1722. 8. Poëmata, (*Poësies publiées par Mr. de S.* . . . . *à la Haye* 1716. 8.) itidem *Epistolam* ad *Mich. Maetterium*, quam post eius mortem, *ex Bibliotheca Schoembergiana* edidit *August Beyerus*, *Dresdae*, 1733. 8. Nat. 1641. = Θ. 1728. vid. *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Bernard de la) *Monnoye*. — *Papillon Bibliotheque des Auteurs de Bourgogne*, Tom. II. p. 61 = 79. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1450.
	1663.	*Carolus* SPONIVS, Medicus & Philologus Lugdunensis, eo anno *Hieronymi Cardani Opera* omnia, *Lugduni* in vnum corpus decem Tomorum fol. coëgit. Θ. 1684.

AER. CHR.	PARS QVINTA.
	vid. *Königii Bibl. Vet. et Nov.* voc. — *Bayle Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Charles) *Spon*, Medecin de Lion. — *Io. Mollert Homonymoscopia*, Sect. II. c. VII. §. 127. p 724. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1621.
1663.	*Martinus* BRVNNERVS, Philologus Graecus Vpsaliensis, hoc anno *Palaephatum* graece & latine, *Vpsaliae*, 8. recensuit. v. *Fabricii* Bibl. Gr. L. I. c. XXI. p. m. 140. 141. Vol. I. ⊖. 1679.
	v. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Burmannus*, maior, ad *Syllogen Epistol.* Tom. V. p. 177. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1112. 1113.
1663.	*Paulus* HACHENBERGIVS, Steinfurtensis, Historicus postea Heidelbergensis Academiae, eo anno carmen hodie valde rarum edidit, hac singulari prorsus Epigraphe: *Tubantus redivivus. Seu illustrissimorum & S. R. I. Excellentissimorum Comitum in Benthem Genealogia. Cuius veritas ex veterum favissis eruta* &c. *Steinfurti.* 8. Eiusdem quoque est *Germania media, in qua mores, ritus, Leges sacrae profanaeque ceremoniae a Traiano ad Maximilianum I. recensentur*, primum 1675. edita, tum *Jenae*, 1686. 4. (v. *Act. Erud.* 1686. p. 421.) & tertium, *Halae Magdeburgicae*, 1709. 4. Nat. 1652. = ⊖. 1681.
	vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Freytagii Adparat. Litterar.* Tom. III. p. 477. 480. & qui instar omnium est vir illustris

Jo.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principium. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*Joannes Henricus Jungius*, in Praefatione ad egregium eius opus *Historiae antiquissimae Comitatus Benthemensis*, *Hanoverae* & *Osnabrugi*, 1773. 4. p. I.=VII.
	1663.	*Johannes* SAVBERTVS, Iohannis, (de quo ad P. IV. 396. *Append.* P. V.) cum patre non confundendus, vt fit passim, Norimbergensis, Theologus & Philologus mox Academiae Helmstadiensis, mox Altorfinae. Quantumuis autem iam *de Sacris & sacrificiis* singulari libro, *Jenae* 1659. 8. edito, disputasse videatur, (argumento *Morbofii* V. *Polyh. Lit.* L. V. c. II. §. 6. p. 933. Tom. I.) quem librum postea *Thomas Crenius* repetiit, Lugd. Bat. 1699. 8. tamen maiores nunc nominis sui velut radios sparsit, cum *Michaëlis Piccarti Periculorum Criticorum librum singularem*, *Helmstadii* typis renovaret, 1663. 4. praetera *Iac. Iebudae Leonis de templo Hierosolymitano tam priori quam posteriori Libros IV.* de graecolatinos faceret, *Helmstadii*, 1665. 4. item *Sacrae Scripturae veteris Testamenti* interpretationem theotiscam daret, (*Der Heiligen Schrift alten Testaments ersten Theil*,) *Helmstadii*, 1666. 4. (v. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* loco mox laudando, & *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. I. p. 31.) Nat. 1638.=☉. 1688. uid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Crenii Animadv. Philolog.* Part. XVI. p. 273. f. — *Jo. Fabricii Histor. Bibl.* Part. III. p. 339. & Part V. p. 340.=345. — *G. Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. I. p. 188.

SAEC. XVII.	AER CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		(62.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1579.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1663.	*Tobias* WAGNERVS, Heydenhemio-Wurtenbergicus, Theologus, & Historicus Tubingensis. *Memoriam* quidem *Ioh. Ulric. Pregitzeri*, *Tubingae* 1659. 4. celebrauit, vel sic tamen tres maioris momenti libros hoc ipso anno in lucem protulit: *Breviarium totius orbis terrarum Geographicum*, *Vlmae*, 8. *Descriptiones Genealogicas* ibidem, 12. & *Institutiones historiarum*, ibidem, 8. Nat. 1598.=ϴ. 1680. v. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1687.
	1663.	*Academia* BONARUM ARTIUM, INSCRIPTIONUM & NUMISMATUM, suasore *Colberto*, Regis Franciae Comite Consistoriano, Parisiis condi coepit. vid. *Catalog. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 993. — *Io. Matthi. Gesnerus*, ad *Isagogen*, §. 276. p. 266. Tom. I.
	1664.	*Franciscus* REDIVS, Aretinus, Medicus, Philosophus, & Grammaticus Florentinus, hoc anno etrusce scripsit *Osservazioni intorno alle Vipere*, *Firence*, 4. De vernacula quoque dialecto sua bene meruit, edita *Orthographia Italica*, (*Ortografia moderna Italiana con qualche altra cosa di lingva*, *Patavii* fortassis 1721. 4. typis renováta. Nat. 1626 =ϴ. 1697. Imago eius in qvatuor numis *Musei Mazzu-*

chel-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principium.		*chelliani*, Tom. II. Tab. 141. No. I.=IV. ad p. 167. f.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.		vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1547. — *A. Halleri Biblioth. Chirurgica*, Tom. I. L. V. §. CCLXXXVII. p. 379. *Bibliotheca Botanica*, L. VIII. n. 621. p. p. 530 531. Tom. I. & *Anatomica*, L. VI. n. CCCCLXX. p. 520. 521. Tom. I.
	1664.	*Paulus Maria* TERZAGVS, Mediolanensis Physicus, & Archaeologus, hoc anno *Museum Septalianum* h. e. *Manfredi Septalae Patritii Mediolanensis industrioso labore constructum geniali*, vt ait, *Laconismo* descripsit *cum Logo centonibus de natura Crystalli, Coralli, Testaceorum* &c. *Dertonae*, 4. qui liber poulo post in vernaculum translatus est sermonem sub titulo: *Museo ò Galeria adunata dal Sapere e dallo studio di Manfredo Settala descritto in Latino da Paolo Maria Terzago, & hora in Italiano da Pietro Franc. Scarabelli e dal medesimo accresciuta, Tortona*, 1666. 4.
		⊖. 1691.
		Icon eius extat in numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. 142. No. I. ad p. 168.
		vid. *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. LXXX. p. 70. 71.
	1664.	*Honoratus* BUCHIUS, (vulgo: *Honoré Bouche*,) Aquasextiensis, Historicus, & Archaeologus Provincialis, hoc anno *Chorographiam & Historiam Provinciae*, (*Chorographie, & Histoire Chronologique de Provence, Aix.*)

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		Fol. duobus codicibus emisit, e qua plures lapidum titulos *Miscellaneis* suis *eruditae antiquitatis* inseruit *Sponius*, veluti I. *Misc. Sect.* IV. p. 11. 12. II. Misc. VII. p. 36. XI. p. 61. 62. V. *Miscell.* p. 157. 159. 161. 163. 191. 198. 202. VII. *Misc.* p. 263. Nat. 1598.=⊖. 1671. vid. *David Clement Bibliotheqve Curieuse*, Tom, V. p. 143. (2)
	1664.	*Iohannes* CARPENTERIVS (vulgo: *Le Carpentier*,) Historicus Gallo-Francus, hoc anno *Historiam vrbis & Castri Cameracensis* (*Histoire de Cambrai & de Cambresis*) *Lugduni Batauorum* 4. duobus codicibus descriptam emisit.
	1664.	*Iohannes Baptista* LANTINVS, Senator Divionensis, & Philologus, hoc anno *Commentario Salmasii de Manna et Saccharo* 8. edito, praefatus esse dicitur. Eiusdem forte est Diatribe, de qvaestione, an Carneades aeqvalis Epicuri fuerit, in *Ephemeridibus Parisiensibus*, (v. *Catal. Bibl. Bun.* T. I. Vol. II. p. 1137. Nat. 1620.=⊖. 1695. vid. *Morhofius*, V. *Polyh. Liter.* c. II. §. 9. p. 936. Tom. I. — *Papillon Bibliotheqve des Auteurs de Bourgogne*, Tom. I. p. 382. =384. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1380. 1381.
	1664.	*Nicolaus Melchisedecus* THEVENOTVS, Parisiensis, Scriptor Hodoeporicus, & Philologus, hoc anno *Iter* suum per Euro-

SAEC XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		ropam, Asiam & Africam, *Voyage en Europe, Asie, et Afrique*, descripsit, *Parisiis*. 4. Post eius mortem *Veterum Mathematicorum Opera*, ex Msc. Bibliothecae Regiae eiusdem studio desumta lucem viderunt, *Parisiis*, 1693. fol. reg. (v. *Fabric. Bibl. Gr.* L. III. c. XXIV. p. 588. =592. Vol. II.)
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705		ϴ. 1692.
		vid. *Colomesius* in *Gallia Orientali*, p. 265. qui ex *Abrahamo Ecchellensi* adnotauit, eum iam circa A. 1651. clarum fuisse. — *Könìgii Bibl. Vet. et Nov.* voc. — *Morhofius* I. *Polyh. Lit.* c. I. §. 7. p. 3. Tom. I. *Polyh. Philos.* L. II. P. II. c. LX. §. 5. p. 426. — *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. V. p. 213. 214. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1647. — *A. Haller Bibl. Botan.* L. VIII. n. 608. p. 522. f. Tom. I.
	1664.	*Olaus* VERELIVS, Historicus, & Grammaticus Suecus, hoc anno *Gothrici et Rolfi Westrogothiae regum Historiam lingva antiqua Gothica scriptam* in latinum sermonem conuertit, adnotationibusque cum suis, tum *Ioh. Schefferi* illustrauit, *Vpsaliae*, 8. eodem pacto *Hervarae Historiam* latinitate donauit, animadversionesque addidit, *Vpsaliae*, 1672. fol. et *Manuductionem ad Runographiam Scandicam antiquam*, *Vpsaliae*, 1675. fol. elaborauit. Eiusdem *varia Opuscula*, *Lincopiae*, 1730. 8. promulgata sunt. Nat. 1618. = ϴ. 1682.
		vid. *Morhofii Polyh. Philosoph.* L. I. c. I. §. 14. p. 9. Tom. II. — *Gerdes Florileg. Libr.*

O 2 rar.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*rar.* p. 353. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1672.
Leopoldo, Ferdinandi III. 1658. = 1705.	1664.	*Fridericus* GEISLERVS, Reussendorfensis Silesius, ICtus, & Philologus Academiae Lipsiensis, Collegii *Conferentium*, quod propago erat *Gelliani*, & *Anthologici*, eo anno auctor, teste *Georgio Christi. Gebauero* in *brevi illius Historia*, p. X.=XII. *Dissert. Antholog.* Eius autem non inelegantes sunt varii generis Disputationes, veluti: *De nominum mutatione, et Anonymis Scriptoribus, ductu leg. vnicae Cod. de mutat. nom. Lipsiae* 1669. 4. quae non modo auctior, ibidem 1669. 4. typis repetita est, sed etiam *Appendicem Placciani theatri*, p. 65. occupavit, tum de *Doctoris et Licentiati conuenientia, Lipsiae* 1672. 4. & de *titulo: Nos Dei Gratia in duas partes distributa, Lipsiae*, 1677. 4. Nat. 1636.=ө. 1679. vid. *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* P. III. p. 174. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1265.
	1664	*Aegidius* GUTBIRIVS, Theologus, & Philologus Hamburgensis, hoc anno *Novum Testamentum Syriace, Hamburgi*, 8. edidit. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part VI. p. 376. =378. — *Ad. Henr. Lackmanni Annalium Typographicorum Selecta quaedam capita, Hamburgi*, 1740. 4. p. 72.=74. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1294. — *Joh. Frid. Hirts Bibliotheca Oriental. et Exegetica*, Part. II. p. 319.=323.

Geor-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.	1664.	*Georgius Gaspar* KIRCHMAIERVS, Vffenhemio-Francus, Philologus, Rhetor, et Historicus Academiae *Witebergensis*, hoc anno *Tacitum de moribus Germanorum, Commentario res moresque Germanorum veterum a suis originibus per notas criticas, historicas, politicas et similes cum necessariis Indicibus exhibente*, interpretatus est, *Witebergae* 8. postea varii generis seu Grammatici, seu Rhetorici argumenti disputationibus Academicis bene de literis meruit, veluti; *Disquisitione Philologica de Maroniano: Dic quibus in terris, Ecl. III.* 104. *Wittebergae*, 1666. 4. *De originibus et caussis Literaturae Graecae eiusdemque dialectis*, *Witeb.* 1684. 4. *De Oratore civili et Ecclesiastico*, ibid. 1686. 4. item *Oratore Parrhesiaste*, ibid. eod. a. 4. *De lingva vetustissima Europae Scytho-Celtica & Gothica*, ibid. 1686. 4. *Elogiis & Elegantiis latinorum ICtorum veterum ad Digesta*, ibid. 1687. *Latinitate Legali praeter meritum suspecta, ex Pandectis Iuris eruta & vindicata*, ibid. 1687. 4. quatuor aliis disputationibus, *Amoenitates atque Veneres Latinitatis in dictionibus & Formulis ex Pandectarum Iuris voluminibus*, item *Amoenitates & vindicias Philologicas ad Institutiones Iustinianeas*, Witebergae 1688.=1691. 4. offerentibus, quae *VI. Opuscula rarissima de Latinitate Digestorum & Institutionum Iustiniani Imperatoris collegit, et praefatus est Georg. Samuel Madihn, Juris Antecessor Academiae. Viadrinae, Halae*, 1772. 8. porro *Lactantio de vero Dei cultu critica censura illustrato*, *Witeb.*

N 3 1699.

C XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		1690. 4. Ἀναλύσει & Ἐξηγήσει *Epistolae Plinii XCVII. Libri X. de cognitione et poenis Christianorum sub Imperatore Traiano*, Witeb. 1693. 4. *De Epistolis Senecae ad Paulum hypobolimaeis*, ibid. 1694 4. De *Decoro generatim*, *speciatim Oratorio*, ib. 1694. 4. *Parallelismo & convenientia XII. Linguarum ex matrice Scytho-Celtica, Europaeque a Japheti posteris vindicaturo*, ibid. 1697. 4. De *Origine*, *Iure*, *ac vtilitate lingvae Slavonicae*, ibid. 1697. 4. *Idea Oratoris Sacri perfectissimi*, ibid. 1699. 4. tandem *Epistolis & Carminibus*, qvae post eius mortem, *Witebergae* 1763. 8. lucem aspexerunt.
		Θ. 1700.
		vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1365.
	1664.	*Henricus* MEIBOMIVS, minor, *Henrici* (de quo *Part.* IV. p. 121.) nepos, & *Iohannis Henrici*, (de quo itidem P. IV. p. 282.) Filius, Lubecensis, Medicus, Historicus, & Philologus Helmstadiensis, hoc anno *de Longaevis* disputationem emisit, *Helmstadii*, 4. deinde *Valentini Henrici Vogleri Introductionem vniversalem in Notitiam cuiuscunque generis bonorum Scriptorum* cum adnotationibus, tum Praefatione *de fine, fructu, & vtilitate Historiae literariae* illustrauit, *Helmstadii*, 1670. & 1691. 4. inprimis Scriptores rerum *Germanicarum* tribus tomis, *Helmstadii* 1688. fol. vtiliter digessit.
		Nat. 1638 = Θ. 1700.
		vid. *Ioh. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. III. p. 9. = 16.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		9.=16. — G. *Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. IV. p. 210. (7.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1430. 1431. — *A. Halleri Bibliothec. Anatomica*, Tom. I. L. VI. n. CCCCLXXVI. p. 526.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.	1664.	*Samuel* RACHELIVS, Lundinensis Dithmarsus, Consiliarius Gottorpiensis Holsatus, ICtus, Philologus, & Philosophus, mox Helmstadiensis, mox Kiloniensis, hoc potissimum anno scripsit *Examen probabilitatis Jesuiticae*, quod cum *Ludovici Montaltii*, *h. e. Blasii Pascalii Literis Provincialibus de morali & politica Jesuitarum* disciplina ex versione latina *Guil. Wendrockii*, hoc est, *Petri Nicole*, prodiit *Helmstadii*, 1664. 4. Praeterea super *Cicerone de Officiis*, *Francofurti*, 1668. 8. & *Amstelaed.* 1687. 8. philosophatus est, quam apte interdum, hoc loco indicare nihil attinet. Nat 1628.=Θ. 1691.
		vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofii Polyh. Philos.* L. I. c. XI. §. 7. p. 51. *Polyh. Pract.* L. 1. §. 7. p. 485. §. 10. p. 486. §. 12. p. 488. (c.) L. VI. Sect. I. §. 5. p. 559. Sect. IX. §. 2. p. 595. *Tom.* II. — *Jo. Molleri Homonymoscopia* Sect. II. c. VII. §. 104. p. 713. s. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1542.
	1664.	*Jacobus* GREGORIVS, ortu Scotus, Mathematicus illustris inter Anglo-Britannos.
		vid. *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jacqves) Gre-

Ge-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*gory*, Mathematicien. — *Montucla Histor. Mathefeos*, Tom. II. Part. IV. L. 1. §. X. p. 67.=69. & Part. IV. L. VI. §. VI. p. 328.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio* 1658. = 1705	1665.	*Theophilus* HOGERSIVS, Athenaei primum Daventrienſis literarum Profeſſor, *Io. Georg. Graevii* ſucceſſor, mox Senator, & Conſul Daventrienſis, deinceps tamen ob adverſum illis temporibus de re publica ſenſum Senatu motus, ſummus H. R. *Schelii* amicus, eiusque libellorum poſt mortem editor, Rhetor, & Carminum Scriptor, hoc anno memorabilem illam Orationem de *C. Iulio Caeſare tyranno*, Daventriae habuit, in qva *adhortationes et monita* inſunt *ad ciues de LIBERTATE tuenda*, eamque poſtea *Rabodi Hermanni Schelii Libertati publicae* ſubiunxit, *Amſtelaedami* 1666. 12. Similiter *binas Orationes* bello Anglico ſecundo recitauit *ad Senatum Populum Daventrienſem*, quarum *Prima*, *de patria fortiter defendenda*, *poſt acceptam cladem A.* 1665. *altera de Pace Batauorum et Britannorum*, *illorum virtute confecta A.* 1667. *Amſtelaedami* quoque 1669. 12. iunctim editas.
		☉. 1676.
		v. *KönTgii Bibl. Vet. et Nov.* voc. — *Io. Georgio Graevio* laudatur *vir ampliſſimus*, *et Orator et Poëta cultiſſimus Goswinus Hogerſius*, *Conſul olim Daventrienſis* in *Praefatione* ad Tom. X *Theſauri Antiqv. Rom.* p. 427. *Praef. et Epiſt.* ed. *Fabric.* modo idem eſt *Goswinus*, qui *Theophilus*. — *Burmannus*, maior, ad *Syllogen Epiſtolar.* Tom. IV. p. 41. — *Burmannus* minor, in Praefatione
		ad

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		ad *Analecta Belgica*, Tom. II. p. XLV.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio* 1658. = 1705.	1665.	*Michaël* JVSTINIANVS, Abbas & Patricius Genuenſis, ICtus, & Hiſtoricus, hoc anno *Franciſci Martii Hiſtoriae Tiburtinae* etruſce ſcriptae, *Romae* editae, & in *Theſauro Italiae*, Tomo IV. Part. IV. latino typis renouatae, praefatus eſt, bienhioque poſt *Elenchum Scriptorum Ligurum* (Degli Scrittori Liguri) *Romae* 1667. 4. adornauit. Nat. 1612.=0. vid. *David Clement Bibliotheqve Curieuſe*, Tom. IX. p. 190.=192. (77.)
	1665.	*Dominicus* RVBEVS ſ. de ROSSI, Architectus, ſignorum, ſtatuarum, & gemmarum veterum cuſtos & compoſitor. Eius certe opera & induſtria hoc anno *Romae* in lucem prodire coepit *Joh. Iacobi Roſſi novum Theatrum operum & aedificiorum Romae hodiernae.* (*Gio. Giacomo Roſſi Nuovo Teatro delle Fabriche ed Edificii, Chieſe, Palazzi in proſpettiva, di Roma moderna, continuata di Gio. Batt. Falda, é Aleſſandro Specchi, con direzione di Domenico de Roſſi, Roma*, 1665. =1699.) fol. quatuor codicibus. Nec multum abeſt, quin exiſtimem, eiusdem eſſe *Syllogen Statuarum*, & *Gemmarum*, quam vtramque poſtea *Paulus Alexander Maffeï* obſervationibus ſuis illuſtrauit. Vterque liber ſatis carus & rarus eſt. Prior tabulis radio ſcriptis CLXIII. conſtat; atque hanc Epigraphen habet: *Domenico de Roſſi Raccolta di Statue antiche, e moderne, colle Spoſizioni di Paolo Aleſſandro Maffei*, *Roma*, 1704. fol. reg. Alter ſimilem praefert titu-

P lum

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi-pibus.		lum: *Domenico de Rossi Gemme antiche figurate, colle Sposizioni di Paolo Alessandro Maffei, Roma* 1707.=1704. 4.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705	1665.	*Petrus* BVRDELIVS, dominus agri BRANTOME, Historicus, eo anno scripsisse dicitur *Vitas illustrium Matronarum Franciae sui temporis,* (*Les Vies des Dames illustres de France de son temps, Leide,* 1665. 12.) vti etiam proximo anno, mox Vitas ducum militarium Franciae, & aliorum populorum sui aeui, (*Les vies des hommes illustres & grands Capitaines François & etrangers de son temps, Leide,* 1666. 12.) mox Vitas feminarum leuioris pudicitiae, (*Les vies des Dames galantes de son temps, Leide,* 1666. 12.) haud inuenusto persecutus est stilo. qui omnes Commentarii in vnam Syllogen, *Leidae,* 1699. 12. & *Hagae,* 1740. 12. redacti fuerunt.
		vid. *Gerdes Florileg. Libror. Rar.* p. 46. 47. — *Freytag Analecta Litteraria,* p. 152. 153. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1106.
	circa 1665.	*Claudius Franciscus Milliet* DES CHALES, Sacerdos Iesuita, & Mathematicus Taurinensis, interpres *Euclidis,* cuius *Elementorum Libros XIV. latine ad faciliorem captum accommodauit.* Extant autem in eius *Cursu Mathematico, Lugduni* 1690. fol. edito. Θ. 1678.
		vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1197.
	1665.	*Carolus* LE COINTE, Trecensis Presbyter Con-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		Congregationis Oratorii Parisiensis, rerum Christianarum inter Gallo-Francos Auctor, hoc anno *Annales Ecclesiasticos Francorum* ab A. 235. vsque ad A. 845. *Parisiis*, octo codicibus fol. euulgare coepit. Nat. 1611.=Θ. 1681. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 87. n. 249. — *Io. Alb. Fabricii Bibl. Med & inf. Lat.* Tom. II. p. 566. 567. — *David Clement Bibliotheqve Curieuse*, Tom. VII. p. 227. (29.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1169.
	1665.	*Paulus* COLOMESIVS, (vulgo *Colomies*,) Rupellensis Gallo-Francus, Bibliographus, & Philologus Londinensis, hoc anno *Galliam Orientalem*, *siue Gallorum*, *qui lingvam Hebraeam & alias Orientales excoluerunt*, *Vitas*, *Hagae Comitum*, 4. descripsit, vti etiam alio anno *Italiam & Hispaniam Orientalem*, quam *notis instructam a Io. Christo. Wolfio* typis renouarunt *Hamburgenses*, 1730. 4. Porro varii argumenti literis non mediocriter profuit, editis *Opusculis*, *Parisiis*, 1668. & *Vltraiecti*, 1669. 12. (v. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1727.) in quibus praesertim *Notae ad Quinctiliani Institutiones oratorias*, p. m. 193.= 275. ed. *Paris.* — *Bibliotheca Selecta*, (*Bibliotheqve Choisie*, *à la Rochelle*,) 1682. 12. & Paris. 1731. 8. *Miscellaneis historicis* (*Melanges historiqves par Paul Colomies*, *Orange*,) *Arausione*, 1675. 12. *Epistola ad Henr. Justellum*, (*Lettere de M. Colomies à M. Iustel touchant l'histoire Critiqve du vieux Testament du Pere Simon.*) in *Isaaci Vossii*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. 1658. = 1705.		*Obſervationum ad Pomponium Melam Appendice, Londini*, 1686. 4. a p. m. 123. *Paralipomenis* ad *Gvil. Cave Chartophylacem Eccleſiaſticum*, ex editione ſecunda, & aucta, *Londini* 1687. 8. vbi inprimis eius *de Photii ſcriptis Diſſertatio*, a p. 29. *Ger. Io. Voſſii & clarorum virorum ad eum Epiſtolis, Auguſtae vindelicorum*, 1691. fol. item, quae poſt mortem eius prodierunt *Clementis Epiſtolis duabus ad Corinthios, Londini*, 1694. 8. & *Animadverſionibus* ad *Gyraldi Opera*, in iisdem, L. B. 1696. fol. disperſis. ϴ. 1692. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Baillet Jugemens des Critiques*, Tom. II. n. 69. p. 10. n. 137. p. 51. — *Bayle Dictionaire*, Tom. II. voc. (Paul) *Colomies*, en Latin *Colomeſius*. — *Morhofius* l. *Polyb. Lit.* c. XXIII. §. 7. p. 273. & §. 69. p. 285. IV. *Polyb. Lit.* c. V. §. 5. p. 768. Tom. I. — *Crenii Animadv. Philol.* Part. III. p. 226. Part. V. c. II. p. 70. Part. XVIII. p. 101. — *Io. Alb. Fabricii Centuria Plagiariorum*, n. LI. p. 53. 54. — *Io. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. I. p. 56. & Part. III. p. 530.=533. — *Catal. Bibl. Bunav*, Tom. I. Vol. II. p. 1171.
	1665	*Antonius* MARVILLIVS, Ambianenſis; ICtus, & Philologus Valentianas, cuius induſtriae debemus *Codicem Theodoſianum, cum perpetuis Commentariis Iacobi Gothofredi, Tomis* VI. *Lugduni*, fol. Nat. 1609.=ϴ. 1693. vid. Incerti auctoris *Vita Antonii Marvillii I. C. in Vniverſitate Valentina Antecesſoris*

Pri-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*Primicerii* post Praefationem *Ioh. Daniel. Ritteri*, Tom. I. *Codicis Theodotiani*, editionis *Lipsiensis*, 1736. fol.
Leopoldo, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. — 1705.	1665.	*Beniamin* PRIOLVS, (vulgo: *Priolo*,) ex Fano S. Angeli Santonum Franciae, Eques Venetus, Historicus Franciae, hoc anno *de rebus Gallicis ab excessu Ludovici XIII. Libris* XII. *Parisiis.* 4. exposuit, quos deinde, *cum clave historica*, *Christ. Frid. Franckensteinius* repetendos curauit, *Lipsiae*, 1686. 8. Nat. 1602.=⊖. 1667. vid. *Bayle Dictionaire*, Tom. III. voc. (Benjamin) *Priolo.* — *Morhofius* I. *Polyh. Liter.* c. XVI. §. 11. p. 173. vbi valde reprehenditur. III. *Polyh. Lit.* c. XIII. §. 41. p. 710. Tom. I. & *Polyh. Practicus*, L. VII. §. 5. p. 604. Tom. II. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1532.
	1665.	*Rogerius* RABVTINIVS, f. *De Rabutin*, Comes *de BVSSY*, Historicus, & Satirographus Gallo-Francus, hoc anno scripsit *Histoire amoureuse des Gaules*, 12. Eiusdem vero *Commentarii* (Mémoires) *Parisiis*, 1697. 12. cum eius *Epitome rerum Ludovici XIV.* (*Histoire abregée du Roy Louis XIV. Paris*, 1700. 12. & *Novis Literis*, (*Nouvelles Lettres de Messire Roger de Rabutin Comte de Bussy*) post eius mortem, *Parisiis* 1709. 12. tribus codicibus prodierunt. Nat. 1618.=⊖. 1693. vid. *Menckeniorum Bibliotheca doctorum militum*, n. XLIV. p. 104.=107. —. *Papil-*

P 3 lon

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*lon Bibliotheqve des Auteurs de Bourgogne*, Tom. II. p. 182=184. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1542.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1665.	*Jacobus* VIGNERIVS, Barenſis ad Sequanam, Sacerdos Jeſuita, & Hiſtoricus Divionenſis. Hoc certe anno editum eſt eius *Chronicon Lingonenſe ex probationibus Decadis Hiſtoricae contextum*, *Lingonis*, 8. de quo Chronico vid. *Lenglet du Freſnoi Catalogve des Hiſtoriens*, Tom. IV. p. m. 155. Nat. 1603.=Θ. 1669.
	1665.	*Johannes Jacobus* BVXTORFIVS, *Iohannis* II. Filius, *Johannis* I. nepos, Theologus, & Philologus Ebraeus Academiae Baſileenſis, hoc anno ſcripſit *Praefationem* ad aui ſui *Commentarium Maſorethicum*. Nat. 1645.=Θ. 1704. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1125. vbi addendum, *Samuelis Werenfelſii Vitam Io. Iac. Buxtorfi funebri oratione* 1704. *delineatam* extare in eius *Opuſculis Theologicis*, *Philoſophicis*, & *Philologicis*, *Lugd. Bat.* 1772. Tom. II. p. 415.=440. repetitis — Auctor *Athenarum Rauricarum* in *Profeſſoribus Lingvae Hebraeae*, n. XI. p. 449.=452.
	1665.	*Gerardus* MASTRICHTIVS, (*de Maſtricht*, ſiue, ut nonnullis ſcribitur, *Gerardus de Traiecto Moſae*,) Colonienſis, *Petri Maſtrichtii*, Theologi Academiae Traiectinae, (de quo *Burmannus* in *Traiecto Erudito*, p. 212. ſ. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1427. & *Paqvot Mémoires*, Tom. VI. p. 369.=372.)

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705		372.) Frater, ICtus, Hiftoricus, & Philologus, mox Duisburgenfis, mox Bremenfis, hoc anno *Differtationem de adulteriis*, *Bafileae*, defendit. Poftea vel *Hiftoriam Iuris Ecclefiaftici & Pontificii feu de ortu*, *progreffu*, *incrementis*, *collectionibus*, *auctoritatibusque Iuris Ecclefiaftici, & Pontificii Tractationem*, *Duisburgi*, 1676. 8. iuris publici fecit, mox *Bibliothecae publicae Electoralis Academiae Duisburgenfis*, vt & *Bibliothecae Gorianae Catalogum* texuit, *Duisburgi*, 1685. fol. mox *Epiftolam de Memorabilibus Bibliothecae Bremenfis*, A. 1705. fcriptam, in *Burc. Gotth. Struvii Introductione in Notit. rei liter.* c. IV. §. XIX. p. 353. =359. ed. *Fifcher.* reliquit. Nat. 1639 =Θ. 1721. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Io. Fabricii Hiftor. Bibl.* Part. VI. p. 374.= 376. — *Jo. Frid. Iuglers Beytraege zur Juriftifchen Biographie*, Tom. I. Part. II. n. XXVI. p. 328.=340. — *Paquot Mémoires*, Tom. VI. p. 372.=375.
	1665.	*Adamus* TRIBBECHOVIVS, Lubecenfis, Theologus, & Philologus mox Kilonienfis, mox Gothanus, hoc anno *de Doctoribus Scholafticis, & corrupta per eos divinarum, humanarumque rerum fcientia*, *Librum fingularem*, *Gieffae* 8. emifit, cum *praefatione* deinceps, *Vita Tribbechovii*, *a W. E. Tentzelio fcripta*, & *Indice copiofo*, a *Chrift. Aug. Heumanno* repetitum, *Jenae* 1719. 8. mox: *De Philofophia morum inter Barbaros Orientales Differtationem*, *Kilonii*, 1666. 4. & *Exercitationes ad Baronii Annales*, *vbi defiit*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*siit Isaac. Casaubonus in Academia Kiloniensi ad disputandum propositas*, ibid. eod. a. 4. luce publica donauit. Post eius vero demum mortem *Historia Naturalismi a prima sua origine ad nostra vsque tempora per suas classes deducta*, studio *Joann. Tribbechovii*, *Jenae*, 1700. 4. prodiit. Nat. 1641.=⊖. 1687. vid. *Morhofius Polyh. Philos.* L. II. P. II. c. XLV. §. 8. p. 440. *Polyh. Pract.* L. I. c. I. §. I. p. 482. (a.) L. IV. §. 12. p. 516. L. V. §. 35. p. 554. Tom. II. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1659.
	1665.	*Isaacus* NEWTONVS, Woolstropensis Anglus, Medicus, Mathematicus, & Philosophus Londinensis iam hoc anno inclarescere coepit; inuenta noua *Fluxionum* methodo. Quantumuis vero principatus ei in Philosophiae regno iure tribuatur, tamen historiae eum veteris, & Grammatices maximum fuisse iudicem, nemo, literarum intelligens, dixerit. Cum enim philosophandi ariete suo veteres Graecarum & Romanarum rerum causas peruerteret, in iustam *Frereti*, *Soucieti*, & aliorum virorum doctorum reprehensionem incurrit, quae controuersia, vtrinque agitata, ex libris in *Catalogo Bibl. Bunav.* Tom. II. p. 132. 133. commemoratis, cognoscitur. Nat. 1642.=⊖. 1727. Imago eius in duobus numis *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLXIII. No. IV. V. ad p. 264. in *The Heads of illustrious Persons of Great Brittain engraven by Mr. Houbraken*,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*ken, and by Mr. Vertue with their Lives by Th. Birch, London*, 1743. fol. & in *Ioh. Gasp. Lavateri Physiognomia*, Part. II. ad p. 276. vid. *Morhofius* in *Polyh. Philos.* L. II. P. II. c. XV. §. 2. p. 345. Tom. II. — *Moshemius* in *Instit. Hist. Eccl. Saec.* XVII. Sect. I. §. XXXVI. (r.) — *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philosoph.* Tom. V. Period. III. Part. II. L. II. c. II. §. XII.=XIV. 639=655. & in *Appendice* s. Vol. VI. p 916.=919. — *Io. Matth. Gesnerus* ad *Isagogen*, §. 810. p. 127.=129. Tom. II. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc (Isaac) *Newton.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1467. 1468. — *Montucla Histor. Mathefeos*, Tom. II. Part. IV. Libr. VI. §. IV. & V. p. 311.=328. — *Il Sepolcro di Isaaco Newton Poëma di Orazio Arrighi Landini al Conte Francesco Algarotti, Brixia*, 1752. 4. (v. *Relation. de Libris novis, Fascic.* VII. n. III. p. 32.=37.)
	1665.	*Iohannes* SPENCERVS, Ecclesiae Eliensis Decanus, Theologus, & Philologus Cantabrigiensis, eo anno in vulgus emisit *Discourse concerning vulgar Prophecies, London.* 8. Notissimi quoque sunt eius *de Legibus Hebraeorum ritualibus & earum rationibus Libri* III. ex editione tertia, Lipsiae, 1705. 4. quibus postea Libri IV. *varia capita et Dissertationes, aliaque Spenceri Supplementa accesserunt*, secundum editionem *Cantabrigiensem, Tubingae*, 1732. fol. duobus codicibus. Nat. 1630.=0. 1693.

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofii Polyh. Philos.* L. III. §. 12. p. 458. Tom. II. — *Jo. Fabricii Hist. Bibl.* Part. I. p. 352 =356. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Jean) *Spenser*, Theologien. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1619.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1665.	*Fredericus* RVYSCHIVS, Haganus, illustris Medicus, & Anatomicus Amstelaedamensis, hoc anno in lucem prodire iussit *Dilucidationem valuularum in vasis Lymphaticis & Lacteis*, *Hagae*, 12. Nat. 1638.=⊖. 1731. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1568. — *Halleri Bibliotheca Botanica*, L. IX. n. MXI. p. 98. Tom. II. *Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. VI. n. CCCCLXXIX. p. 529.=536. *Bibliotheca Chirurgica*, Tom. I. L. VI. n. CCCCXIV. p. 504.=507. — *Levensbeschryving van eenige voornaame meest Nederlandsche Mannen* &c. Part. II. p. 79. =93.
	1665.	*Joannes* SCHULTINGIUS, *Antonii* pater, Rhetor, & Philologus, primum Duisburgensis, tum Noviomagensis. Non matuриorem eius celebritatis annum novi, nisi hunc ipsum, quo adnotationes eius ad Auctorem *Dialogi de causis corruptae Eloquentiae* prodierunt in editione *Qvinctiliani Hackiana*, 1665. 8. quantumuis sciam, eum *in ipso aetatis flore*, vt scribit *Graevius*, in literis ad *Nic. Heinsium*, (*Sylloges Burmann.* Tom. IV. p. 46.) & *opere multarum praeclararum rerum* proximo anno 1666. extinctum

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705		tum esse. *Erat vir*, ait porro *Graevius* l. l., *acri ingenio & iudicio. Declamationes Qvinctiliani & Senecae infinitis locis emendauerat. Sed qvae in Quinctilianum & veteres Rhetores meditabatur, omnes enim Graecos & Latinos illustrandos susceperat, inchoata reliqvit.* Vel sic tamen bonum factum, eius Obseruationum quicquid in schedis vel ad *Senecam*, vel *Qvinctilianum*, vel *Calpurnium Flaccum* supererat, id vel *Io. Frid. Gronouium*, *Senecae Rhetori*, *Amstel.* 1672. 8. vel *Petrum Burmannum* suae *Quinctiliani* editioni, L. B. 1720. 4. inprimis Tomo II. *Calpurnii Flacci Declamationibus*, a p. 791. inseruisse. vid. *Burmannus* in *Praefatione* ad *Qvinctilianum* Stell. 4. pl. 3. & ad *Syllogen Epistolar.* l. l. — *Io. Alb. Fabricius* L. II. *Bibl. Lat.* c. XV. p. 704. Tom. II. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1595.
	1665.	*Academia* KILONIENSIS, a *Christiano Alberto*, duce Holsatiae, condita, vnde vulgo *Christian-Albertina* vocari passim solet. vid. *Chr. Aug. Heumanni Bibliotheca Historica Academica*, p. 100.=103. — *Catal. Biblioth. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 942. — *Bibliotheca Historiae Literariae Selecta Struvio-Iugleriana*, Tom. III. c. X. §. III. p. 1927.
	1666.	*Valerius* CHIMENTELLIVS, ICtus, in Pisano Lyceo Eloquentiae & Politices Professor, in flore aetatis extinctus, circa A. 1674. in cuius locum discipulus tum eius, *Iacobus Gronovius*, a Magno duce Etruriae

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705		fuit suffectus, teste *Nicol. Heinsio*, in literis ad *Christ Daumium*, p. 218. Tom. V. *Sylloges Epistol. Burm. Vir*, vt ait *Graevius*, in Praefat. ad Tom. VII. *Thesauri Antiqv. Roan.* p. 371. *Praef.* & *Epist.* ed. *Fabric.* & *dignitate generis* & *varia doctrina praecellens*, *qui in Pisano Lyceo docuit cum magna laude eloquentiam*, & *civilem doctrinam.* Hoc ipso anno edidit *Marmor Pisanum de honore Bisellii*, *Bononiae*, 4. typis postea repetitum in *Graevii Thesauro Ant. Rom.* Tomo VII. quam *Commentationem Graevius* l. l. vocat *doctam* & *elegantem.* Interim quid in eo libro desiderarint *Ez. Spanhemius*, & *Io. Georg. Graevius*, in *Epistolis* ad *Heinsium* datis significarunt v. *Syllogen Epistol. Burman.* Tom. III. p. 833. 834. & Tom. IV. p. 66. *Opus* eum *affectum parasse de re donaria veterum* auctor est *Ez. Spanhemius*, in Epistola ad *Heinsium* scripta, p. 826. Tom. III. *Syllog. Burm.* Ex illo *Chimentellii*, quem *Sponius Cimentellium* vocat, libro decerpti quidam tituli extant in *Miscellaneis eruditae antiquitatis*, Sect. V. p. 175. v. *Könìgii Bibl. Vet.* & *Nov.* voc. — *Morhosius* V. *Polyb. Liter.* c. II. §. 10. p 938. — *David Clement Bibliotheqve Curieuse*, Tom. VII. p. 74. 75. (41.) qui librum *de honore Bisellii* vocat: *Edition extremement rare.*
	1666.	*Laurentius* CRASSVS, Neapolitanus, ICtus, Historicus, & plurium Elogiorum auctor, hoc anno in medium protulit *Elogi d'huomini letterati*, *Venezia*, 4. item *Istoria di Poëti Greci*, *Neapoli*, 1678. fol. & *Elogi di Capitani*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*tani illustri*, *Venezia* 1683. fol. (v. *Act. Erud.* 1684. p. 432.) vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p 59. n. 171. — *Morhofius* I. *Polyh. Liter.* c. XIX. §. 52. p. 226. *Tom.* I. — *Jo. Fabricii Histor. Bibl.* Part. III. p. 446.=449. — *Freytag Analecta Litteraria*, p. 276. 277. — *David Clement Bibliotheque Curieuse*, Tom. VII. p. 320.=323. (77.)=(79)
	1666.	*Octavius* FALCONERIVS, (vulgo: *Falconieri*,) Archaeologus, & Philologus Romanus, hoc anno *Pyramidem C. Cestii Epulonis dissertatione*, *Romae*, 4. & non multo post *Numum Apameensem*, *Deucalionei diluvii typum* exhibentem, *ad Petrum Seguinum dissertatione*, *Romae* 1668. 4. illustrauit, eodemque anno *Inscriptiones Athleticas*, *Romae* 4. digessit. Qui omnes tres libri propter raritatem & praestantiam denuo merebantur legi cum in *Graevii Thesauro Antiqvit. Romanar.* Tomo IV. & X. tum in *Gronovii Thesauro Ant. Graec.* Tomo VIII. Alia etiam Scripta molitus esse fertur, tanquam *Inscriptionum corpus nouum* teste *Gisb. Cupero* in literis ad *Heinsium* A. 1672. p. 671. Tom. II. *Syllog. Burmann.* editionemque *aliquot Scriptorum veterum*, *qui adversus Manichaeos scripserunt*, *nouamque haereseos illius historiam*, auctore *Ezech Spanhemio*, in Epistola ad *N. Heinsium*, A. 1671. p. 841. Tom. III. eiusd. *Syllog.* Ceterum non modo suae, sed etiam proximae aetatis hominum eruditorum laudem tulit. Ita eidem *Spanhemio*, in literis, ad *N. Heinsium*, A. 1661. p. 826. Tom. III. Epist. *Burman*, dicitur

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. 1658. = 1705.		*genere, ingenio, & eruditione & ingentibus erga* eum *meritis omnem praedicationem iam supergressus* ipsi *Heinsio*, in Epistola ad *Gronovium* A. 1663. p. 492. Tom. III. *elegantis ingenii vir.* Idemque ad *Ioh. Schefferum* A. 1669. p. 121. Tom. V. eiusd. *Syll. Burm. Falconerium*, ait, *esse ex primaria Etruriae nobilitate, patruum habuisse Cardinalem, alias puto monui.* Sic *Io. Georg. Graevio* laudatur *vir tam natalium splendore, quam dignitate ac eruditione perillustris, & in primis commendandus* in Praefatione ad *Ciceronis Epistolas ad Diversos*, p. 34. ed. *Fabric.* mox *natalibus, dignitate, ingenii elegantia nobilissimus*, eidem, in *Praefat* ad *Tom.* V. *Thes. Antiqv. Rom.* p. 291. *Praefat.* & *Epist.* — *Jac. Sponius, virum* appellat *non parum de antiquitate meritum*, V. *Miscell* p. 195. & *Raph. Fabrettus, nobilissimi literatorum huius Saeculi* titulo ornat *Inscript.* ad IV. 172.
		ϴ. 1675. argumento adnotationis *Burmannianae* ad *Syllog. Epistol.* Tom. V. p. 577.
		vid. *Könignii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Anselmi Bandurii Biblioth. Nummaria* n. LXXXIII. p. 73. 74. (c.) — *Gerdes Florileg. Libr. rar.* p. 122. — *Freytag Analecta Litteraria*, p. 334. — *David Clement Bibliotheque curieuse*, Tom. VIII. p. 235. 236. (10.)
	1666.	*Johannes* LVCIVS, Traguriensis Dalmata, arg. *Fabretti* ad *Inscript.* c. V. 153. Historicus, & Archaeologus seu Venetus, seu Romanus, quem idem *Fabrettus* ad *Inscript.* III. 10. *optimum senem Ioannem Lucium nostrum* appellat. Eius opera & studio *Palladii*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705.		*dii Fusci, sive Nigri Patavini de Situ orae Illyrici Libri duo* cum eius adnotationibus, *Amstelaedami*, hoc anno, fol. prodierunt, additis vero *Inscriptionibus Dalmaticis* in editione *Veneta*, 1674. 4. Ex huius autem *Inscriptionibus Dalmaticis* non paucos subinde lapidum titulos repetiit *Iac. Sponius*, tamqvam II. *Misc.* Sect. VII. p. 32. II. *Misc.* XI. p. 58. III. *Misc.* p. 73. V. *Miscell.* p. 181. 193. VII. *Misc.* p. 248. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Petr. Burmannus*, maior, in Praefat. ad Part. XI. *Thesaur. Siculi* p. (16.) sequ. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. III. p. 469. — *Matthi. Belius* in Praefatione ad Tom. III. *Scriptorum rerum Hungaricarum*, ex quo fonte sua hausit *Alexius Horanyius* in *Memoria Hungarorum & Provincialium*, Part. II. p. 508.=536.
	1666.	*Iohannes Baptista* MARVS, hoc anno *Petri Diaconi de viris illustribus Casinensibus Opusculum* adnotationibus illustravit *Parisiis*, 8.
	1666.	*Claudius* BOVTEROVE, Senator monetalis & Archaeologus Parisiensis, hoc anno in lucem protulit *Recherches curieuses des Monnoyes de France*, *Paris.* fol. ⊖. 1674. vid. *Anselmi Banduri Bibliotheca Nummaria*, n. LXXXI. p. 71. — *David Clement Bibliotheqve Curieuse*, Tom. V. p. 167. f. (26.)
	1666.	*Taneguidus* FABER, *Taneguidi* Fil. hoc an-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.*		no etiamnunc puer *Xenophontis Sympofium Philofophorum* francice vertit, *Salmurii*, 12. Ad filium quoque non ad patrem auctorem referri debet libellus *de Futilitate Poëtices*, qui *Amftelaedami* demum prodiit, 1697. 8. vid. *Morbofius* II. *Polyh. Literar.* c. IX. §. 44. p. 433. 434. L. II. c. I. §. I. p. 1003. *Tom.* I.
1658. = 1705.	1666.	*Bertrandus* TISSIERIVS, princeps Sacerdos Boni Fontis in Thierascia Picardiae Ciftercienfis ordinis, & Philologus, eo anno *Bibliothecam Patrum Ciftercienfium*, *id eft*, *opera Abbatum & Monachorum ordinis Ciftercienfis*, *qui Saeculo S. Bernardi aut paulo poft eius obitum floruerunt*, *in vnum collecta* &c. primumque *Bonofonte* vulgata, tum *Parifiis* fol. rurfus excudendam typis curauit, duobus codicibus. v. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Freytag Analecta Litteraria*, p. 996. f.
	1666.	*Johannes* TROESTERVS, Cibinienfis Tranfilvanus, Hiftoricus, & Archaeologus Norimbergenfis, hoc anno *Johannis Bethlenii* Comitis *Rerum Tranfilvanicarum* Libros IV. *Amftelaedami* editos, theotifce vertit, fub titulo: *Bedrängtes Dacia, das ift, Siebenbürgifche Gefchichte, Nürnberg*, 1666. 12. Ab hoc libro diuerfam effe *Daciam Nov-Antiquam, Das alt- und neue teutfche Dacia* &c. *Norimbergae*, 12. fufpicatur *Alexius Horányus*, in *Memoria Hungarorum & Provincialium*, *Pofonii*, 1777. 8. edita, Tomo III. p. 451. Quam quidem *Nov-Antiquam Daciam* etfi numquam me videre memini,

tamen

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		tamen scio extare, quod saepius eamdem *Gudius* excitat, velut ad *Gruterum*, LXXIII. 8. DCCCXCVIII. 16. item ad suas *Inscriptiones* II. 7. & passim alicubi.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	circa 1666.	*Fridericus* BESSEL, Tilsena Borussus, Theologus, & Philologus Regiomontanus, circa hunc annorum circuitum potissimum floruisse videtur. Serius certe collocari non debuerat propter annum *Reinesii* fatalem 1667. quocum ipsi literarum necessitudo intercesserat, arg. adnotationis *Besselianae* in titulum *Eginhardi de vita Caroli* p. 4. ed. *Schminck*. inprimis quod hunc ipsum *Eginhardum* cum eruditis adnotationibus publicauit *Helmstadii*, 1667. 4. Ceterum varias in varios Graecorum Latinorumque libros obseruationes conscripsit, qvas vti in Bibliotheca vrbis Regiomontanae custodiri, non modo *Frid. Gviliel. Roloffius* in literis ad *Joh. Alb. Fabricium* A. 1735. missis, p. 329. *Vitae Fabricii Reimarianae*, sed etiam *Georg. Christo. Pisanski* in *Historia Litteraria Prussiae*, *Regiomonti*, 1765. 8. P. III. §. 43. p. 76. (h.) nunciarunt, sic non paucas *Miscellaneorum Philologico-Criticorum Syntagma*, *Amstelaedami* 1742. 8. mai. editum complectitur.
	circa 1666.	*Christianus Otto* à BOEKELEN, Argentinensis, iuvenis scripsit Tractatum *de diuersis familiis veterum ICtorum*, qui deinceps post eius mortem vna cum eius Commentatione *de Orationibus Principum*, *Lugduni Batauorum*, editus, 1678. 8. typisque renouatus fuit in *Gottl. Slevogtii De Sectis & Phi-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*Philosophia Iurisconsultorum*, *Opusculis*, *Jenae* 1724. 8. p. 1. seq.
Leopoldo, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705	1666.	*Carolus* LVNDIVS, Jönkiopinga-Suecus, ICtus, Historicus, & Philologus Vpsaliensis, hoc anno *De actibus suo modo imperfectis* disseruit, *Vpsaliae*, 4. Nat. 1638.=☉. 1715. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom I. Vol II. p. 1407. 1408. — *Ioh. Frid. Iuglers Beytraege zur Iuristischen Biographie*, Tom. II. Part. II. n. XXXIV. p. 356.=364.
	1666.	*Johannes Daniel* MAIOR, Eliae F. Vratislaviensis, Medicus, Historicus, & Archaeophilus Kiloniensis. Hoc anno *Hadriam gloriosam* singulari libro celebrauit, vel *Spicilegia duo de laudibus Venetiarum & Venetorum*, *Kilonii*, 4. conduxit, Inprimis labentibus annis rem numariam & gemmariam aliquot Dissertationibus illustrauit, tanquam: *De numis Rehdigerianis edendis desiderium, & quae in studio rei numariae supplenda*, exponendo, *Kilonii* 1681. 4. tum *Roma in nummis Augustalibus Germanizante*; *Kiliae*, 1684. 4. *de numis graece inscriptis*, *Kiloniae*, 1685. 4. (v. *Act. Erud.* 1686. p. 331.) item *Serapide radiato*, *medico Aegyptiorum Deo*, *ex metallo & gemma*, *Kiliae.* 1685. 4. nec non *Prodromo Atlanticae*, *vel regnorum Septentrionalium in Achate albo expressorum* declaratione *praeliminari Chorographica*, *Kiliae*, 1691. fol. Eidem debetur *Bevoelkertes Cimbrien*, i. e. Cimbria incolis abundans, *Plonae*, (*Ploen*) 1692. fol. Nat. 1634.=☉. 1693.

vid.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.		vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofii Polyh. Philos.* L. II. P. I. c. I. §. 12. p. 133. (a) c. 2. §. 9. p. 155. P. II. c. 37. §. 3. p. 420. c. 40. §. 3. p. 425. c. 47. §. 3. & 4. p. 444. 445. — *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CXIX. p. 105. (t.) — *G. Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. IV. p. 210. (5) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1416. — *Alb. Haller Bibliotheca Botanica*, L. VIII. §. 615. p. 526. Tom. I. & *Bibliothec. Chirurgica*, Tom. I. L. V. §. CCLXXXV. p. 369. vbi dicitur *vir qui multa moliebatur, quam perficiebat.*
	1666.	*Vitus Ludovicus* SECKENDORFIVS, (vulgo; *Veit Ludwig von Seckendorf*,) nobilis Bambergensis, Septemviris imperii, Saxoni, & Brandenburgico, a consiliis, ICtus, Historicus, & rerum Lutheranarum auctor classicus, hoc anno *Compendium Historiae Ecclesiasticae decreto Serenissimi Ernesti Saxoniae Ducis in vsum Gymnasii Gothani ex SS. Literis, & optimis auctoribus* compesuit, *Lipsiae*, & *Gothae* 8. idque dicitur vulgo *Compendium Gothanum.* Nihil celebratius est eius *Commentario Historico de Lutheranismo contra L. Maimburgium*, Francof. & Lipsiae 1688. 4. (*Act. Erudit.* 1688. p. 1.) quem librum postea *Elias Frickius* theotisce vertit, & *Lipsiae*, 1714. 4. edidit. Non multo minoris momenti est eiusdem *Teutscher Fürsten Staat*, h. e. Germanicus Principum Status, *Jenae* 1670. 8. editus. Nat. 1626 = ☉. 1692. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Mor-*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*hofii Polyh. Practic.* L. II. §. 17. p. 501. L. IV. §. 13. p. 517. Tom. II. — *Jo. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. III. p. 436. 437. — *G. Krantzius* ad *Conringium* Saec. XVII. c. V. p. 217. (14) — *Joh. Franc. Buddeus* in *Prolegomenis* ad *Histor. Eccles. Vet. Test.* §. XVII. p. 36. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1600. — Icon & Vita *Seckendorfii* in *Ioh. Matthi. Schrökh Abbildungen* &c. Tom. I. *Fascic.* III. n. XXVII. p. 285.=300.
	1666.	*Johannes Christophorus* WAGENSEILIVS, Norimbergensis, ICtus, Philologus, & Historicus Altorfinus. Hoc anno eius & *Hadr. Valesii* de *fragmento Petronii Traguriano Dissertationes*, *Parisiis*, 8. prodierunt. Neque minoris momenti sunt vel Libri vel Disputationes ab eodem postea in lucem editae, velut *Sota*, *hoc est*, *Liber Mischnicus de uxore adulterii suspecta*, *Altorfi*, 1674. 4. *Exercitationes sex varii argumenti*, *ibidem*, 1684 4. *Dissertatio de re monetali veterum Romanorum*, *Altorfi* 1691. 4. (v. Act. Erud. 1692 p. 14.) *Dissertatio de Academiis*, ibid. 1692. 4. *Pera Librorum iuuenilium*, *Loculamentis* quatuor, *Altorfi* 1695. 8. sex codicibus, nec non *Commentatio de Civitate Norimbergensi*, *Altorfi* 1697. 4. Nat. 1633 =ϴ. 1705. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofius* IV. *Polyh. Liter.* c. V. §. 5. p. 768. f. c. VI. §. 2. p. 774. Tom. I. *Polyh. Practic.* L. I. §. 9. p. 486. L. III. §. 3. p. 505. L. V. §. 21. p. 542. L. VI. Sect. II,

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.		II. §. 1. p. 562. *Tom.* II. — *Jo. Fabricii Histor. Bibl.* Part. I. p. 252. Part. V. p. 346.=352. & Part. VI. p. 56.=58. 416. — Singularia quaedam de eo habet *Io. Matthi. Gesnerus* in *Prooemio Isagoges*, §. 29. p. 43. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1687.
	1666.	*Samuel* PARKERVS, Anglus, Philosophus & Philologus, hoc anno vernaculo sermone edidit *An Account of the Platonik Philosophy* h. i. Philosophiae Platonicae censuram, *Oxonii* 4. teste *Fabricio*, L. III. *Bibl. Gr.* c. I. p. 40. Vol. II. vid. *Morhofii Polyh. Philos.* L. I. c. VII. §. 22. p. 43. L. II. Part. I. c. XI. §. 7. & 8. p. 211. 212. *Polyh. Practic.* L. V. §. 4. p. 527. §. 9. p. 531.
	1666.	Ab hoc anno repetenda sunt *Academiae Parisiensis* SCIENTIARUM, vulgo sic nominatarum, initia. v. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 993. — *A. Haller Biblioth. Botan.* L. VIII. n. 622. p. 531. s. Tom. I. & *Bibliotheca Anatom.* Tom. I. L. VI. §. 488. p. 546.= 548.
	1667.	*Franciscus* BARBERINI, Florentinus, Purpuratus Pontificis satelles, eruditorum hominum Maecenas, hoc anno *Marcum Antoninum* de se ipso philosophantem etrusce loqui iussit: *I dodici Libri di Marco Aurelio Antonino* &c. *in Roma.* 8. Nat. 1597. ✝ 1679.

 Qua-

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus,		Quatuor eius numi cernuntur in *Musei Mazzuchelliani*, Tomo II. Tab. CXXVIII, No. I.=IV. ad p. 123. f.
Leopoldo, *Ferdinandi* III. *Filio*.		vid. *David Clement Bibliotheqve Curieuse*, Tom. II. p. 415. (2.) — *Jo. Maria Mazzuchelli*, *Gli Scrittori d'Italia*, Vol. II. Part. I. voc. (Francesco) *Barberino*, p. 298.=300.
1658. = 1705.	1667.	*Laurentius* Comes MAGALOTTI, Florentinus, Physicus, & Prudentiae ciuilis magister, eo anno in lucem protulit *Saggi di Naturali Esperienze*, *fatte nell' Accademia del Cimento*, *descritte dal Segretario di detta Accademia cioè dal Conte Lorenzo Magalotti*, *in Firenze*, fol. Eiusdem *Lettere familiari*, Venezia 1719. & 1732. 4. item *Lettere scientifiche ed erudite*, *Firenze* 1721. 4. post eius mortem promulgatae fuerunt. Nat. 1637.=ϴ. 1711.
		Eius imago extat in duobus numis *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab CLIII. No. II. III. ad p 217. f.
		vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1413.
	1667.	*Raphaël* SOPRANIVS, (vulgo: *Soprani*,) Patricius Ligur, Historicus, & Pictor, hoc anno *Scriptorum Ligurum*, (*Gli Scrittori della Liguria*,) *Genuae*. 4. & *Pictorum Ligurum*, ibidem 1674. 4. censum egit. (*Vite degli Pittori Genovesi*.) ϴ. circa 1679.
		vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1617.

Petrus

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705	1667.	*Petrus* GVSSANVILLAEVS, f. De GVSSANVILLA, (vulgo: *de Goussainville*) Philologus, & veterum Theologorum Christianorum interpres, hoc anno *Petri Blesensis*, Bathoniensis in Anglia Archidiaconi, Opera ad fidem librorum scriptorum emendauit & edidit, *Parisiis*, fol. ⊖. 1683. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 258. n. 562.
	1667.	*Ludovicus* THOMASSINVS, Aquensis Gallo-Francus, Congregationis Oratorii Sacerdos, Theologus, & Historicus Parisiensis, hoc anno *Dissertationes*, *Commentarios*, & *Notas in Concilia generalia*, & *particularia*, *Parisiis* 4. promulgauit. Nat. 1619.=1695. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. III. p. 65. 66. n. 1084. — *Freytag Analecta Litteraria*, p. 992. 993. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1650. — *I. B. L. Osmont Dictionaire Typographiqve*, Tom. II. p. 269. 270.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*niae in vnum collecti cum Indice Alphabetico, Oxoniae* 1697. fol. typis excusi sunt. Post obitum vero eius recte & laudabiliter fecerunt populares eius doctissimi cum in scriniis relicta passim in medium proferrent, tamquam *Scholia & adnotationes* eius ad *Inscriptiones graecas Palmyrenorum* cura *Thomae Smithi, Trai. Rh.* 1698. 8. *Antiquitatum Judaicarum* Libros IV. *priores, & partem magnam Qvinti, Graece & Latine cum exemplaribus MSS. collatos* & *illustratos Notis amplissimis Eduardi Bernardi, Oxoniae,* 1700. fol. item *D. Roberti Huntingtoni Epistolas & veterum Mathematicorum Synopsin collectore Eduardo Bernardo,* opera & studio *Tho. Smithi, Londini,* 1704. 8. (v. *Act. Erud.* 1705. p. 217.) quam Synopsin totam mox *Io. Alb. Fabricius* suae *Bibliothecae Graecae,* L. III. c. XXIII. a p. 564.=587. inseruit. Denique *Notae* eius ad *S. Clementem Romanum* locum inuenerunt in *Io. Baptist. Cotelerii Patribus Apostolicis, Amstelaed.* 1724. fol. Tomo I. Nat. 1638.=⊖. 1697. vid. *Io. Alb. Fabricius,* l. l. vbi eum *viris maximis & aetatis nostrae ornamentis merito annumerandum esse censet.* — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire,* Tom. I. voc. (Edouard) *Bernard.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1079.
	1670.	*Samuel* CLARCKIVS, Theologus, & Historicus Londinensis, cui tribuerim: *History of the Life of Q. Elizabeth, London,* 1682. 12. & *Lives of sundry eminent Persons in tis*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*later age*, *London*, 1683. fol. (v. Act. Erudit. 1684. p. 269.) Nat. 1599 =Θ. 1682. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1163. voc. *Sam. Clark Pastor of Bennet Finck Lond.*
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1670.	*Thomas* GALEVS, Philologus primum Cantabrigiensis, tum Londinensis, tandem Eboracensis, de literis graecis & latinis bene meritus. Proximo enim anno *Opuscula Mythologica*, *Physica*, *&* *Ethica* graece & latine *cum Notis & variis Lectionibus*, *Cantabrigiae* 1671. 8. & *Amstelaed.* 1688. 8. mai. vulgauit, mox *Historiae Poëticae Scriptores antiquos* graece & latine *cum Notis*, *Paris.* 1675. 8. *Rhetores Selectos* ad fidem Codicum recognovit, *latine vertit*, *omnes Notis illustravit*, *Oxonii* 1676. 8. *Iamblichum de Mysteriis* graece primus edidit, *Latine vertit*, *&* *Notas adiecit*, *Oxonii*, 1678. fol. *Herodotum* graece & latine cum *varietate Lectionis & Notis* foras prodire iussit, *Londini*, 1679. fol. *Notas*que in *Tatiani Orationem ad Graecos* & *Hermiae irrisionem gentilium Philosophorum* edendas dedit *Wilhelmo Wortho*, *Oxonii*, 1700. 8. Post eius vero mortem *Antonini Iter Britannicum Commentariis* patris sui illustratum, *reuisit*, auxit, edidit R. G. hoc est *Rogerius Gale*, *Londini*, 1709. 4. Nat. =Θ. 1702. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 255. n. 555. — *Io. Alb. Fabricius* VI. *Bibl. Gr.* c. X. §. XXVI. p. 640. (*) — *Io. Fabricii Histor. Bi-*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*Biblioth.* Part. III. p. 58. & *Part.* VI. p. 258. 261. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Thomas) *Gale*, Ecrivain Anglois. — De eius *Herodoto* iudicavit *Petr. Wesselingius* in Praefat. ad *Herodotum* * * 3.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio* 1658. = 1705	1670.	*Nicolaus* LIOYDIVS, Collegii Wandhamensis apud Oxonienses Socius, Lexicographus Oxoniensis, hoc anno *Caroli Stephani Dictionarium Historicum Geographicum & Poëticum*, *Londini*, fol. edidit. Θ. 1686. vid. *Crenii Animadverſ. Philolog.* Part. III. a. p. 46 = 51. vbi valde eum reprehendit. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Nicolas) *Lloyd*, Ecrivain Anglois. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1397. — *Prosper Marchand Dictionaire Historique*, Tom. II. voc. Herm. *Torrentinus*, p. 287. 288.
	1670.	*Johannes* RAIVS, (vulgo: *Wray*, vel *Ray*,) Medicus, & Botanicus Anglo-Britannus, hoc anno *Catalogum Plantarum Angliae & Insularum adiacentium*, *Londini*, 8. euulgauit. Nat. 1628 = Θ. 1705. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofius* I. *Polyh. Liter.* c. XIX. §. 3. p. 237. (— *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Jean) *Ray.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1547. — *A. Haller Biblioth. Botanica*, L. VIII. §. 577. p. 500 = 506. Tom. I. *Biblioth.*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus:		*bliotb. Anatomica*, Tom. I. L. VI. §. DXXXIV. p. 589. 590. — *Osmont Dictionaire Typographiqve*, Tom. II. p. 132. 133.
Leopoldo, *Ferdinandi* III. *Filio*. 1658. = 1705.	circa 1670.	*Thomas* SYDENHAM, Winfordensis Anglus, Medicus Westmonasteriensis. Nat. 1624. =⊖. 1689. vid. *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Thomas) *Sydenham*, Medecin. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1635.
	circa 1670	P. J. (forte *Petrus Johannides*) BERONICIVS nescio cuias, Gallo-Francus, an Brabantus. Sunt, qui non satis verisimiliter ortu Zeelandum velint. In Zeelandia certe plurimum commoratus est. Homo quidem vilissimae conditionis, nimirum Samiarius, qui cultros & forcipes acuebat, item fuliginis per caminos februus, inprimis sordidioris vitae, sed ingenio, & carminis subtili spiritu illustris, cuius *Georgarchontomachiae sive expugnatae Messopolis Libri duo Carmine Episco extemporaneo conscripti Auctore N. Autopte*, *Amstelodami*, 1673. 12. prodierunt. Omnia, quae extant eius carmina in vnum velut corpusculum redegit *Petrus Rabus*, animadversionesque adiecit, *Amstelaedami* 1692. 8. & 1716. 8. item eiusdem *Georgarchontomachia*, *ceterorumque eius Carminum Sylvula*, quorum prius batave redditum est *Goesae*, & *Middelburgi* 1766. 8. cum fig. denuo lucem vidit.

vid.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705		vid. omnino *Anton. Borremansius* in *Variarum Lectionum Libro* c. VI. p. 59.=66. vbi refert, *Buzeroum* quendam hoc in eum, vnda & limo paludis prope Mედioburgum in Zeelandia suffocatum, Epitaphio Batauo lusisse: *Hier leit een wonderlyke Geest,* *Hy leefde en stierf gelyk een Beest.* *Het was een misselyke Sater:* *Hy leefde in Wyn, en stierf in Water.* — *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Petrus Rabus* in Praefatione Batava ad Lectorem. — Auctor *Biographiarum*, (*Levens beschryving van eenige voornaame Mannen en Vrouwen*,) Part. I. p. 310.=320. — *Catalog. Biblioth. Goensianae*, Tom. I. p. 453. n. 4700.
	1670.	*Balthasar* BEKKERVS, Westfrisius, Theologus Calvinianus, *Orbis fascinati* auctor. Quamquam jam superiori anno *De abusu Philosophiae Cartesiano* Admonitionem, *Vesaliae* 12. emiserat, tamen nunc potissimum innotuit, scripto libello, valde raro, *de vaste Spysen der Volmaakten*, tot *Leeuwaarden*, 8. & labentibus annis homines, ἐιδωλα, s. spectra timentes, levitatis arguere conatus est, vulgato libro, *De Betoverde Wereld*, 1691. 4. & 8. vnde Theologorum in se rixas & odia conciuit. Interrogatus aliquando *Johannes Relandus* Ecclesiastes Amstelaedamensis, pater *Hadriani* & *Petri*, quid de libro *Bekkeriano* censeret, respondisse dicitur: R (*Er*) *habet Ausonium Liber hic*, P

SAEC XVII.	AER. CHR	PARS QVINTA.
Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio* 1658. = 1705		(*Ro*) que Pelasgum, ר (*Res*) *habet Ebraeum, praetereaque nihil.* Quo fortassis respexit *Georgius Michaëlis*, in *Notis ad Iacobi Gaffarelli Curiositates*, p. 478. *Bekkerus* autem nihil aliud regessisse dicitur, nisi dictum *Iobi*, XXX. 1.
		Nat. 1634.=⊖. 1698.
		Numi eius occurrunt ap. *van Loon*, in *Numis Historicis*, T. IV. p. 225. in *Museo Mazzuchelliano*, Tom. II. Tab. CXLIV. n. I. II. ad p. 176. f. & in *Museo Hindersteiniano*, p 279. n. 966. 967.
		vid. *Morhofius* in *Polyh. Philos.* L. II. P. I. c. XVII. §. I. p. 255. Tom. II. — *C. A. Heumanni Via ad Hist. Liter.* c. IV. §. LX. p. 185. (l.) — *Jac. Bruckeri Histor. Crit. Philosoph.* Tom. V. Per. III. Part. II. L. II. c. III. §. XVII. p. 712.=721. & in *Appendice* sive Vol. VI. p. 926. 927. — *Moshemii Institut. Hist. Eccles.* Saec. XVII. Sect. II. Part. II. c. II. §. XXXV. (t) — *Freytag Analecta Literaria*, p. 79 — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. I. voc. (Balthasar) *Bekker*, Théologien. — *David Clement Bibliothèque curieuse*, Tom. III. p. 43=49. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1071. — *Levensbeschryving van eenige Mannen* &c. Part. III. p. 285.=307.
	1670.	*Borchardus* CNIPPINGIVS, fortassis ludimagister Leidensis, qui saepius ab vtroque *Petro Burmanno*, vt *Minellii*, *Farnabii*, *Schrevelii*, *Thysii*, & *Pitisci* aemulus reprehenditur. Hoc anno *Ovidium* cum integris *Nic. Heinsii*, & aliorum selectis adnotationi-

ni-

SAEC XVI	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		nibus recensuit tribus codicibus, Lugduni Batavorum 8. recusum deinceps *Amstelaedami*, 1683. totidem codicibus. 8.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1670.	*Gisbertus* CVPERVS, e vico Hemmensi Gelrorum ortus, Consul Daventriensis, Philologus, & Archaeologus insignis, hoc ipso anno edidit *Observationum Libros III. in qvibus multi auctorum loci explicantur & emendantur, varii ritus eruuntur, & numi elegantissimi illustrantur, Vltraiecti*, 8. quibus aliquot annis post accessit prioribus rarior *Observationum Liber IV., Daventriae*, 1678. 8. Ne quid vero dicam de variis eius Philologici & Archaeologici argumenti disputationibus, qvas vel *Ephemeridibus Trevoltinis* A. 1704. vel *Samuel. Massonis Historiae Criticae civitatis literariae*, (*Histoire Critiqve de la Republiqve des lettres, Utrecht*, & *Amsterd.* 1712.—1718. 12.) Tomo IV. vel *J. M. Tilladeti*, *Abbatis*, *Dissertationibus Miscellaneis*, (*Dissertations sur diverses Matieres de religion* &c. Paris, 1712. & la Haye, 1714. 12.) vel *Miscellaneorum Berolinensium Continuationi* I. *Berolini*, 1723. 4. vel *Literis* eius *Criticis*, *Amstelaed.* 1743. 4. vel *Dissertationibus Academiae Cortonensis*, *Romae*, 1743. 4. Tom. IV. insertas legimus, praeclare certe seu de marmoribus priscis, seu de numis, & gemmis meruit, cum *Apotheosin Homeri*, addita *Explicatione gemmae Augusteae*, *Numismatum*, *Inscriptionum & Marmorum antiquorum* illustraret, *Amstelaed.* 1683. 4. typis recusam in *Jo. Poleni Supplemento Thesauri Antiqv. Romanar.* Tom. II. p. 1. seq. 189. 209. 241. 277. *Har-*

SAEC XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III, Filio.* 1658. = 1705.		=274. ad *Tentzelium* & *Leibnitium* in *Jordani Vita Lacrosii*, Parte II. p. 266.=281. *Epistolas ad Almeloveenium*, in *Miscellaneorum Lipsiensium Novorum* variis Voluminibus a *Menckenio* jam editas, nescio quam ob causam a V. C. *Ioh. Lud. Vhlio* denuo fuisse descriptas in *Sylloge Nova Epistolarum*, L. II. *Norimbergae* 1759. 8. a. p. 185.= 367. neque tamen hanc ipsam Syllogen novis *Cuperi* Epistolis indotatam fuisse, tanqvam Epistolis ad *Io. Alb. Fabricium*, a p. 367.=398. & L. III. a p. 448.=518. nec non *Epistolis ad Ezech. Spanhemium*, Vol. V. p. 50.=173. praeterea *Commercium* Epistolare duorum magni nominis virorum *Ludovici Bourgveti*, & *Gisb. Cuperi* extare in *Miscellaneis Lipsiensibus Novis*, Vol. IX. Part. I. p. 149.=187. *Parte* II. p. 334.= 360. *Parte* III. p. 492.=548. *Parte* IV. p. 698.=732. & Vol. X. Part. I. p. 153.= 186. Ceterum plures eius schedas & epistolas a viris passim doctis servari, non vno mihi argumento constitit. Ipse affecta & fortassis absoluta haec ingenii & diligentiae suae monumenta laudat, tanquam: *Syllogen Inscriptionum antiqvarum*, p. 112. 136. 142. 161. 164. 371. 413. 433. 438. 457. (*Literar. Critic.*) quae an eadem sit, atque *Inscriptionum ineditarum corpus*, *quae maximam partem continent res scitu dignissimas*, ib. p. 436. & de quo alio loco ad Abbatem *Nicasium* scribit: *J'employe le peu de tems, qui me reste a illustrer mes Inscriptions Anecdotes. Mais il s'y rencontre tant de belles choses, que l'ouvrage ne s'avance pas si vite, que je ne l'étois persuadé. Les Asi-*

 arch-

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.		*arches & les Neocores m'occupent à cette heure* (ib. p. 443.) definire non aufim, tum *Obſervationes in Stephanum de vrbibus*, & Diſſertationem *de Arrogantia Romanorum Imperatorum in imitandis Diis*, p. 212 (*Lettres de Critique*) item Diſſertationem *de gemmis Sphragidibus Imperatorum Romanorum*, *Diſſertation de Sceaux des Empereurs Romains & d'autres anciens Rois*, (p. 121. & 471.) nec non *Syllogen Emendationum in Sponii, Wheleri, & aliorum Itineraria*, in Epiſtola ad *Ant. van Dale*, p. 555. earumdem *Literarum Criticarum*, aliaque id genus opuſcula ſubinde commemorat, quae pariter atque Epiſtolarum eius reſiduarum copiae olim amplius cum blattis & tineis absque vllo dominorum aut heredum eius Daventrienſium commodo luctentur.
		Nat. 1644. = ☉. 1717. al. 1716.
		Icon eius cernitur ante *Bibliothecam Cuperanam, Daventriae*. 1717. 8.
		vid. *Konigii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 269. n. 585. — *Morhofius* V. *Polyh. Liter.* c. I. §. 13. p. 928. Tom. I. — *Io. Alb. Fabricii Conſpect. Theſ. Lit. Ital.* p. 200. — *Anſelmi Bandurii Bibl. Nummaria*, n. CLIII. p. 128. 129. ed. *Fabric.* — *Acta Eruditorum*, A. 1693. Menſe Septembri, ſub fin. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1187. — *Corn. Val. Vonckius* in Praefatione ad *Hugenii Deſcriptionem Doesburgi*, p. 75.
	1670.	*Jacobus* GRONOVIVS, *Iohannis Friderici* F. Daventrienſis, Philologus, Criticus, & Archaeologus primum Piſanae, tum Lugduno-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705		duno-Batavae Academiae. Tametsi iam eius Adnotationes ad *Calpurnii Flacci Declamationes Quinctiliani Institut. Oratoriis*, L. B. 1665. 8. Tom. II. p. 663. prodiissent, tamen ab hoc potissimum anno nominis eius fama longe lateque percrebuit, cum *Polybii Historiarum*, qui supersunt, *libros* graece & latine, cum vtriusque *Casauboni*, *Vrsini*, *Valesii*, *Palmeriique* adnotationibus, *Amstelaedami*, tribus codicibus, 8. recenseret, pluribusque aliis eruditae antiquitatis libris & monumentis non mediocrem praeferret facem, tamquam *Taciti* operibus, a patre iam emendatis, nunc *Excerptorum ex variis lectionibus MSc. Oxoniensis*, *Amstelaedami* 1673. 8. accessione locupletatis, duobus codicibus, porro *Supplementis lacunarum in Aenea Tactico*, *Dione Cassio*, & *Arriano*, *Lugd. Bat.* 1675. 8. *Livio* paterno, *Amstelaedami* 1679. 8. non vna vel Diatribes vel Epistolarum dote in lucem reuocando, qvarum Epistolarum, superiori iam anno 1678. *Amstelaedami*, sigillatim iam editarum, & in calce Tomi II. huius editionis Livianae additarum, causa lis ipsi cum *Raphaële Fabretto* intercessit, quemadmodum *I. A. Fabricius* in vera sua editione *Bibl. Latin.* L. I. c. XI. p. 189. (o) Tom. I. probe adnotauit, quod tamen totum nescio quam ob causam editio Lipsiensis, p. 285. sustulit. Ex ipsis saltem librorum paulo rariorum exemplis, qvae penes me sunt, emendare possum annum *Responsionis Gronovianae*, *Lugd. Bat.* non 1684. sed 1685. & *Iasithei* non ad *Gronovium*, sed *Grunnovium* (qvasi a grunniendo) *Apologema* &c. in

Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio*. 1658. = 1705

fine legitur: *Neapoli apud Novellum de Bonis* A. 1686. 4. (v. quoque *Act. Erudit* 1687. p. 226.) Praeterea multiplici diligentia tractauit *Stephani Fragmentum de Dodone*, graece, cum triplici latina versione & *Academicis Exercitationibus*, *Lugd. Bat.* 1681. 4. *Pomponium Melam*, *Lugd. Bat.* 1685. 8. cujus gratia legatur *Fabricius Bibl. Lat.* L. II. c. VIII. p. 348.=350. Tom. I. — *Ciceronis Opera omnia*, virorum doctorum, inprimis *Jani Guilielmi*, & *Iani Gruteri* Notis illustrata, *Lugd. Bat.* 1692. 4. duobus codicibus, *Ciceronem de officiis*, &c. Lugd. Bat. 1692. 8. *Ammianum Marcellinum*, *Lugd. Bat.* 1693. fol. & 4. *Macrobii opera*, *Londini* 1694. 8. *Valerii Harpocrationis* de *vocibus librum*, Lugd. Bat. 1696. 4. *Geographica antiqva*, h. e. *Scylacem*, *Anonymum Periplus*, & *Agathemerem*, graece & latine, cum *Isaac. Vossii*, *Iac. Palmerii*, & *Sam. Tennulii* notis, *Lugd. Bat.* 1697. 4. *Manethonis Apotelesmaticorum Libros* VI. *Lugd. Bat.* 1698. 4. *Suetonium* adiectis emendationibus, *Lugduni Bat.* 1698. 12. *Phaedri fabulas*, Amstelaed. 1703. 12. *Arrianum* de *Expeditione Alexandri*, *Lugd. Bat.* 1704. fol. *Gellii Noctes Atticas*, *Lugd. Bat.* 1706. 4. *Minucii Felicis Octavium*, & *Cyprianum de Idolorum vanitate*, *Lugd. Bat.* 1709. 8. *Decreta Romana*, & *Asiatica pro Iudaeis* ap. *Iosephum*, in integrum restituta, cum *Emendationibus* aliquot locorum *Suidae*, *Lugd. Bat.* 1712. 8. & tandem *Herodotum*, *Lugd. Bat.* 1715. fol. Simili studio antiquitatis Graecae, Romanaeue seu monumentis, seu institutis cognoscendis profuit, testibus: *Disquisitione de Jeuncula Sme-*

tiana

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*tiana*, *quam Harpocratem indigitarunt*, *Lugd. Bat.* 1693. 4. *Memoria Cossoniana* s. *Dan. Cossonii Vita breviter descripta* cum variis lapidum titulis, *Lugd. Bat.* 1695. 4. *Gorlaei Dactyliotheca*, cum *Marbodi Redonensis* Episcopi *Dactyliotheca*, ibidem 1695. 4. *Iusti Rycqvii* libro de *Capitolio*, *notis viri Philologi* (i. e. *Iac. Gronovii*) *illustrato*, & *aucto*, ibidem 1696. 8. *Exercitatione* de *Clivo Capitolino*, ibidem 1696. 4. *Thesauro Antiquitatum Graecarum*, *Lugd. Bat.* 1697=1702. fol. *Leonardi Augustini Gemmis & Sculpturis antiquis*, *Franequerae*, 1699. 4. item *Dissertatione* de *Imaginibus & Statuis Principum*, *Lugd. Bat.* 1708. & 1735. 4. Neque Oratoris personam a se alienam esse voluit, quamqvam, si verum fateri licet, in eo artium bonarum genere Atticam dicendi sanitatem numqvam affecutus est. Legat quis eius orationem *de Lege Regia*, Lugd. Bat. 1678. 8. *De origine Romuli*, ibidem 1684. 8. infertam deinceps *Kappiano* corpusculo *Orationum Selectarum*, *Lipsiae* 1721. 8. *Regia auspicia Academiae Lugduno Batavae*, *Lugd. Bat.* 1689. fol. *Memoriam Natalis Noni & tricesimi*, *quem primum in regia purpura vidit Wilhelmus Auriacus*, ibidem 1689. fol. *Laetitiam Academiae Lugduno Batavae ob successum expeditionis Hibernicae Wilhelmi Auriaci*, ib. 1690. fol. *Felicem aduentum in Bataviam Wilhelmi*, *Regis Britanniae*, ib. 1691. fol. Orationem, ceteris rariorem, de *Primis incunabulis vrbis Lugduni*, & *appellatione eiusdem*, ibidem 1696. 4. *Pietatem vltimam Academiae Lugduno-Batauae circa Serenissimum Britanniae Regem*, Wilhelmum III. *Bataviae*
Leopoldo, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		

Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.

Gubernatorem, *Lugd. Bat.* 1702. fol. *Allocutionem* ad *Jacobum Baronem de Wassenaar de duobus in Duyvenvoordense Praetorium receptis lapidibus*, ibidem 1703. 4. *Orationem* de *Geographiae Origine*, *Progressu*, ac *Dulcedine*, *Lugd. Bat.* 1703. 8. *Felicitatem Ramelensem*, & *in hoc exemplo monstratam Dei praesentiam in armis Batauiae*, & *sociorum vbique illustrandis*, ibidem 1707. fol. similesque Epistolas sparsim editas, quarum meminit *Catal. Bibl. Bunav.* Tom I. Vol. III. p. 1923. neque orationem eius sine salebris, qvasi sedatum amnem, fluere dicet. Vti etiam nemo lenissimum in disceptando fuisse existimabit. Nota est eius lis cum *Perizonio* agitata super vi & potestate verbi ἀπάγχεσθαι. *Gronovius* primum *Exercitationes Academicas de pernicie* & *casu Judae τῦ προδότε*, *Lugd. Bat.* 1634. 4. ediderat. (v. Act Erud. 1683. p. 513.) a *Iac. Perizonio* sub examen vocatas in *Dissertatione de morte Iudae* & *verbo ἀπάγχεσθαι*, in qva explicabantur loca qvaedam N. T. vindicabanturque, qvae ad Aelianum erant notata, Lugd. Bat. 1702. 8. (vid. *Act. Erud.* 1703. p. 16.) statim *Gronovius Exercitationes* suas typis repeti curauit, addiditque *Defensionem Curae* & *operae*, *qvam ante annos impendit exitio* & *ignominiae proditoris Iudae*, ibidem, 1702. 4. mox duplicem *Notitiam* & *Illustrationem Dissertationis nuperae de morte Judae* & *verbo απαγχεσθαι* reposuit, *Lugd. Bat.* 1703. 4. cui etiam *Perizonius* duplicem *Responsionem ad nuperam Notitiam* primam & secundam *de variis Aeliani*, *aliorumque auctorum locis* dedit ibidem

SAEC XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		dem 1703. 8. (v. *Act. Erud.* 1703. p. 366.) Non multo post & *Ludolph. Kustero* & *Ioh. Clerico* dicam scripsit, illi *Recensionem breuem Mutilationum, quas patitur Suidas in editione nupera Cantabrigiae, vbi varia eius auctoris loca illustrantur, Lugd. Bat.* 1712. 8. obiiciens, a *Kustero* tamen *Diatribe Anti-Gronouiana* castigatam, *in qua Editio Suidae Cantabrigiensis defenditur: itemque haud pauca loca Hesychii obiter emendantur, nec non Specimen secundarum Curarum in Suidam exhibetur, Amstelaedami.* 1712. 8. huic vero exprobrans *Ludibria maleuola* vel proscribens eius *prauam mercem* ac *mentem prauissimam, quam exposuit in Minucio Felice, Lugd. Batav.* 8.

Nat. 1645. = Θ. 1716.

Imago eius extat, cum ante Partem secundam *Abr. Gorlaei Dactyliothecae*, tum *Ammianum Marcellinum*, & passim alicubi.

vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 251. 252. n. 548. — *Morhofius* IV. *Polyh. Liter.* c. XII. §. II. p. 887. c. XIV. §. 12. p. 912. — *Io. Georg. Graevius* sic eum laudat: *quem non magis imago paterna illustrat, quam egregia fama quam ipse sibi praeclaris interioris eruditionis speciminibus domi forisque editis peperit* in *Praefatione* ad *Cicer. Epist. ad Diuers.* p. 33. item in *Praefatione* ad *Cicer. Epistol.* ad *Attic.* p. 47. *Praef. & Epist. Fabric.*—Vel sic tamen *Iano Brouckhusio* dicitur per iocum ὁ μέγας ad *Propertium* I. IX. 34. respicienti fortassis ad *Exercitationem Philologicam* de voce Μέγας, *Lugd. Bat.* 1694. 4. editam, cuius tamen *Gerardus Haverkampius* mihi videtur auctor fuis-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III.* 1658. = 1705.		fuisse. praeterea per contemtum *Iacobus* quidam *Gronovius*, ad eumdem *Propert.* II. VII. 55. *negligens prosodiae* ad III. IX. 61. *oblatrator & obrosor* ad III. XX. 16. *Exercitationes*que *de Juda* eius *ingenio condignae* appellantur ad III. II. 28. — Notatur quoque a *P. Burmanno* in Supplemento Praefationis in *Phaedrum* * * 1. 2. — *Banduri Bibliotheca Nummaria*, n. CLV. p. 130. 131. — *Pars Index Batavicus*, p. 166. — *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. II. p. 370. 371. & Part. VI. p. 362. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jacqves) *Gronovius*, Fils du Precedent — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1285. — De eius *Supplementis Lacunarum* in *Dione Cassio*, *Reimarus* in Praefatione ad *Dionem Cassium*, p. XV. §. 9. & eius *Herodoto* Cl. *Petr. Wesselingius* in Praefatione ad *Herodotum* * * 3. opistogr.
	circa 1670.	*Guilielmus* MOMMA, Hamburgensis, Theologus Calvinianus, & Historicus, mox Lubecensis, mox Hammensis Westphalus, tandem Medioburgensis Zeelandus, *Iohannis Coccei* discipulus, circa hunc potissimum annum clarus esse videtur, quod *De varia conditione & statu Ecclesiae Dei sub triplici Oeconomia Patriarcharum, ac Testamenti veteris, & denique Novi Libros tres* emisit, *Amstelaedami*, 1673. 8. duobus codicibus. Nat. 1642. = ☉. 1677. v. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Crenii Animadv. Philolog.* Part. IX. p. 128. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1449.

Io-

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.	1670.	*Johannes* PHORBAEVS, ſiue VERWEIVS, (vulgo: *Verwey*,) Delphenſis, rector Scholae Goudanae, deinceps Hagenſis, Philologus, & Grammaticus graecus, circa hunc annum *Medullam Ariſtarchi Voſſiani* concinnaſſe dicitur. Omni vero laude digna eſt eius *Nova via docendi Graeca*, primum circa A. 1684. 4. edita, poſtea ſaepius typis repetita, veluti cum *Indice vocum Graecarum opera R. Ketelii*, *Gaudae*, 1702. 8. Aliquot eius & *Nic. Heinſii* literae mutuae in Syllöge *Burmanniana*, Tomo II. p. 829.=835. extant. Eumdem quoque nouam *Gloſſarii Heſychiani* editionem paraſſe non modo ex Epiſtolis *Graevii* ad *N. Heinſium*, p. 495. & 611. *Sylloges Burmannianae*, Tomo IV. ſed etiam ex *Io. Alb. Fabricii Bibliothec. Graec.* L. IV. c. 35. p. 553. Vol. IV. imprimis doctiſſima *Johannis Alberti* ad *Heſychium* Praefatione, p. XVI. & Sect. II. p. XXIV.=XXVI. clariſſime apparet. Nat. 1648. circiter =Θ. 1692. vid. *P. Burmannus* maior in adnotatione ad *Syilogen Epiſtolarum*, Tom. II. p. 830. — *Paquot Mémoires*, Tom. VIII. p. 105.= 109.
	1670.	*Alexander* TOLLIVS, *Cornelii*, (v. Part. IV. p. 528.) & *Jacobi* frater, Rheno-Traiectinus, Philologus Lugdunenſis, hoc anno *Appiani Alexandrini Romanas Hiſtorias graece & latine*, *Amſtelaedami* 8. duobus codicibus recognouit. De quo quidem viro docto nusquam quicquam in Epiſtola libellionum *Waesbergii*, & a *Someren*, ad Delphi-

SAEC. XVII	AER CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		phinum, *Appiano* praemissa, nedum in *Burmanni Traiecto erudito* me reperire memini.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.	1670.	*Iohannes* VOETIVS, *Pauli* (Part. IV. p. 499) Filius, *Gisberti* (Part. IV. 338.) Nepos, Rheno-Traiectinus, ICtus, iurisque Antecessor cum in Rheno-Traiectina, tum in Leidensi Academia, hoc anno librum *de Iure militari* euulgauit, *Traiecti* 8. *Commentarioque* suo perpetuo ad *Pandectas, Lugd. Bat.* 1698. fol. edi coepto, immortale sibi apud Pragmaticos nomen peperit. Nat. 1647.=Θ. 1714. vid. *Struvii Bibliotheca Iuridica*, c. VII. p. 130. — *Burmanni Traiectum eruditum*, p. 426. 427. — *Jo. Frid. Juglers Beytraege zur Juristischen Biographie*, Tom. II. Part. II. n. XXXIII. p. 348.=355.
	circa 1670.	*Christophorus* WITTICHIVS, Briegensis Silesius, Theologus, & Philosophus Cartesianus, mox Herbornensis, mox Noviomagensis, tandem Lugduno-Batavus. Nat. 1625=Θ. 1687. Nummus eius apud *van Loon Histori Penningen*, Tom. III. L. IV. p. 349. & in *Museo Mazzuchelliano*, Tom. II. Tab. CXXXIII. No. VI. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. qui male *Clivensem* vocat. — *Bayle Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Christophle) *Wittichius*, Professeur en Theologie. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1703.
	1670.	*Academiae* OENIPONTANAE, auctore *Leopoldo* Imperatore, annus natalis esse fertur. Cf. *Heu-*

SAEC XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		Cf. *Heumanni Bibliotheca Historica Academica*, p. 123.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705	1671.	*Iohannes Maria* DE LA MVRE Presbyter Montebrisonensis, & Historicus, hoc anno *Historiam Ecclesiasticam Dioeceseos Lugdunensis*, (*Histoire Ecclesiastiqve du Dioecese de Lyon, traitée par la suite Chronologiqve des vies des Archeveqves* &c.) *Lugduni*. 4. & *Historiam vniuersam ciuilem & Ecclesiasticam regionis Forensis*, (*Histoire vniverselle civile, & Ecclesiastique du pays de Forez*) ibidem 1674. 4. emisit.
	1671.	*Caesar Vichardus* SAN-REALIS (vulgo : *de St. Real*,) Camberiensis Sabaudus, Rhetor, Historicus, & Philologus Parisiensis hoc anno *Vtilitatem Historiae* lectoribus suis singulari libello, (*de l'vsage de l'histoire*, à *Paris*. 12.) commendauit. Postea vel *Ciceronem* ad *Atticum* epistolas scribenten francice loqui iussit, *Paris*. 1691. 12. tertiumque 1702. 12. tribus codicillis, vel non pauca veteris & recentioris rerum memoriae capita docte illustrauit, quae omnes eius disputationes singulari operum corpusculo post eius mortem nexae & colligatae sunt. *Oeuvres de Mr. l'Abbé de Saint Real*, à la Haye 1722. 12. quinque codicibus, à Paris. 1730. à *Amsterdam*, 1740. 12. *Nouvelle edition rangée dans un meilleur ordre & augmenté*, à *Paris* 1745. 12. tribus tomis. Θ. 1692.
		vid. *Freytagii Analecta*, p. 748. s. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1572. — *Prosper Marchand Dictionaire Historiqve*,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		Tom. II. voc. (l'Abbé de) *Saint-Real*, p. 162.=181. vbi ait : *On connoit si peu cet Auteur, qv'on ignore iusqv'à son nom de Batême.*
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705	1671.	*Georgius* STIERNHIELM, Grammaticus, & Archaeologus Suecus, hoc anno *D. N. Iesu Christi SS. Euangelia ab Ulphila, Gothorum in Moesia Episcopo, circa A. a nato Christo* 360. *ex Graeco Gothice translata cum Glossario* edidit, *Stokholmiae*, 4. v. *Morhosius* IV. *Polyb. Literar.* c. III. §. 3. p. 735. 736. Tom. I. *Polyb. Philos.* L. I. c. I. §. 13. p. 9. Tom. II.
	1671.	*Christfriedus* WAECHTLERVS, Grimmensis Misnicus, ICtus, & Philologus Dresenensis, hoc anno suam *De societatis civilis statu naturali & legali* Disputationem disceptatore *Jacobo Thomasio* defendit, *Lipsiae*, 4. Eius *Opuscula Iuridico-Philologica* collegit *Chr. Henr. Trotzius*, Traj. ad Rh. 1733. 8. Nat. 1652.=1731. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1686. — *Jo. Frid. Iuglers Beytraege*, Tom. V. Part. I. n. XIV. p. 153.=169.
	1671.	*Nehemias* GREW, Medicus, & Botanicus Londinensis, eo anno Anatomiae vegetabilium (*The Anatomy of vegetables begun*) *Londini*, 12. Scriptor, item *Musei Societatis regalis* editor, *Londini* 1681. fol. editor. v. *Morhofius Polyb. Philos.* L. II. P. II. c. I. §. 9. p. 277. & *Polyb. Pract.* L. VII. c. I. §. 5. p. 603. Tom. II. — *Jac. Georg. de*

Chau-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Nehemie) *Grew*, Médecin Anglois. — *A. Haller Bibl. Botanic.* L. VIII. §. 662. p. 562.=564. Tom. I. & *Bibliothec. Anatomica*, Tom. I. L. VI. n. DCIII. p. 665.
	1671.	*Martinus* LISTERVS, Medicus, Physicus, & Philologus Londinensis, circa hunc annum clarus, argumento *A. Halleri Biblioth. Botan.* L. VIII. n. 658. p. 556. Tom. I. Eidem debetur *Caelius Apicius de re culinaria*, quem cum lectionum varietate, tum adnotationibus suis ornauit, Londini 1705. 8. vid. *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Martin) *Lister*, Médecin. — *A. Haller Bibliotheca Anaton.* Tom. I. L. VI. n. DXXXIII. p. 586.=589. & *Biblioth. Chirurgica*, Tom. I. L. VI. n. CCCLXXI. p. 453. 454.
	circa 1671.	*Johannes* ANTONIDES, (vulgo: *Ian Antonisz.*) Goesano Zeelandus, vnde *Antonides van der Goes*, egregius, secundum *Vondelium* quidem, versificator Batavus. Nat. 1647.=☉. 1684. vid. *Petri de la Rue Zeelandia erudita*, p. 231. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. I. voc. (Jean) *Antonides van der Goes*, Poëte. — *Levensbeschryving van eenige voorname Mannen* &c. Part. II. p. 233.=241.
	1671.	*Jacobus* TOLLIVS, *Alexandri* & *Cornelii* frater, Rheno-Traiectinus, Philologus, mox Lugdunensis, mox Duisburgensis, mox denique Traiectinus, hoc anno *Ausoni-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. 1658. = 1705.		*um* cum integris adnotationibus *Iof. Scaligeri*, *Mariangeli Accurfii* & aliorum, *Amftelaedami* 8. in lucem protulit. De cuius fcriptis poft *Gafp. Burmanni* diligentiam in ea re collocatam non opus eft differere. Id folum addere debeo *Nardini Commentarios de veteri Roma* ex Italica in linguam latinam tranftuliffe, tefte *Graevio*, in Praefat. ad Tom. IV. *Thefauri Antiqv. Rom.* p. 329. 330. *Praef.* & *Epiftol.* ed. *Fabric.* Vitam eius fcripfit *Henr. Chrift. Henninius*, quam MSc. habet ampliffimus nofter *Corn. Antonius van Wachendorff*. Θ. 1696. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 251. n. 547. — *Morhofius* I. *Polyh. Lit.* c. XI. §. 17. p. 100. & §. 55. p. 111. L. IV. c. XI. §. 14. p. 863. & c. XIV. §. 15. p. 913. Tom. I. — *Io. Fabricii Hiftor. Bibl.* Part. III. p. 359. 360. it. p. 442. — *Gafp. Burmanni Traiectum eruditum*, p. 368.=374. — *Freytagii Adparatus Litterarius*, Tom. III. p. 710. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Jaqves) *Tollius*, Frere du précédent.
	1671.	*Nicolaus* WITSENIVS, *Cornelii*, (de quo Part. IV. p. 548.) Filius, ICtus, Conful Amftelaedamenfis, Hiftoricus, Philologus, & Archaeologus, de cuius Mufeo v. *Carolus Patinus* in *qvatruplici narratione Hiftorica* (*Qvatre Relations Hiftoriqves*, à *Bafle*, 1673. 8. p. 202) eiusque monumentis, qvae nunc pleraque in Mufeum Leidenfe tranfierunt, Cl. *Oudendorpius* in *Defcriptione Legati Papenbroekiani*, p. 7. n. 4. p. 14. n. 13. p. 26. n.

SAEC XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.		n. 27. p. 29. n. 32. p. 57. n. 75. p. 58. n. 77. p. 67. n. 15. p. 68. n. 16. p 73. n. 39. p. 75. n. 45. Hoc anno singularem librum *de Architectonice nautica Nov-antiqua*, (*Aaloude en Hedendaagse Scheepbouw en Bestier*,) *Amstelaedami*, fol. in lucem prodire iussit. Vnde observationes eius de triremium fabrica laudantur *Graevio* ad *Florum* IV. XI. 6. p. 500. Fortassis eiusdem est *N. Witsen's Letter to Mart. Lister with two Draughts of famous Persepolis*, in *Transactionibus Philosophicis*, Vol. XVIII. Num. 210. p. 117. Eius Imago in duobus numis apud *Gerard. van Loon*, Tom. III. L. V. p. 470. & in *Museo Milano-Viscontiano*, Part. II. p. 281. n. 979. vid. *Morhofius* V. *Polyh. Liter.* c. II. §. 10. p. 937. (h) (i.) Tom. I. — *Pars Index Batavic.* p. 313.=316. — *Iohannis Molleri Flensburg. Scholae patriae Rectoris*, *Monitum de falsa Plagii literarii*, *Viro illustri Nicolao Witsenio*, *Reipublicae Amstelodamensis Consuli per Io. Schefferum temere affricti*, *criminatione*, *hanc refellens*, *Morhofiique & suas ipsius de illo narrationes emendans*, legitur in Epistola *Io. Alb. Fabricii* ad *Henr. Wetstenium*, *Bibliothecae Latinae Volumini alteri* praemissa.
	1671.	*Academia* VRBINENSIS, Status, vt vulgo dicitur, Ecclesiastici, a *Clemente* X. Pontifice M. condita. v. *C. A. Heumanni Bibliotheca Historica Academica*, p. 204. & *Catalogus Bibliothecae Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 961.

Io.

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	1672.	*Iohannes Petrus* BELLORIVS, Romanus, Archaeologus reginae Suecorum, hoc anno edidit *Le Vite de' Pittori, Scultori & Architetti moderni insino all' anno 1665. scritte da Giovanni Pietro Bellori con loro Ritratti intagliati in rame: aggiuntovi un Discorso del melesimo Bellori dell' Idea del Pittore &c. in Roma appresso Mascardi.* 4. neque alii anni eius solertiae & doctrinae argumentis vacui exierunt, tanquam *Fragmentis vestigii veteris Romae ex lapidibus Farnesianis primum in lucem editis cum notis Io. Petri Bellorii ex editione Romana*, 1673. fol. in *Graevii Thesauro Antiqvit. Romanar.* Tom. IV. p. 1955. *Selectis numis duobus Antoninianis, quorum primus anni novi auspicia, alter Commodum & Annium Verum Caesares exhibet, Romae* 1676. 8. & *Amstelaedami* 1685. 12. rarioribus maximi moduli Numismatibus selectis, (*Giuseppe Monterchi) Scelta de' Medaglioni piu rari nella Bibliotheca del Cardinale Gasparo Carpegna illustrati da Gio. Piet. Bellori, in Roma*, 1679. 4. & latine, *Amstelaed.* 1685. 12. Picturis antiquis Cryptarum Romanarum & Sepulchri Nasonum, (*Le Pitture antiche del Sepolcro di Nasone nella via Flaminia, disegnate ed intagliate alla similitudine degli antichi originali da Pietro Santi Bartoli descritte ed illustrate da Gio. Pietro Bellori, in Roma* 1680. fol.) & ex interpretatione latina *Ludolphi Neocori*, h. e. *Kusteri*, in *Graevii Thesauro Antiqvit. Roman.* Vol. XII. p. 1021. seq. quod ipsum deinceps opus recognitum, auctum & illustratum fuit a *Michaële Angelo Causseo*, Italice, Romae, 1706. fol. nec

non

Principibus. — Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.

non latine, ibidem 1738. fol. porro *Veterum illustrium Philosophorum, Poëtarum, Rhetorum, & Oratorum imaginibus*, a *Ioh. Petro Bellorio* illustratis; *Romae*, 1685. fol. (v. *Actor. Erud. Supplementa*, Tom. I. p. 347.) it. *Notis in Numismata tum Ephesia tum aliarum vrbium apibus insignita*, & Expositione *Symbolici Deae Syriae Simulacri* ex editione *Romana* 1688. fol. in *Iac. Gronovii Thesauri Graeci*, Tomo VII. p. 401. & 425. tum *Veteribus Arcubus Augustorum triumphis insignibus ex reliqviis, qvae Romae adhuc supersunt* &c. *Romae* 1690. fol. mai. item *Veterum Lucernis sepulcralibus collectis ex cavernis & specubus subterraneis vrbis Romae*, qvae secundum editionem Italicam, *Romae* 1691. fol. ab *Alexandro Duckero* latinitate donatae in *Thesauri Graeci Gronoviani*, Tomum XII. postea immigrarunt. Non minoris momenti sunt alii eius libri, quorum tamen editionis annos definire non licet, veluti: *Colonna Traiana, eretta dal Senato e Popolo Romano all' Imperatore Traiano nel suo foro in Roma &c. intagliata in rame da Pietro Santo Bartoli &c. compendiata nella volgar lengva . . . . da Giov. Pietro Bellori. Roma* fol. reg. oblongo. Adhaec *Columna Antoniniana Marci Aurelii Antonini Augusti rebus gestis insignis . . . . a Petro Sancti Bartolo iuxta delineationes in Bibliotheca Barberina asservatas, & cum antiquis ipsius columnae signis collatas aere incisa & in lucem edita cum notis . . . .* Io. Petri Bellorii, *Romae apud Auctorem* fol. oblongo. repetita deinceps in *Chalcographia Dominici* de *Rubeis*, ibid. 1704. fol. porro: *Admiranda Ro-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*manarum Antiqvitatum . . . . ad antiquam elegantiam a Petro Sancte Bartolo delineata, incisa, notis Ioh. Petri Bellorii illustrata, Romae.* fol. mai. oblongo. nec non: *Il Bonino overo Avertimenti al Tristano intorno gli errori nelle Medaglie nel primo Tomo de' suoi Commentarii historici*, (da *Gio Pietro Bellori*) fine anno & loco. 4. Eiusdem vero *Adnotationes* ad Sepulcra Vetera, (*Gli antichi Sepolcri overo Mausolei Romani e Etruschi*) & *in XII. Priorum Caesarum Numismata ab Aenea Vico Parmensi olim edita* post eius demum mortem luce publica donatae fuerunt, *Romae* & illae qvidem, 1697. fol. (v. *Act. Erud.* 1698. p. 24.) hae autem, 1730. fol. ϴ. 1696.
		vid. *Anselm. Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CXXVI. p. 107. 108. — Auctor *Bibliothecae Italicae*, Tom. XI. p. 269. — *David Clement Bibliotheqve Curieuse*, Tom. III. p. 74.=77. (54.)=(66.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1075. — *I. B. L. Osmont Dictionaire Typographiqve* &c. Tom. I. p. 90. 91. — *Jo. Maria Mazzuchelli Scrittori d'Italia*, Vol. II. Part. II. voc. (*Giovanni Pietro*) *Bellori*, p. 703.=707.
	1672.	*Iohannes Baptista* FERRETIVS, (vulgo: *Ferretti.*) Vicentinus, Monachus Benedictinus, & Archaeologus, hoc anno *Musas Lapidarias* i.e. *Antiquorum in marmoribus carmina* digessit, *Veronae*, fol. quem librum in rarioribus habet *C. A. Heumannus* in *Via ad Historiam Literariam*, c. VI. §. XXX. p. 369. Non magnum vero in his colligendis operae pretium fecisse inde appa-ret,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		ret, quoniam plurima ex *Grutero*, cuius tamen rarissime meminit, eaque vitiosius repetita exhibet, neque, quod satis mirari non possum, *P. Pithoei Epigrammata & Poëmatia* veterum Poëtarum, in consilium vocauit, e quibus tamen multa emendare potuisset, neque valde idoneum fuisse interpretem, vel vnico exemplo demonstrauit *Perizonius* in Dissertatione *prima, qva illustratur Constitutio divina de ducenda defuncti fratris vxore*, p. m. 24. Quomodo vero, huius *Ferretii* occasione, *Ferreti Vicentini Historiam rerum in Italia gestarum P. Burmannus* minor, in Praefatione ad *Anthologiam Latin*, p. XXIX. & XXX. inculcare potuerit, non intelligo, nisi hunc nostrum *Ferretium* satis grandi Parachronismo cum *Ferreto* Vicentino, (cuius meminere *Fabricius Bibl. Med. & inf. Lat.* Tom. II. p. 491.=493. & Auctor *Catal. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1240.) confuderit.
	1672.	*Prosper* MANDOSIVS, nobilis Romanus, & Bibliographus hoc anno *Bibliothecam Romanam, seu Romanorum Scriptorum Centurias ordinauit*, Romae 4. (v. *Act. Erud.* 1683. p. 237. & p. 1693. p. 307.) *Theatrum* vero *Archiatrorum Pontificum*, itidem *Romae*, 1696. 4. aperuit. (v. *Act. Erud.* 1697. p. 182.) vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 43. — *Gerdes Floril. Libr. rar.* p. 242. — *Frid. Gotth. Freytag Analecta Litteraria*, p. 563. 564.
	1672.	*Andreas* MARMORA, Nobilis Corcyreensis,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705		ſis, & Hiſtoricus hoc anno res Corcyreenſes deſcripſit (*della Hiſtoria di Corfu, Venezia.* 4. vid. *Banduri Bibliotheca Nummaria*, n. XC. p. 79.
	circa 1672.	*Laurentius* DARVIAEVS, (vulgo: *d'Arvieux*,) Maſſilienſis, Scriptor Hoedoeporicus, cuius Itineris Commentarios (*Mémoires, contenant ſes voyages à Conſtantinople, dans l'Aſie, la Syrie, la Paleſtine*) poſtea in lucem protulit *Johannes Baptiſta Labatus, Pariſiis* 1735. 8. ſex Codicibus. Nat. 1635.=⊙. 1702. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1044.
	circa 1672.	*Petrus* JVRIAEVS (vulgo: *Jurieu*,) Bleſenſis Gallo-Francus, Theologus Calvinianus, & Philologus Roterodamenſis iam tum inclaruiſſe videtur, etſi paulo ſerioribus annis libros ab eo editos habeamus, veluti *Traité de la puiſſance de l'Egliſe Qvevilly.* 1677. 8. mox *Abregé de l'Hiſtoire de Concile de Trente* &c. *Geneve* 1682. 12. Partibus duabus, tum *l'Hiſtoire du Calviniſme de Maimbourg & celle du Papiſme miſes en Parallele, Rotterdam*, 1683. 12. imprimis vero Hiſtoriam Criticam dogmatum, *Hiſtoire Critiqve des dogmes & des cultes bons & mauvais depuis Adam jusqu'à Jeſus Chriſt, Amſteldam* 1704. 4. & *Supplement à l'Hiſtoire Critique ou Diſſertation par Lettre de Mr. Cuper, Amſteldam* 1701. 4. qui noviſſimus liber hodie paulo occurrit parcius.

Nat.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705		Nat. 1637.=Θ. 1713. Numus eius cernitur ap. *Ger. van Loon* in *Numis Hiſtoricis*, Tom. III. L. IV. p. 352. 353. & in *Muſeo Mazzuchelliano*, Tom. II. Tab. CXXXVII. No. I. ad. p. 149. ſ. vid. *Gisb. Cuperus* in Literis ad *Juriaeum*, p. 461.=477. *Lettres de Critiques* &c. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Pierre) *Jurieu*, Theologien. — Icon & vita eius in *Io. Matthiae Schröckh Abbildungen* &c. Tom. I. Faſc. II. n. XXII. p. 233.=240.
	1672.	*Johannes* HALLERVORDIVS, Regiomontanus, Bibliographus, hoc anno *De Hiſtoricis Latinis Spicilegium*, *Jenae* 8. euulgauit, poſtea *Bibliothecam quoque curioſam*, *Regiomonti*, 1676. 4. inſtruxit. Θ. 1676. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 6. n. 59. & p. 14. n. 74. — *Morhoſius* I. *Polyh. Liter.* c. XVIII. §. 10. p. 198. ſ. Tom. I. Polyh. Pract. L. IV. §. I. p. 509. (a.) Tom. II. — *Io. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. V. p. 459. 460. — *Georg. Chriſto. Piſanski Hiſtor. Litter. Pruſſiae*, Part. III. §. 43. p. 75. (c.)
	1672.	*Gaspar* SAGITTARIVS, *Gasparis* F. Luneburgenſis, Philologus, Hiſtoricus, & Archaeologus Academiae Jenenſis. Vti iam ſuperiori anno *Commentatione ſua de Vita, Scriptis, Editionibus, Interpretibus, Lectione, & Imitatione Plauti, Terentii, & Ciceronis*, *Altenburgi*, 8. de literis bene mereri coepit, ita hoc potiſſimum, *De vita & Scrip-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. 1658. = 1705.		*Scriptis Livii Andronici, Naevii, Ennii, Caecilii Statii, Pacuvii,* & aliorum *Commentationem, Altenburgi.* 8. & *de Janais veterum librum singularem*, ibidem 8. in publicum prodire iussit. Porro non vnius generis scripto Academiam suam, in qva docebat, celebrauit, tanquam *Historia Bardevici*, Jenae 1674. 4. *Dissertatiuncula de praecipuis Scriptoribus Historiae Germanicae, Jenae* 1675. 4. *Dissertatione de Oraculo Apollinis Delphico, Ienae* 1675. 4. de *Nudipedalibus, Ienae* 1675. 4. *Nucleo Historiae Germanicae, Jenae*, 1675. 12. *Historia Lusatica, Jenae* 1675. 4. & *Historia Halberstadiensi, Jenae*, eodem A. *Clypeo veritatis & innocentiae, osoribus & calumniatoribus Academiae Jenensis opposito, Jenae* 1676. 4. *Vita Ioh. Friderici, Jenae* 1678. 4. *Historia vitae & mortis Tulliae, M. T. Ciceronis Filiae, cum Adnotationibus in Servii Sulpicii Epistolam Consolatoriam inter Ciceronianas Familiar IV.* 5. *Jenae*, 1679. 4. *Breui Notitia, (Kurtzer Historischer Bericht von der Professione Theologica Augustanae Confessionis zu Erfurth, Jenae*, 1680. 8. *De Originibus & incrementis vrbis Luneburgi, Jenae* 1682. 4. *Originibus Ducum Brunsvicensium & Historia, Jenae* 1684. 4. & *de origine & incrementis Brunsvici*, ibidem 1684. 4. *Antiquitatibus Amazoniis, Jenae*, 1685. 4. *Historia templi Ienensis Academici* cum *Epitaphiis & Inscriptionibus sepulcralibus huius templi, Jenae*, 1685. & 1690. 4. *Antiquitatibus regni Thuringici, Jenae*, 1685. 4. (v. *Act. Erud.* 1685. p. 361.) *An-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705.		*Antiquitatibus Gentilismi & Christianismi Thuringici*, theotisce scriptis, ibidem eod. A. (v. *Act. Erudit* 1685. p. 363.) *Historia Marchiae Soltwedelensis & vita Alberti Vrsi*, *Jenae* 1685. 4. *Antiquitatibus Alstetensibus & Palatinatus Saxonici*, *Jenae* 1687. 4. *Memorabilibus Historiae Gothanae*, Jenae, 1689. 4. *de Iusto Lipsio*, *deque libris eius Politicis*, Jenae 1689. 4. *Historia Vitae Georgii Spalatini*, *Theologi*, *Politici*, *primique Historici Saxonici*, *Jenae*, 1693. 4. *Antiqvitatibus Lacus Bodamici*, *cum Specimine Historiae Lindaviensis*, *Jenae*, 1693. 4. *Exercitationibus XI. in Iustini Praefationem & integrum Librum I.* qvae in *Herm. Conringii Operibus* a *Goebelio* editis Tomo V. a. p. 139. seq. leguntur. Nat. 1643.=ϴ. 1694. vid. *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*, in. CXL. p. 118. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. IV. p. 442. Part. V. p. 240. =242. 320.=322. — *G. Krantzius* ad *Conring.* Saec. XVII. c. V. p. 217. (15.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1570.
	1672.	*Johannes Philippus* SLEVOGTIVS, Ienensis, ICtus, & Philologus. hoc anno scripsit & edidit *Dissertationem de centesimis vsuris*, *& foenore vnciario*, *ad l.* 26. §. 1. *Cod. de vsuris*, *Jenae* 1672. 4. aliasque lectu dignas vel Prolusiones vel Dissertationes reliquit; velut *Prolusionem de Philosophia Papiniani*, *Ienae*, 1687. 4. in *Gottl. Slevogtii Opusculis de Sectis & Philosophia ICtorum*, repetitam, 1724. 8. a p. 159. *Orationem de Liber-*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*bertate Academica* 1690. & recuſam typis, *Jenae* 1722. 4. *de ingeniis Germanorum*, Jenae, 1694. 4. *de in ius vocatione antiqva & nova*, *Jenae*, 1705. 4. *Trigam Epiſtolarum* in *Io. Henr. Ackeri Methodo ſcribendarum Epiſtolarum* obviam, *Rudolſtadii*, 1710. 8. Nat. 1649.=⊖. 1727. vid *Io. Fabricii Hiſtor. Bibliotb.* Part. VI. p. 84. — *Catal. Bibl.* Tom. I. Vol. II. p. 1612. *Io. Frid. Iuglers Beytraege zur Iuriſtiſchen Biographie*, Tom. II. Part. II. n. XXXVI. p. 384.=405.
	1672.	*Paulus* TAFERNERIVS, Klagenfurtho-Carinthius, ſacerdos Jeſuita, & Scriptor Hodoeporicus, hoc anno *Caeſaream legationem, quam ad portam Ottomannicam mandato Leopoldi Imperatoris ſuſcepit Walterus Comes de Leslie, Viennae Auſtriae*, 8. deſcripſit, & vulgauit. Nat. 1608.=⊖.
	1672.	*Richardus* CVMBERLANDVS, Epiſcopus Petroburgenſis, Theologus, Philoſophus, & Philologus, hoc anno *De Legibus naturae Disquiſitionem philoſophicam*, *Londini*, 4. emiſit. Nat. 1632 =⊖. 1719. vid. *Morhofius* L. I. *Polyh. Philoſ.* c. XV. §. 15. p. 118. & *Polyh. Pract.* L. III. Sect. I. §. 4. p. 558. Tom. II. — *Jac. Georg. de Chaufepié*, *Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Richard) *Cumberland.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1187.

Io-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio* 1658. = 1705.	1672.	*Johannes* FLAMSTEDIVS (vulgo: *Flamsteed*,) Mathematicus, & Astronomus regius Londinensis, hoc anno nominis sibi famam parauit, argumento *Montuclae* in *Historia Matheseos*, Tom. II. Part. IV. L. VIII. §. X. p. 529. f. Nat. 1644.=☉. 1720. v. *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jean) *Flamsteed*, Astronome Anglois.
	1672.	*Johannes* MARSHAMVS, Londinensis, Chronologus, & Historicus, hoc anno *Chronicum Canonem Aegyptiacum, Hebraicum, Graecum*, *Londini*, fol. prodire iussit, saepius popea typis recusum, veluti ex editione Ottonis Menckenii, *Lipsiae*, 1676. & *Franequerae*, 1696. 4. Nat. 1602.=☉. 1683. vid. *Künigii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofius Polyh. Pract.* L. VI. Sect. II. §. 3. p. 563. Tom. II. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Jean) *Marsham*, Ecrivain Anglois. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1424.
	1672.	*Abrahamus* MVNTINGIVS, (vulgo: *Muntinck*,) Medicus, & Philologus Academiae Groninganae, hoc anno bataue scripsit, *Ware Oeffening der Planten*, *Amstelaed.* 1672. 4. Eius quoque est *De vera antiquorum herba Britannica, & efficacia contra Stomacaccen seu Scelotyrben, Frisiis & Batauis, de Scheurbuyk, dissertatio Historico-Medica*, *Amstelaedami*, 1681. 4. edita, ad quam Cl. *Henricus Cannegieterus* Notas af-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*atque Obſervationes* ſcripſit, *Diſſertationi de Brittenburgo* inſertas, a p. 149.=179. Nat. 1626.=⊖. 1683. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1459. — *A. Haller Bibl. Botan.* L. VIII. p. 564. f. n. DCLXIV. — *Paqvot Mémoires*, Tom. V. p. 174.=179.
	1676.	*Iohannes* FASOLDVS, non FAZOLDVS, vt subinde Batauorum, S. & Z. miscentium, more scribitur, Baruthanus, Philologus, & Archaeologus Jenensis, hoc anno *Graecorum veterum Hierologiam*, *Jenae*, 12. in lucem emisit, labentibus annis *Gronoviani Thesauri Graeci*, Tomo VII. p. 521. insertam.
	1676.	*Ioachimus* FELLERVS, Cygnaeensis, Histo-

 ri-

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		ricus, & Philologus Academiae Lipsiensis, hoc anno *Orationem de Bibliotheca Academiae Lipsiensis Paulina* habuit, *Lipsiae*, 4. editam, tum *Georgii Hornii Orbem imperantem* typis repeti curavit, *Lipsiae*, 1677. 12. porro *Io. Laeti Compendium Historiae vniuersalis* persecutus est, *Lipsiae*, 1679. 8. *Flores Philosophicos ex Virgilio* decerpsit, *Lipsiae* 1681. 8. *Vindicias aduersus J. H. Eggelingium* instituit, *Lipsiae*, 1685. 4. nec non *Catalogum Codicum MSptorum Bibliothecae Paulinae Lipsiensis* confecit, *Lipsiae*, 1686. 12. (v. *Act. Erud.* 1686. p. 223.) & 1704. 12. Eius *de Fratribus Calendariis* disputationem post mortem prodire iussit *Chr. Fr. Paullinus*, *Francof.* 1692. 4. Nat. 1628.=☉. 1691. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofius* III. *Polyh. Liter.* c. X. § 43. p. 630. L VII. c. I. §. 14. p. 1016. 1017. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1238.
	1676.	*Iohannes Georgius* KVLPISIVS, ICtus, & Historicus mox Argentoratensis, mox duci Wurtenbergico a consiliis, hoc anno, disceptatore *Vlrico Obrechto*, *de vnitate rei publicae in S. R. imperio* disseruisse dicitur. Alia non minoris momenti sunt eius Scripta, veluti *Collegium Grotianum*, *Francof.* 1682. 4 (*Act. Erud.* 1683. p. 187.) & *Stutgardiae* 1697. 4. *in Severin. de Monzambano Commentationes Academicae*, *Stuttgardiae*. sine anno 8. *Aeneae Sylvii Historia Friderici III. Imperatoris cum adnotationibus Io. Henr. Boecleri*, Argentorati 1685. fol. *Iac. Lampadius de Re-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705		*Republica Romano-Germanica cum Supplementis I. G. Kulpisii*, *Argentorati* 1686. 8. *Dissertatio* sub nomine *Io. Georgii Sulpicii* edita *de Studio Iuris publlci recte instituendo*, & *de Scriptoribus eo pertinentibus*, *Argentorati* 1688. 8. Liber eius *De observantia Imperiali*, *vulgo: Reichs-Herkommen* post mortem demum prodiisse videtur, *Jenae*, 1707. 4. Nat. 1652.=⊖. 1698. vid. *Io. Fabricii Biblioth.* Part. IV. p. 143. — *Jo. Frid. Iuglers Beytraege zur Iuristischen Biographie*, Tom. I. Part. I. n. I. p. 1.=23.
	1676.	*Gregorius* MICHAëLIS, Rostochiensis, Theologus, & Historicus Oldenburgensis, hoc anno *Notas in Iacobi Gaffarelli Curiositates inauditas*, *Hamburgi*, 8. scripsit, ipsumque librum de Francico latinum fecit. Nat. 1625.=⊖. 1686. vid. *Morhofius* L. II. Part. II. *Polyh. Philosoph.* c. VIII. p. 309. Tom. II. — *Cat. Bibl. Bun.* T. I. Vol. II. p. 1442.
	1676.	*Iulius* REICHELT*us*, Argentoratensis, Mathematicus & Archaeologus, hoc anno *Exercitationem de Amuletis*, *aeneis*, vt ait, *figuris illustratam*, *Argentorati*. 4. dedit. Nat. 1637 =⊖. 1719. vid. *Morhofii Polyh. Phil.* L. II. P. II. c. VIII. p. 309. Tom. II.
	1676.	*Georgius* SCHVBARTVS, Heldburgensis Francus, ICtus, Rhetor, Historicus, & Philologus Jenensis, hoc anno *Dissertationem*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*nem de Gothorum ortu* elaborauit *Jenae* promulgatam. Deinceps rerum & literarum memoriae non vna Diatribe libroue consuluit, tamquam *Enarratione parergica Metamorphoseos Ovidianae de Diluvio Deucalionis*, *Ienae* sine anni nota 4. & in *Thesauri Gronoviani*, *Tomo* X. p. 701. typis recusa, *Phaëtonte*, *sub exemplo inauspicati regiminis descripto*, ibidem *Jenae*, sine anno. 4. *Epistola de Litteraturae apud Germanos primordiis & incrementis* 1679. in *Miscellaneis Lipsiensibus*, Tom. V. p. 41.=56. *Thomae Reinesii* disputatione *de Palatio Lateranensi eiusque Comitiua*, cui ipse addidit suam *de Comitibus Palatinis Caesareis*, *Jenae*, 1679. 4. tum *C. Iulio Caesare Dictatore perpetuo*, *Jenae*, 1681. 4. quam Diatriben typis repetendam curauit *B. G. Struvius* in *Bibliotheca Librorum rariorum Thec.* II. p. 153.=185. porro *Gabrielis Naudaei Bibliographia militari*, *Jenae* 1683. 12. typis renovata. *Dissertatione de Moribus gentium circa foedera*, *Ienae* 1689. 4. *Exercitationibus Academicis de Fatis Iurisprudentiae Romanae*, *Ienae*, 1696 8. item *Io. Andr. Bosii Diatribe de Prudentia & Eloquentia civili comparanda*, *Ienae*, 1699 4. *Epistolas* vero eius *& Praefationes cum Programmate funebri & Iusti Eulogii Epistola ad Schubartum* collegit post eius fata *I. H. Ackerus*, Ienae 1717. 8. & *De Ludis equestribus*, (vulgo: *Thurnier und Ritterspielen*) *Commentationem historicam cum* eius *additamentis*, & *Burc. Gotth Struvii*, vitaque *Schubarti* recensuit nescio quis D. E. D. *Halae Magdeburgicae* 1725. 4. Nat. 1650.=0. 1701.

vid.

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		vid. *Io. Fabricii Hist. Biblioth.* Part. VI. p. 30. 31. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1594. — *I. F. Iugleri Supplementa ad Biographiam Iuridicam*, Tom. II. Part. I. n. XV. p. 199.=210.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705	1676.	*Henricus Guntherus* THVLEMARIVS, (vulgo: *von Thulemeyer*,) Lippienſis, ſ. Lipſtadienſis Weſtphalus, ICtus, variis per Germaniam Principibus a conſiliis, & Hiſtoricus Academiae Heidelbergenſis hoc anno *Octoviratum*, *ſive de Romani imperii Electoribus, eorumdemque origine, titulis, officiis* &c. *Tractationem*, *Ienae*, 8. in lucem protulit, qvae poſtea auctior, *Heidelbergae*, 1684. 4. & Francofurti, 1688. 4. recuſa typis fuit. Sunt etiam alia eius ingenii monumenta, ſcitu digna, tanquam: *Notae* in *Marquardi Freheri Cecropiſtromachiam antiquam duelli gladiatorii ſculpturam in Sardonyche expoſitam*, *Heidelbergae*, 1681. 4. a *Jo. Georgio Graevio Antiquitatum Romanor. Theſauro*, Tomo IX. inſertae; item *Notae* in eiusdem *Freheri Sapphirum Conſtantii Imperatoris*, *Heidelbergae*, 1681. 4. *Fundamenta Hiſtorica*, *Heidelbergae* 1683. 12. *De Bulla aurea, argentea, plumbea & Cerea in genere, nec non in ſpecie de Aurea Bulla Caroli* IV. *Imperatoris* &c. *Tractatio*, *Francofurti* & *Spirae*, 1687. 4. *De Burggraviis Imperii*, Francofurti 1691. 4. & *De ordine Equitum S. Georgii & Periscelidis coeruleae in Anglia*, *Ienae*, 1705. 4. Nat. circiter 1642.=Θ. 1714.
		Icon ejus eſt ante *Auream Bullam Caroli* IV.
		vid. *Io. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. IV. p. 135.

Ioh.

AEC. SVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		— *Ioh. Frid. Iuglers Beytraege* &c. Tom. III. Part. I. n. XI. p. 125.=139.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.	1676.	*Christianus* WEISSIVS, *Eliae* Fil. Zittaviensis, Philologus, & ob argutiarum corruptelam interdum satis ieiunus Rhetor, primum Leucopetranae f. Weisenfelsensis, tum Zittaviensis Scholae, eo anno *Paedagogum* prudentiae praeceptis, (*Klugen Hofmeister*) erudire conatus est, *Weissenfelsae.* 12. Ad hunc modum plura alia id genus scripta reliquit, tamquam *Oratorem Politicum* (*Politischer Redner*) *Lipsiae* 1677. 8. *Doctrinam Logicam*, *Lipsiae* 1680. 8. Dissertationem *quid Ioh Barclaii Argenis communi eruditorum applausu recepta conducat legentibus*, *Zittaviae*, 1683. 4. aliquot *Orationes de Conscientia Praeceptorum*, de *Statista* (nescio cuius monstri homine) *Scholastico*, *Gymnasii Rectore*, *Zittaviae* 1684. 4. item Orationem *De ortu & progressu Scholarum per Lusatiam superiorem*, *Zittaviae* 1686. 4. *Institutiones Oratorias ad Praxin hodierni Saeculi accommodatas*, *Lipsiae*, 1687. 8. (*Act. Erud.* 1687. p. 78.) & 1695. 8. *De Poësi hodiernorum Politicorum sive de argutis Inscriptionibus Libros* II. *Ienae*, 1688. 8. *Curiosas Cogitationes de versibus theotiscis*, (*Curieuse Gedancken von Teutschen versen*,) *Leipzig*, 1691. 8 (*Act. Erud.* 1691. p. 563) similisque farinae libros, vnde levibus eum Saeculi studiis captum non fontes, & sanitatem literarum, sed qualescunque riuulos, vt plerumque solet ludimagistrorum vulgus, consectatum esse apparet.

Nat.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705		Nat. 1642.=Θ. 1708. vid. *Morbofius* VI. *Polyb. Literar.* c. III. §. 12. p. 983. Tom. I. — *Io. Matth. Gesnerus* ad *Isagogen* §. 275. p. 265. Tom. I. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1693.
	1676.	*Thomas* BARTHOLINVS, *Thomae*, (de quo supra P. IV. p. 469.=471.) Filius, *Gasparis* maioris, (Part. IV. 217.) Nepos, ICtus, & Historicus Hafniensis, hoc anno *Dissertationem historicam de Origine Equestris ordinis Danebrogici*, *Hafniae*, fol. in lucem exire iussit, mox *De Holgero*, *Dano*, *qui tempore Caroli M. floruit*, singulari rursus *Dissertatione* exposuit, *Hafniae* 1677. 8. nec non *Antiquitates Danicas* descripsit, *seu de caussis contemtae a Danis*, *adhuc gentilibus*, *mortis*, *Hafniae*, 1689. 4. egit. Nat. 1659.=Θ. 1690. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1063.
	1676.	*Robertus* BARCLAIVS, gente Scotus, Theologus primum Calvinianus, tum Qvackerorum, quos vocant, & Tremulantium, hoc anno *Theologiae vere Christianae Apologiam*, *Amstela.dami* in medium protulit, quae deinceps batave reddita est a *I. H. Glasemakero*, *Amstelaed.* 1683. 4. hoc sub indice: *Verantwoording van de ware Christelyke Godgeleertheit, gelyk dezelve door het Volk, spotsgewyse Qvakers genaamt, gepredikt word. Uit het Latyn vertaeld* &c. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibliothecae*, Part. III. p. 386. & Part. VI. p. 464. 465. — *Jac. Georg.*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionnaire*, Tom I. voc. (Robert) *Barclay*, fils du Colonel David Barclay.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.	1676.	*Stephanus* BLANCARDVS, *Nicolai* (de quo Part. IV. p 526.) Fil Medicus & Philologus Amftelaedamenfis, hoc anno *Tractatum novum de Circulatione fanguinis per fibras, nec non de valvulis in iis repertis, Amftelaedami* 12. edidit. Eiusdem quoque funt *Collectanea Medico Phyfica, Amftelaed.* 1680. 8. item Vfus & abufus caldae illius, quam Thee vulgo nuncupant, (*Gebruyk en Misbruyk van de Thee,*) *Hagae Comitum*, 1686. 8. vid. *A. Haller* in *Bibliotheca Botanica*, L. VIII. n 797. p. 636. T. I. vbi *magnus exfcriptor* dicitur. *Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. VI. n DLXVIII. p. 630 631. & *Bibliotheca Chirurgica*, Tom. I. L. VI. §. CCCLXI. p. 441.=443.
	1676.	*Iohannes* à MARCK, Sneca-Frifius, Theologus & Philologus, primum Academiae Franeqveranae, tum Leidenfis, hoc anno munus fuum aufpicatus eft *Oratione inaugurali, de augmento Scientiae Theologicae.* Satis notae funt eius *de Sibyllinis Carminibus Disputationes XII. Franeqverae* 1682. 8. Nat. 1655 =☉. 1731. vid Elogium in *Emon. Lucii Vriemoet Athenis Frifiacis.* n. LXXII. p. 544 = 556. — *Paqvot Mémoires*, Tom. II. p. 339.=350.
	1676.	*Thomas* MVNCKERVS, *Philippi* fratris filius, discipulus *Chrift. Schotani*, (arg. Adnotat.

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		tat. eius ad *Hygin* Fab. 189. p. 313. n. 10. ed. *Staver.*) Philologus Scholae Deipnensis, cathedra Academica dignissimus, hoc anno *Antonini Liberalis Metamorphoses* cum *versione Guil. Xylandri* recensuit, *Amstelaedami* 12. & *Mythographos Latinos*, *Amstelaedami* 1681. 8. duobus codicibus editos reliquit. ⊖. 1680. vndequadraginta annos natus. Icon eius ante *Mythographos* modo laudatos. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 270 - n. 590. — *Io. Alberti* V. C. in Praefatione ad *Hesychium* p. 28. — *P. Burmannus* minor, in Praefatione ad *Anthologi. Lat.* p. XLII.
	1677.	*Iohannes* CINELLVS, Foroliuiensis, Medicus Florentinus, & *Bibliothecae Volantis* ab hoc anno edi coeptae auctor. ⊖. 1707. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofius* I. *Polyh. Liter.* c. XVIII. §. 74. p. 213. 214. — *I. A. Fabricii Conspectus Thes. Liter. Ital.* p. 203.=206. — *David Clement Bibliotheqve Curieuse*, Tom. VII. p. 160.=164. (96.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1162.
	1677.	*Laurentius* LEGATVS, Cremonensis, Philologus Bononiensis, & *Musei Cospiani* hoc anno *Bononiae* fol. promulgati interpres. v. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. XCVII. p. 84. 85.
	1677.	*Franciscus.* MALACRVCIVS, (vulgo: *Maucroix*,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio*. 1658. — 1705.		*croix*,) Noviodunensis, Abbas Remensis, Philologus, & Poëta, nonnullorum *Ciceronis* Librorum, & Satirarum Horatii interpres gallo-francicus, cuius *Opera Postuma (Oeuvres posthumes,) Paris* 1710. 12. & *Nova Opera*, (*Nouvelles Oeuvres*) *Paris.* 1726. 8. prodierunt. Nat. 1619. ⊖=1708. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 459. n. 967. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1428.
	1677.	*Petrus* POIRET*us*, Metensis, Philosophus, & Theologaster mysticus, ne dicam, fanaticus, plurium locorum Germaniae, Bataviaeque, tandem Reinsburgensis prope Leidam, hoc anno scripsit *Cogitationes naturales de Deo*, *Anima*, *& malo*, *Amstelaedami* editas. 4. Nat. 1646 =⊖. 1719. vid. *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. V. p. 522. 523. — *Iac. Bruckeri Hist. Crit. Philos.* Tom. IV. Period. III. Part. I. L. III. c. III. §. XXXI. XXXII. p. 725.=735. & in *Appendice* f. Vol. VI. p. 789.=793. — *Mosbemii Instit. Hist. Eccl.* Saec. XVII. Sect. II. P. II. c. VII. §. IV. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1524. — *Paqvot Mémoires*, Tom. XIV. p. 291. =315.
	1677.	*Johannes Jacobus* HOFMANNVS, Basileensis, Theologus, Historicus, & Philologus, hoc anno *Lexicon vniuersale Historico-Geographico-Poëtico-Philosophico-Politico-Philologicum* duobus codicibus, *Basileae*, fol. edidit.

vid.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio.*		vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofius* in *Polyh. Practic.* L. IV. §. 2. p. 510. Tom. II. — *Crenii Animadv. Philol.* Part. III. p 48. 49. — *Io. Alb. Fabricii Centuria Plagiariorum*, n. LXXVIII. p. 84. f. — *Prosper Marchand Dictionaire Historiqve*, Tom. II. voc. Herm. *Torrentinus*, p. 288. 289.
1658. = 1705.	1677.	*Guntherus Christoph.* SCHELHAMMERVS, Conringii gener, Medicus, Anatomicus, & Philologus mox Helmstadiensis, mox Jenensis, mox Kiloniensis, hoc anno *de voce, eiusque effectibus Dissertationem Inauguralem*, *Jenae*. 4. edidit. Praeteriri vero a me silentio non debebat, propter doctorum hominum ad eum memorabiles Epistolas, quarum *Selectiores* recensuit, eius *Vitam & notas* addidit *Christian. Stephan. Scheffel*, *Wismariae* 1727. 8. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1586. — *A. Haller Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. VI. §. DLXXX. p. 646.=649.
	1677.	*Christianus* WAGNERVS, Lipsiensis, Theologus, & Philologus, vnus de precipuis Actorum Eruditorum auctoribus, hoc anno Dissertationem *De divisione Maiestatis in realem & personalem adversus Monarchomachos*, *Lipsiae*, 4. defendit. Nat. 1663.=⊖. 1693. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1687.
	1677.	*Edmundus* HALLEIVS, s. HALLEY, Londinensis Mathematicus, Astronomus, &

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.		Philologus, hoc inprimis anno inclaruit, argum. *Montuclae*, in *Histor. Mathefeos*, Tom. II. Part. IV. L. VIII. §. XI. p. 531. feq. Nat. 1656 = ⊖. 1742. Icon eius in numo Mufei *Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. 184. No. III. p. 340. f. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1297.
1658. = 1705.	1677.	*Humphredus* PRIDAVIVS, aliis PRIDEAVSIVS, (vulgo: Humphrey *Prideaux*,) Theologus, Hiftoricus, & Archaeologus, primum Oxonienfis, tum Nordvicenfis, hoc anno *Marmora ex Arundellianis, Seldenianis, aliisque conflata*, *Londini*, fol. erudite illuftrauit. Eius quoque eft *Harmonia Veteris & Novi Teftamenti*, (*The Old and New Teftament connected in the Hiftory of the Jews and neighbouring Nations*,) *Londini*, 1719. 8. duobus codicibus. Nat. 1648 = ⊖. 1724. vid. *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Humphrey) *Prideaux*, trofieme Fils d'Edmond Prideaux. — *Gesnerus* ad *Ifagogen*, §. 566. p. 455. 456. Tom. I.
	1677.	*Matthaeus* van BALEN, Hiftoricus Dordracenus, hoc anno *Defcriptionem Dordracenae vrbis*, (*Befchryvinge van Dordrecht, vervattende haar Begin, Opkomft, Toeneming en verdere ftand* &c.) in lucem emifit, *Dordraci* 4. Nat. 1611. = ⊖. vid. *Pars Index Bataviens*, p. 159. 160. — *I. F.*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*F. Foppens Bibliotheca Belgica*, Tom. II. p. 865.
Leopoldo, *Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.	1677.	*Petrus* FRANCIVS, (vulgo *Franſz.*) Amſtelaedamenſis, Rhetor, Philologus, & carminum Scriptor, cuius tamen verſus antiquam latinitatis elegantiam magis aſſecuti ſunt, quam Orationes, quod mirabile videri poſſit, & tamen ſaepius vſu venit hodie, vt, qui carmina ſatis feliciter pangant, in oratione ſoluta neſcio quo vernaculo ſapore cogitent, & ſcribant. Hoc anno primum carmine batauo memoriam ſummi Navarchi *Ruteri* celebrauit. *Lyk-gezang ter uytvaard van den groten Zee-Held M. A. de Ruyter*, *Amſteld.* 12. Tum poëticae & oratoriae facultatis laudem apud ſuae non modo, ſed etiam proximae aetatis homines tulit. Priorem ſine dubio omnibus approbauit, alteram *Perizonio* perſuadere non potuit. Vel ſic tamen & argumenta eius Orationum, & declamandi rationes veteris elegantiae ſpeciem diſciplinamque referunt. Inſpiciat quis ſaltem *Orationes* eius *in vnum collectas*, *Amſtelaed.* 1692. 8. (*Act. Erudit.* 1692. p. 345) *Iuſta Parentalia*, *qvae Magnae Britanniae Reginae Frider. Spanhemius*, *Io. Georg. Graevius*, *Iac. Perizonius*, *Petrus Francius orationibus ſolenniter perſolverunt*, Lipſiae 1695. 8. (v. *Act. Erud.* 1695 p 477.) praeterea duas eius *Orationes pro Eloquentia*, & *pro Poëtice* in eius *Poſthumis*, *Amſtelaedami* 1706. 8. editas, item *Eloquentiae exterioris Specimen primum* & *alterum*, *Amſtelaed.* 1699. 1700. 8. neque probabilis eum eloquentiae expertem fuiſſe dicet. Nat.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		Nat. 1645.=Θ. 1704. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. IV. des *Poëtes Modernes* p. 347. 348. n. 1535. — *Morhofii* VII. *Polyh. Literar.* c. III. §. 9. p 1066. Tom. I. *Pars Index Batavicus*, p. 359.=361. — *Elegia in obitu viri eloquentissimi & doctissimi Petri Francii*, in *Petri Burmanni Poëmatum*, L. III p. 185. =189. — *Iac. Philipp. D'Orvilius* vehementer eum laudat in *Oratione in C. Natalem Athenaei*, p. 36. 37. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1249. 1250. — *Paqvot Mémoires*, Tom. VI. p. 152. =158.
	1677.	*Melchior* LEYDEKKERVS, Medioburgo-Zeelandus, Theologus Academiae Traiectinae, & rerum Ebraicarum non inconsultus auctor, hoc anno *Facem veritatis* accendit, *sive Exercitationes ad nonnullas controversias, qvae hodie in Belgis potissimum multa ex parte Theologico-Philosophicae mouentur*, scripsit, *Leidae* 4. Optimus eius liber est *De Republica Hebraeorum*, *Amstel.* 1704. fol. & *de vario Reipublicae Hebraeorum Statu*, *Amstel.* 1710. fol. Nat. 1642=Θ. 1721. vid. *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. IV. p. 527. 528. — *Io. Franc. Buddeus* in *Prolegom.* ad *Histor. Eccles.* §. XVIII. p. 37. 38. — *Gasp. Burmanni Traiectum eruditum*, p. 175. =183. — *de la Rué Geletterd Zeeland*, p. 53.=57. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1391.
	1678.	*Comes Carolus Caesar* MALVASIA, ICtus, Pres-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.		Presbyter & Archaeologus Bononiensis, hoc anno *Vitas Pictorum Bononiensium* exposuit (*Felsina Pittrice, Vite di Pittori Bolognesi,*) *Bononiae* 4. duobus codicibus. Deinde illum tituli gryphum, *Aelia Laelia Crispis expositione*, vt ait, *legali* interpretari conatus est, *Bononiae*, 1683. 4. (Act. Erudit 1684. p. 263.) & quae longe maioris momenti sunt, *Marmora Felsinea innumeris non solum Inscriptionibus exteris hucusque ineditis, sed etiam quam plurimis doct. virorum expositionibus* corroborauit & *auxit*, *Bononiae Studiorum* 1690. 4. mai (v. *Act. Erud.* 1691. p. 1. seq.) vid *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Io. Guil. Bergerus* in *Memoria Schurtzfleischii*, p. 259. *Dissertat. Acad.* — *Herm. Vlricus van Lingen* in *Opusculus Theotiscis*, Tom. II. p. 22.
	1678.	*Georgius* de SEPIBVS, Sacerdos Iesuita & Archaeologus Romanus, hoc anno *Romani Collegii* S. J. *Museum*, *Amstelod.* fol. aperuit.
	1678.	*Nicolaus* TOPPIUS, Patricius Theatinus, ICtus, & Biographus Neapolitanus, hoc anno *Bibliothecam Neapolitanam* (*Biblioteca Napoletana e Apparato degli huomini illustri in Lettere di Napoli*) *Neapoli* fol. reclusit. vid. *Morhofius* IV. *Polyh. Lit.* c. IV. §. 17. p. 762. Tom. I.
	1678.	*Johannes Baptista* BOISOTVS, Vesontinus, Abbas & Archaeologus, quem ideo arbitror circa id tempus floruisse, quoniam *Sponius*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*nius* III. *Miscell.* n. XLIV. p. 92. ex eo veterem titulum repetiit, *Ex D. Boisot*, inquiens *Priori Vesontinensi.* Ab eo saltem scripta est Epistola ad *Scuderiam*, (*Extrait d'une lettre de Mr. l'Abbé Boisot à Mademoiselle de Scudery, à Besançon, du* 19. *Sept* 1694. *sur une Inscription d'un Tombeau antique trouvé à Saint Ferjeu près de Besançon le* 20. *d'Août* 1694. in *Journal des Sçavans* 1694. p. 758. quam Epigraphen *Muratorius* in *Novo Thesauro* suo praetermisit Eius autem Elogium extat in Epistola *Bosquillonii* ad eamdem *Scuderiam*, (*Lettre de Mr. Bosquillon à Mademoiselle de Scudery contenant l'Eloge de Msr. l'Abbé Boisot*) in iisdem Ephemeridibus Parisiensibus, A. 1695. p. 383. seq. vbi *Bosquillonius* sic scribit, p. 390. s. *La curiosité de Mr. l'Abbé Boisot ne se bornoit pas à ses Manuscrits & à ses Livres. Il s'étoit fait aussi un Cabinet rempli de Marbres & de Bronzes antiques, des Medailles de toutes especes, dont il avoit ramassé une suite fort complete, & qu'il déchifroit fort heureusement; d'Onyces & d'autres prierres gravées parfaitement belles.* &c. Nat. 1638.=Θ. 1694. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1096.
	1678.	*Spiritus* FLECHIERIVS, (vulgo: *Esprit Flechier*,) Avenionensis, Abbas S. Severini, Episcopus Nemausensis, Orator, & Historicus, hoc anno *Historiam Theodosii M.* (*Histoire de Theodose le Grand*) *Parisiis*, 4. & ex tertia editione ib. 1682. 8. narrauit. tum *Anton. Mariae Gratiani Theatrum historicum de virtutibus & vitiis illustrium virorum*

rum

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*rum & foeminarum eorumdemque casibus maximam partem funestis* aperuit, *Francof.* 1681. 8. porro *historiam Cardinalis Ximenesii* (*Histoire du Cardinal Ximenes*) duobus Tomis, *Amstelaedami* 1693. 8. commemorauit, & tandem *Panegyricos, aliasque Orationes sacras* in vnum digessit locum (*Panegyriqves, & autres Sermons par Esprit Flechier,*) *Paris* 1696. 4. & 1711. 8. Nat. 1632.=ʘ. 1710. Imago in numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. 152. No. IV. p. 213. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 464. n. 973. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1244. 1245
	1678.	*Philippus De La* HIRE, Mathematicus, Astronomus, & Physicus Parisiensis, hoc anno in Ephemeridibus Parisiensibus (*Journal des Savans*) n. 29. *tres oculos in capite muscae descripsit.* Nat. 1640.=ʘ. 1718. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1321. — *A. Haller Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. VI. n. DC. p. 662. 663.
	1678.	*Jacobus* RONDELVS, (vulgo: *Du Rondel,*) Philosophus, & Philologus primum Sedanensis Gallo-Francus, tum Mosa-Traiectinus, hoc anno *Musaei* carmen de *Amoribus Herus & Leandri* animadversionibus illustravit. 8. (v. *Fabric. Bibl. Gr.* L. I. c. XVI fin. Vol. I.) Eiusdem quoque est *Vie d'Epicure à la Haye* 1686. 12 qui etiam libellus *de Vita & Moribus Epicuri* latine redditus est *Amstelaed.* 1693. 12.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.		Θ. 1715.
	1678.	*Maria* SEVINIA, (vulgo: *Marie de Rabutin Chantal Marqvise de Sevigné*) Gallo-Francorum *Cornelia* mater, matrona Francici sermonis elegantiarum peritissima. Eius Epistolarum ad filiam scriptarum Sylloge (*Recueil des Lettres à Madame la Comtesse de Grignan sa fille*) sex Codicibus prodiit, Parisiis 1734.=1737. 12. Θ. 1696. Eius imago in numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CXLII. No. II. ad p. 168. f. vid. *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Marie de Rabutin Marqvise de) *Sevigné*, Dame de Chantal & de Bourbilly.
	1678.	*Petrus* TAISANDVS, Divionensis, Quaestor Burgundiae, ICtus, & Philologus, eo anno *Historiam Iuris Romani*, (*Histoire du Droit Romain*) scripsit, *Parisiis*, 12. Praeterea reliqvit cum *Vitas celeberrimorum ICtorum*, (*Vies des plus celebres Iurisconsultes de toutes les Nations, tant anciens, qve modernes, savoir Latins où Romains &c. . . . . . au nombre de près de cinq cens*,) à Paris, 1721. 4. & 1737. 4. tum versionem Francicam *Officiorum Ciceronis*, & Metaphrasin *Catulli* nondum editam (v. *Fabricii Bibl. Lat.* L. I. c. V. p. 73. Tom. II.) Nat. 1644.=Θ. 1715. vid. *Papillon Bibliotheque des Auteurs de Bourgogne*, Tom. II. p. 305.=308. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1637.

The-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705.	1678.	*Thomas de* PINEDO, Iudaeus Lusitanus, *Stephani Byzantini* hoc anno interpres, *Amstelodami* fol. de qua editione vid. iudicia virorum doctorum apud *Fabricium Bibl. Graec.* L. IV. c. II. p. 53. 54. Vol. III. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 254. n. 554.
	1678.	*Iohannes* COLVMBVS, Grammaticus, & Poëta Vpsaliensis, hoc anno incerti auctoris, (forte *Heracliti*,) *Allegorias Homericas*, *Aboae*, 8. in vulgus emisit. ϴ. 1683. A. aetatis XLIII. vid. *Burmannus* maior, ad *Syllog. Epistolarum*, Tom. V. p. 163.
	1678.	*Sebastianus* FAESCH*ius*, Basileensis, ICtus, Philologus, & Archaeologus, hoc anno *Orationem funebrem in obitum Jacobi Brandmulleri*, ICti, recitauit & edidit. Eius quoque est *Lettre sur une Medaille de Pylaemenes, Roi de Paphlagonie*, in *Sponii Quaestitis curiosis Antiqvités*, (*Recherches curieuses d'Antiqvité*, p. 307.=325. quae latine reddita *Basileae* 1680. 4. migrauit in *Gronovii Thesaurum Graecum*, Tom. IX. p. 1601. Nat. 1647.=ϴ. 1712. vid. *Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CIV. p. 89. — Auctor *Athenarum Rauricarum*, in *Professoribus Codicis*, n. XXI. p. 144.=146.
	1678.	*Johannes* FABRICIVS, Altorfensis, Theologus, Philologus, & Bibliographus, primum Altorfinae, tum Helmstadiensis Academiae, Regiae Luterae Abbas, hoc anno *Orationem* habuit *de vtilitate, quam Theologiae studio-*

Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.

diosus ex itinere capere potest Italico adiectis figuris, notis, & nonnullis Inscriptionibus Altdorfii 1678. 4. Eidem quoque debemus *Dissertationem* de *Altaribus*, *Helmstad.* 1698. 4. *Amoenitates Theologicas*, ibidem 1699. 4. *Octavii Ferrarii Prolusiones* ab eo collectas & *singulari studio emendatas*, *Wolfenbutt.* 1718. 8. & *Historiam Bibliothecae* eius *Wolfenbutteli*, 1717 = 1724. 4. sex codicibus.

Nat. 1644 = ϴ. 1729.

Eius imago in numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CXXIX. No. III. ad p. 129. f.

vid. *Moshemii Institut. Hist. Eccles.* Saec. XVIII. §. XX. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I Vol. II. p. 1234. — Icon & vita in *Ioh. Matthi Schrökh Abbildungen*, &c. Tom. II. Fasc. II. n. XXXVII. p. 211. = 224. — De fato singulari eius Bibliothecae per filium eius *Rudolph. Antonium Fabricium* insigniter locupletatae, sed post mortem ab eius heredibus imperitissime stultissimeque venditae prorsus singularia habent Auctores *Novae Bibliothecae Philologicae*, theotisce scriptae & *Lipsiae* editae, 1778. 8. Tom. IV. Part. I. n. 24. p. 169. 170.

1678. *Georgius Matthias* KOENIGIVS, Altorfensis, Biographus, & Philologus illius Academiae, hoc anno *Bibliothecam* suam *Veterem & Novam, a prima Mundi*, vt ait, *origine ad Annum vsque MDCLXXIIX. ordine Alphabetico* digessit, *Altdorfi*, fol. Eius *Notae in Iuvenci Historiam Euangelicam* occurrunt in editione *Erhardi Reuschii*, *Francofurti* 1710. 8.

Nat.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		Nat. 1616 = ⊗. 1699. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 14. n. 75. — *Bayle Dictionaire*, Tom. III. voc. (George Matthias) *Konig*, Professeur en Poësie. *Morhofius* l. *Polyb. Literar.* c. XVIII. §. 15. p. 200. L. IV. c. IX. §. 15. p. 825. L. VII. c. I. §. 19 p. 1021. vbi eius *Tyrocinii Poëtici Graeci*, *Norimbergae*, 1637. 8. meminit, vnde quidem longe citius eum inclaruisse putaveris, sed illa tamen praescripti anni nota. eius famae praecipua index esse debet. — *Io. Alb. Fabricius* in *Scriptorum recentiorum Decade*, Hamburgi, 1688. 4. Cf. eius *vita Reimariana*, p. 102. (9.) — *Io. Fabricii Histor. Bibliothecae*, Part. III. p. 108. = 138. & 501. 502 — *B. G. Struvii Histor. Literar.* c. I. p. 108. (i.) ed. Fischeri. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1367.
	1678.	*Radulphus* CVDWORTHus, Theologus, & Philosophus Academiae Cantabrigiensis, hoc anno in publicum emisit: *The true intellectual System of the vnivers - wherein all the Reason and Philosophy of Atheism is confuted, and its impossibility demonstrated, London.* fol. Eum vero librum latina ciuitate donauit, variisque Obseruationibus locupletauit accuratae & elegantis doctrinae Theologus, *Iohannes Laurentius Moshemius*, hoc sub titulo: *Systema Intellectuale huius vniuersi, siue de veris naturae Originibus Commentarii, quibus omnis Philosophia eorum, qui Deum negant, euertitur* &c. additis simul reliquis *Cudworthi* Opusculis, *Jenae* 1733. fol. iterumque auctius & emendatius ex

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		ex autographis *Mosbemii* schedis, *Lugduni Batauorum* 1773. 4. duobus codicibus. Nat. 1617.=☉. 1688. vid. *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philosoph.* Tom. IV. Period. III. Part. I. L. II. c. IV. §. XVII. p. 437. 438. & in *Appendice* f. Volum. VI. p. 757. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1186. — *Intellectuale* hoc *Systema* pro optimo Systemate Theologiae naturalis haberi debere censet *Io. Matthi. Gesnerus* ad *Isagogen*, §. 982. p. 286. Tom. II. — *Iohanni* vero *Augusto Ernestio* non valde placet in *Novissima Bibliotheca Theologica*, Tom. III. Part. V. p. 469.=472.
	1678.	*Adrianus* BEVERLANDVS, Medioburgo-Zeelandus, impius & impudicus divinae patefactionis censor, hoc anno falso sub nomine *Themidis Alumni* librum *De peccato originali*, *in horto Hesperidum typis Adami Evae terrae filii* 8. edidit, proximo anno, *Lugduni Batavorum*, 1679. repetitum. De quo libro *Io. Georg. Graevius* ad *Nic. Heinsium* sic optime scripsit in *Sylloge Epistolarum Burmaniana*, Tom. IV. p. 597. *Musteum de Adami lapsu libellum . . . . vidi, nec valde videre gestio. Videtur sensu communi carere, qui tam proterve sacros codices ludum iocumque facit.* — ib. 598. *libellum sacrum & detestabilem* vocat, doletque *tam foedos ac profanos libros in his terris publicari, & tolerari*, nec non refert, ibid. p. 623. *Beverlandium* a *Praetore Leidensi* iussu *Ordinum Hollandiae in vincula coniectum*, & p. 626. iudices eius decrevisse, *libros eius carnificis manu esse cremandos, ipsum ex Hollan-*

dia

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III Filio.* 1658. = 1705.		*dia & Selandia per omne vitae tempus proscribi* rel. — Ex eius *Otiis Oxonienſibus*, nondum editis *Excerpta* dedit *Ioh. Chriſt. Wolfius*, in *Curis Philologicis* ad 1. Cor. XI. 14. vid. *Petrus de la Rue Geletterd Zeeland*, p. 7. = 11. — *Frid. Gotth. Freytag. Analecta Litteraria*, p. 93. = 95. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. I. voc. (Adrien) *Beverlandt*. — *D. Clement Bibliotheque Curieuſe*, Tom. III. p. 270 = 280. (13.) = (20.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1085. — *I. B. L. Osmont Dictionaire Typographique*, Tom. I. p. 98.
	1678.	*Nicolaus* HARTSOEKER*us*, Gouda-Batauus, Mathematicus, & Phyſicus illuſtris, mox Pariſienſis, mox Palatinus, mox Rheno-Traiectinus, hoc anno *vermiculos ſeminales* in Gallo gallinaceo deſcripſiſſe dicitur in *Diario Eruditorum Pariſienſi* A. 1678. n. 30. Nat. 1656 = ⊖. 1725. vid. *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Nicolas) *Hartſoeker*, Philoſophe. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1301. 1302. — *A. Haller Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. VI. n. DCI. p. 663. 664. — *Levensbeſchryving van eenige Mannen en Vrouwe* &c. Part. II. p. 174. = 193.
	1678.	*Guilielmus* SALDENVS, ſ. *Seldenus*, Rheno-Traiectinus, Theologus, & Bibliographus, Haganus, hoc anno *Concionatorem Sacrum* informare conatus eſt, *Hagae*, 12. ⊖. 1694. vid. *Gaſp. Burmanni Traiectum eruditum*, p. 319. = 322.

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi-pibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	1679.	*Benedictus* BACCHINIus, Parmensis, Abbas Casinensis, Historicus, Philologus, & Archaeologus, hoc anno *Orationem Funebrem* in obitum Margarethae Mediceae, *Placentiae*, recitauit (*Orazione epicedica per Madama Serenissima Margherita Medici Farnese nel Solenne Funerale celebrato in S. Sisto di Biacenza*, in *Piacenza.*) Porro Diarium eruditorum hominum cum *Gaudentio Roberto*, (*Il Giornale de Letterati per tutto, l'Anno* 1686 = 1690. in *Parma* 4.) duobus codicibus, & Diarium eruditorum *Mutinae* editum, (*Giornale de Letterati in Modena* 1692 = 1697. 4.) scripsit. Ita *Actorum Helenae Lucretiae Cornarae Florilegium* ante eius *Opera*, *Parmae* 1688. 8. edita digessit, Mox *De Sistris eorumque figuris ac differentia*, *Bononiae* 1691. fol. min. disseruit, quem librum non modo *Iacob. Tollius*, adiecta *Dissertatione de Sistrorum varia figura & notulis*, *Trai. ad Rhen.* 1696. 4. sed etiam *Io. Georg. Graevius*, in *Thesauro Antiqv. Roman.* Tom. VI. p. 409. typis repetendum curauit. Tandem *Agnelli Librum Pontificalem dissertationibus & Appendice Monumentorum illustravit*, *Mutinae*. 1708. 4. Nat. 1651. = Θ. 1721. vid. *Io. Alb. Fabricii Conspectus Thesauri Literarii Italiae*, p. 5. 6. 20. 21. — *David Clement Bibliotheqve Curieuse*, T. II. p. 323. (3.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1055. — *Jo. Maria Mazzuchelli Gli Scrittori d'Italia*, Vol. II. Part. I. p. 6. = 11. voc. (Benedetto) *Bacchini.*
	1679.	*Philippus* BONANNIVS, (vulgo: *Buonanni,*)

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*ni*,) Romanus, Sacerdos Iesuita, Historicus, Physicus, Archaeologus, hoc anno *Catalogum Provinciarum Societatis Iesu, Domorum, Collegiorum, Residentiarum, Seminariorum, & Missionum, qvae in vnaqvaque Provincia numerantur, Romae*, 12. texuit. Mox *Lemmata Numismatum Romanorum Pontificum a Martino V. ad Innocentium XII. Romae* 1694. item *Numismata Summorum Pontificum templi Vaticani fabricam indicantia, Romae* 1696. 1700. & 1715. fol. v. Act. Erud. 1698. p. 204. nec non *Numismata Pontificum Romanorum a tempore Martini V. vsque ad A.* 1699. *Romae*, 1699. fol. duobus codicibus, in ordinem coëgit, & exposuit. Tandem etiam *Museum Kircherianum, sive Museum a P. Athanasio Kirchero Soc. Iesu iam pridem incoeptum, nuper restitutum, & auctum* descripsit, iconibusque illustrari iussit, *Romae*, 1709. fol. (*Giornale de Letterati*, Tom. VII. Art. 8. a p. 230.) qui liber, saltem in Batauis, haud frequenter occurrit.
		Nat. 1638 = ☉. 1725.
		vid. *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1098. — *Io. Maria Mazzuchelli Gli Scrittori d'Italia*, Vol. II. Part. IV. voc. (Filippo) *Buonanni.* p. 2329.=2333. *A. Haller Biblioth. Botanica*, L. VIII. c. 823. p. 648. 649. Tom. I. & *Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. VI. §. DCXVIII. p. 678.
	circa 1679.	*Alexander* MARCHETTI*us*, Medicus, Mathematicus, & Poëta Pisanus. Post eius mortem, cum versio metrica etrusca *Anacreontis*, *Venetiis* 1736. 4. tum interpretatio

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		etrusca *Lucretii*, *Londini* 1717. 8. mai prodiit. Nat. 1633.=Θ. 1714. v. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1421.
Leopoldo, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	1679.	*Iosephus* MONTERCHIVS, nescio quis, Auctor saltem a nonnullis, (qui aliis videtur *Io. Petr. Bellorius*, Cf. *Onom.* p. IV. p. 192.) esse perhibetur illius libri, hoc anno editi & inscripti: *Scelta de' Medaglioni più rari nella Bibliotheca dell' eminentissimo Signor Cardinale Gasparo Carpegna*, *in Roma*. 4. qui deinceps sub titulo: *Rariorum maximi moduli Numismatum Selectorum ex Bibliotheca Eminent Principis Gasp Carpegnae & doctissimis Iosephi Monterchii Commentariis* illustratorum, *Amstelaedami* 1685. 12. typis recusus est. v. *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CI p. 87 88. — *David. Clement Bibliotheqve curieuse*, Tom. VI. p. 302. 303. (75.)
	1679.	*Pompeius* SARNELLIVS, Poligniaco-Neapolitanus, Episcopus Bialianus, Historicus, & Archaeologus, hoc anno edidit *Elogi di Preti illustri per la bonta della vita*, *Napoli*, 4. Porro *Chronologiam Episcoporum & Archiepiscoporum Sipontinorum* architectatus est, (*Chronologia de' Vescovi e Arcivescovi Pontini*, *Manfredonia*, 1680 4. tum Basilicarum antiqvarum naturam & partes descripsit, *Antica Basilicografia*, Napoli 1686. 4. (v. *Act. Erud. Lips.* 1688 p. 168.) item *Lettere Ecclesiastiche*, *Napoli*. 1686. 4. (v. *Act. Erud. Lips.* 1687. p. 172.)

Sic

SAEC. XVII	AER. CHR	PARS QVINTA.
Principibus — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.		Sic etiam peregrinantibus comitem se & Mystagogum praebuit, cum scriberet: *Guida de' Forestieri per Napoli*, *Napoli*, 1685. 12. & *Guida de' Forestieri per Pozzuolo*, *Napoli*. 1697. 12. (*Mémoires de Trevoux. Mense Maio Art.* 56. p. 758.) Nat 1649 = ⊖ 1724. v. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1578.
	1679.	*Renatus* CHARTIERIVS, Vindocinensis, Praecipuus *Hippocratis* & *Galeni* interpres. Hoc enim anno graece & latine *Hippocratis* & *Galeni Opera* iunctim ad fidem codicum vetustorum recensuit, versionem emendauit, varias lectiones in singulis Tomis addidit, *Parisiis* fol. tredecim Codicibus. De qva editione v. *Fabricium Bibl. Graec.* L. II. c. XXIV. p. 811. Vol I. & L. IV. c. XVII. p. 525. 528. seq. & 559. Dissimulare tamen hoc loco non possum, ambiguum mihi videri illius editionis annum. *Königius* in *Bibliotheca Veteri & Nov.* voc. *Chartierium* iam claruisse ait A. 1639. Hippocratisque Opera Gr. & Latine Parisiis edi curasse fol. *Fabricius* l. l. minime sibi constat. Mox laudat A. 1679. mox A. 1639. Bibliothecae vrbis nostrae exemplum est Ann 1679 teste *Auctario Catalogi Bibliothecae Trajectino-Batavae* p. 7. vti etiam *Franequeranae*, (v. *Catal.* p. 149.) *Leidensis* vero Academiae Anni 1639. notam praefert (v. *Catal.* p. 136.) Suspicor hic latere prauam, totiesque hodie tritam libelliorum, nouos veteribus libris titulos affingendi,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		di, rationesque librarias turbandi, consuetudinem.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. — 1705	1679.	*Iohannes* GARETIVS, Sacerdos Benedictini Ordinis e congregatione S. Mauri, & Philologus Rotomagensis, hoc anno *Magni Aurelii Cassiodorii Opera omnia in duos Tomos distributa ad fidem MSS. Codd.* emendauit, auxit, *notis & Obseruationibus illustravit, cum Indicibus locupletissimis, quibus praemittitur* illius vita, *Rotomagi* fol. & *Venetiis* 1729. fol. ϴ. 1694. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 266. n. 578.
	1679.	*Ludouicus* MAIMBVRGIVS, Nanceio-Lotharingus, Sacerdos Iesuita, Historicus, & Anti-Pontificiorum cavillator Parisiensis, hoc anno scripsit: *Histoire de la decadence de l'Empire* à *Paris* 12. duobus codicibus, deinceps de variis rerum Christianarum argumentis, vtinam optima semper fide, egit, veluti *L'Histoire du Lutheranisme*, Paris 1681. 12. duobus Tomis, *Histoire du Calvinisme*, *Paris* 1682. 12. itidem duobus Tomis, (v. *Act. Erudit.* 1683. p 89) *Histoire du Schisme des Grecs*, *Paris*, 1682. 12. duobus Tomis. *Histoire de l'Arianisme avec l'origine & le progres de l'heresie des Sociniens*, *Paris*, 1682. 12. tribus Tomis. *Histoire des Croissades*, Paris 1682. 12. duobus Tomis *Histoire de l'heresie des Iconoclastes*, *Paris* 1683. 12. *Traité historique de l'établissement & des Prerogatives de l'Eglise de Rome & de ses Evêques*, *Paris* 1685. 12.

SAEC XVII. | AER. CHR. | PARS QVINTA.

Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.

12. (v. *Act. Erudit.* 1685. p. 216.) & tandem, *Histoire du Pontificat de Saint Leon le Grand*, *Paris* 1687. 12. duobus Tomis.
Nat. 1610.=0. 1686.
vid. *Bayle Dictionaire*, Tom. III. voc. (Louis) *Maimbourg*. — *Morbofii Polyb. Practic.* L. II. § 18. p. 502. L. IV. §. 14. p. 519, — *G. Krantzius* ad *Conringium*, l. l. Saec. XVII. c. V. p. 221. (52.) — *Jo. Alb. Fabricii Centuria Plagiariorum*, n. XCIII. p. 94.

1679. *Claudius* MOLINETVS, (vulgo: *Du Molinet*,) Cabillonensis Gallo-Francus, Sacerdos ordinis Augustiniani, Canonicus S. Genovefae, Historicus, & Archaeologus, hoc anno *Historiam Pontificum a Martino V. ad Innocentium XI. per Numismata* descripsit, *Lutetiae*, fol. tum *Stephani*, *Episcopi Tornacensis*, *Epistolas* in lucem protulit, *Lutetiae*, 1682. 8. Praeterea *Historiam de fatis literarum Romanarum* ex numis concinnavit, *Parisiis* 1684. (v. *Act. Erud. Lips.* 1684. p. 196.) Post eius vero obitum in vulgus exiit *Le Cabinet de la Bibliotheqve de Sainte Genevieve*, Paris, 1692. fol. duabus Partibus, tabulisque radio scriptis XLV. quem librum miror doctissimo *Jacobo Ionae Biörnstählio*, res quasdam illius Musei memorabiles, Part I. *Itiner.* Epist. V. p. 98.= 100. describenti incognitum fuisse videri. Si enim notus ipsi fuisset, haud dubie non scripsisset, praeter spem atque expectationem tesseras Αρχετύπας, quas vulgo *Matrices* vocant, duorum Patavinorum *Alexandri Bassiani*, & *Joannis Cauvini*, quibus vete-

rum

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		rum numorum simulacra effingebant, Parisiis sibi obvenisse. Horum enim memoria iam dudum literis ibi consignata est a p. 92.=118. Cuius quidem notitiae defectum nemo est, qui *Biörnståhlio* non lubenter condonet, illius vero Musei custodi & Mystagogo nullo modo, vtpote qvi etiam nesciebat lapidem Smyrnensem graece inscriptum ibi extare, quem eumdem esse suspicor, atque a *Montefalcone* iam in *Supplem. Antiqv. Explicat.* Tom V. L. I. c. VII. p. 20. 21. indicatum, & a *Muratorio* bis repetitum DCLXVIII. 1. & MLXXXI. 4. Nat. 1620.=⊖. 1687. Imago eius cernitur in limine illius Musei S. Genofevae. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 264. n. 576.— *Morhofius* IV. *Polyb. Liter.* c. I. §. 9. p. 721. Tom. I. — *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CXXV p. 107. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1448.
	1679.	*Nicolaus* NVRRIVS (vulgo: *de Nourry*,) Deppensis Normandus Franciae, Sacerdos Benedictinus S. Mauri, & Philologus, hoc iam anno clarus fuisse videtur, quoniam *Jo. Garetius*, *Cassiodorii* Operum editor, sic de eo in fine Praefationis scribit: *quibus* (operibus) *Senatoris nostri, viri certe praestantissimi, necdum tamen satis cogniti, vitam cum dissertatione de eius vita Monastica praemisi, adiutus opera nostri Nicolai Nourriti, qui in iis concinnandis studiorum meorum socius fuit, & laboris particeps.* Labentibus annis longe maiorem sibi eruditionis laudem peperit *Apparatu ad Bibliothecam maximam Ve-*

SAEC. XVII. | AER. CHR. | PARS QVINTA.

Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.

Veterum Patrum Lugduni editam, in quo quicquid ad eorum scripta & doctrinam, variosque scribendi & docendi modos pertinet, Dissertationibus criticis examinatur, & illustratur, cuius *Tomus* I. agit *de Scriptoribus primi & secundi Ecclesiae Saeculi, ac de omnibus Clementis Alexandrini Operibus, Parisiis* 1703. fol. *Tomus* vero *secundus* de *Scriptoribus Latinis tertii & quarti Ecclesiae saeculi, qui Christianae religionis veritatem adversus Ethnicos vindicaverunt, Parisiis*, 1715. fol. Praeterea librum illum praestantissimum *de Mortibus Persecutorum* sigillatim edidit, & illustrauit, eumque non tam *L. Caecilio Firmiano Lactantio*, vt par erat, sed *L. Cecilio* adsignauit, *Parisiis* 1718. 8.

Nat. 1647.=Θ. 1724.

vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1473.

1679. *Philibertus Bernardus Morellus* MAVTVRVS, (vulgo: *Philibert Bernard Moreau de Mautour*,) ortu Burgundus, Regiorum computorum in curia Parisiensi Auditor, (*Conseiller du Roi Auditeur de la Chambre des Comptes*) Poëta, Historicus, & Archaeologus Parisiensis, hoc anno quaedam Carmina edidisse dicitur, teste *Papillonio*, loco mox laudando. Tot autem disputationibus egregiis omni monumentorum veterum generi profuit, vt operae pretium me facturum esse sperem, si omnes, quotquot mihi ex *Commentariis* bonarum artium Parisiensibus, vel *Memoriis Treuoltinis*, aliisque Ephemeridibus notae sunt, hoc loco recensuero. **Sunt autem hae:**

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		(1.) *Dissertation sur le Mot Sportula*, in Histor. Acad. Inscr. Paris. Tom. I. p. 146. ed. Amstel. (2.) ———— *sur une Cornaline du Cabinet du Roi, qv'on appelle Le Cachet de Michel-Ange*, (*Histor. Ac. Inscr. Paris.* Tom. I. p. 270. ed. Paris. (3.) *Dissertation sur le Dieu Bonus Eventus*, & *sur les Medailles, qui concernent son culte.* (*Histor. Ac. Inscr.* Tom. II. p. 448.) (4.) *Remarqves sur qvelqves Monumens antiqves trouvez dans les Murs de l'Eglise Cathedrale de Paris.* (*Histor. Acad. Inscr.* Tom. III. p. 242. ed. Paris.) editae quoque sigillatim sunt hae Obseruationes, *Parisiis* 1711. 4. in quibus a *Baudelotio de Dairval*, qui idem hoc monumentum illustrauerat, dissentit. v. *Journal des Savans* 1711. *Mens. octobr.* p. 359. (5.) *Explication d'un Monument antiqve découvert à Lyon* (*Histor. Ac. Inscr.* T. III. p. 247.) (6.) *Explication d'une Colonne milliaire trouvée près de Soissons.* (*Hist. Ac. Inscr.* T. III. p. 250.) (7.) *Sur une Colonne Milliaire trouvée a Vic-sur-Aisne dans le Soissonnois.* (ibid. p. 253. (8.) *Remarqves sur une Inscription de Tetricus le Fils.* (ibidem p. 255.) (9.) *Coniectures sur un grand nombre de tombeaux, qvi se trouvent dans un lieu particulier de l'Auxois en Bourgogne.* (ibid. p. 273.) (10.) *Remarqves sur qvelqves singularités de la ville de Paris*, (ibid. Tom. III. p. 296.) quod Supplementum est Animaduersionum, quas numero 4. posui.

(11.)

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		(11.) *Observation sur une Inscription antique gravée sur Bronze concernant la ville de Bibracte* (*Mémoires de Litterature continués par Mſr. de Salengre* Tom. IV. Part. II. p. 296.=319.) cuius etiam meminit *Bernard. Montefalco* in *Antiqvit. Explic.* Tom. II. Part. II. Tab. 193 ad p. 433. (12.) *Discours Preliminaire sur sa Dissertation historiqve des Amazones.* (*Mémoires de Trevoux* 1703. Septembr. p. 225=232. (13.) *Dissertation sur la Peur & la Palleur, Divinitez representées sur les Médailles Romaines.* (*Hist. Acad. Inscript. Parif.* Tom. V. p. 11. ed. Amſtel. (14) *Colonne Milliaire, avec une Inscription decouverte au mois de Janvier* 1703. *à un qvart de lieu du village de Sacqveney aux environs de l'Abbaye de Beze, en Bourgogne, expliqvée historiquement par Mr. Moreau de Mautour.* (*Mémoires de Trevoux* 1703. Menſ Sept. Art. 158. p. 1647.) cuius columnae titulus a *Muratorio* CDXLIV. 6. eſt repetitus. (15.) *Deux Dissertations sur la ville nommée anciennement Aventicum,* à Paris 1706. 12. quae duae diſſertationes etiam inſertae ſunt libro, cui titulus: *Dissertations historiqves sur divers suiets de l'antiqvité, à Paris,* 1706. 12. earum vero auctorem eſſe hunc ipſum *Mauturium* teſtatur *Fresnaeus* in *Catalogo Scriptorum*, Tom. IV. *Methodi Histor.* p. m. 177. quae disputatio de Aventico laudatur a *Ludovico Bochato* in *Mémoires sur l'histoire ancienne de la Suisse*, Tom. I. p. 457. (16.) *Explication historiqve d'une Inscription antiqve conservée dans la Ville de Nantes*

 (Mé-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		(*Mémoires de Trevoux*, 1707. *Januar.* Art. 13. p. 132.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.		(17.) *Reflexions sur une Estampe, qvi represente une partie de l'Apotheose d'Homere, & qvi est gravée & raporté dans la Vie de ce Poëte au Commencement de la nouvelle Traduction de l'Iliade par Mad Dacier.* (*Continuation de Mémoires de Literature de Mfr. Salengre*, Tom. VII. Part. II. p. 429.)
		(18.) *Remarqves de Mademoiselle le Hay sur la nouvelle Estampe de la Cornaline du Cabinet de Michel Ange & l'Explication qve M. d. M.* (Mr. de Mautour) *y a jointe.* (*Mémoires de Trevoux*, 1711. Jan. Art. VII. p. 92.)
		(19.) *Sur une Inscription de Tain en Dauphiné.* (*Hist. Ac. Reg. Inscr. Paris.* Tom. V. p. 294. ed. Paris.)
		(20.) *Sur un Morceau de Peinture à Fresqve apporté de Rome.* (ibidem p. 279.)
		(21.) *Explication d'un Diptyqve d'yvoir trouvé à Dijon.* (ibidem p. 300.)
		(22.) *Nouvelle Description d'un ancien Monument de Provence.* (ibidem Tom. VII. p. 261.)
		(23.) *Sur une Inscription decouverte en Champagne.* (ibidem Tom. IX. p. 171.)
		(24.) *Remarqves historiques sur une Médaille d'or du Cabinet de Madame, par Moreau de Mautour.* (*Mémoires de Trevoux* 1721. Decembr, p. 2330. & *Journal des Savans* 1722. *Novemb* p. 575. ed. Amstel.)
		(25.) *Observations sur la Colonne antiqve de Cussy en Bourgogne* (*Mercure de France*, 1726. Juin. p. 1374=1385.) quas obserya-

SAEC XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705.		vationes in hanc Columnam *Cussiacensem* repetiit *Bern. Montefalço* in *Supplementis Antiqv. explic.* Tom. II. L. VIII. c. 4. §. 1. f. ad. Tab. LVIII. p. 224. vbi: *vt in orbis*, inquit, *eruditi notitiam hoc*, *de quo agimus*, *veniret*, *illud certe V. C. Moreau de Mautour antiqvariae rei peritissimo reservabatur*, *qui rem publicam literariam multis editis monumentis ditauit.* (26.) *Observation sur l'Autel trouvé à Horbourg*, *proche de Colmar.* (*La Clef du Cabinet des Princes* 1727. *Janvier.* p. 3=8.) & ex ea *Clave* latine reddita est sub titulo: *Observatio de Ara Apollinis Colmariae in Alsatia nuper reperta*, in *Supplementis Actor. Eruditor.* Tom. IX. Sect. VII. p. 325. (27.) *Correction de deux passages de Dion*, *& d'un passage de Suetone à l'occasion d'une Medaille de Caligule.* (*Mémoires de Trevoux* 1728. Novembr. Art. 117. p. 2121) (28.) *Reponse à qvelqves Remarqves Critiqves Anecdotes*, *qvi ont été faites au sujet de la Correction des deux passages de Dion*, *& de Svetone*, *qv'il a donnée dans les Mémoires.* (*Mémoires de Trevoux* 1729. *Mart.* p. 557. seq. Nat. 1654 =⊖ 1737. vid. *Banduri Bibliotheca Nummaria*, n. CLXXII. p. 185. — *Papillon Bibliothèqve des Auteurs de Bourgogne*, Tom. II. p. 86.=91.
	1679.	*Johannes* EISENHART*us*, ICtus & Historicus Academiae Helmstadiensis, hoc anno *De fide historica Commentarium* scripsit *Helmstadii*, 8. postea ibidem, 1702. 8. typis repetitum. Tum *Brevem Historiam morum doctri-*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III, *Filio.* 1658. = 1705.		*trinae corruptae & restitutae*, in *Programmate* ostendit *Helmstadii* 1682. 4. nec non *Institutiones Iuris Naturalis*, ibidem 1684. 12. emisit. Nat. 1643.=Θ. 1707. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1216.
	circa. 1679.	*Maria Sibylla* MERIANA Moeno-Francofurtana, *Matthaei Meriani*, tabularum radio scribandarum artificis, filia, ipsa insectorum, florum, & plantarum pingendarum aemula. Nat. 1647.=Θ. 1717. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1723. — *Levensbeschryving van voorname Mannen en Vrouwen*, Part. II. p. 242.=245.
	1679.	*Johannes* NICOLAI, Ilmensis e Comitatu Schwartzenburgico, Philologus Tubingensis, & quorumcunque antiquitatis Ebraicae, Graecae, & Romanae argumentorum consarcinator πολύγραφος, hoc anno *Commentationem de ritu antiquo, & hodierno Bacchanaliorum*, *Helmstadii* 4. emisit, dignam *Iacobo Gronovio* visam, qvae eius *Thesauri Graeci*, Tomo VII. p. 172. insereretur. Tum multos alios id genus libros & libellos elaborauit, tamquam *Demonstrationem, qua probatur Gentilium Theologiam, Deos, Sacrificia ex fonte Scripturae originem traxisse*, *Helmstadii* 1681. 8. — *Tractationem de Mercurio & Hermis, seu statuis Mercurialibus*, *Francof.* & *Lipsiae* 1687. 12. — *Tractatum de Graecorum luctu, lugentiumque ritibus variis*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*riis*, *Marburgi Cattorum*, 1696. 12. — *Romanorum Triumphum solennissimum*, *quo caerimoniae*, *vestitus*, *currus*, *aliaque*, *quae ad hunc pertinebant*, *illustrantur*, *Francof. ad Moenum*, 1696. 12. — *Tractatum de Phyllobolia*, *seu Florum & ramorum sparsione in sacris & civilibus rebus usitatissima*, *Francof.* 1698. 12. — *Disquisitionem de Nimbis antiquorum*, *imaginibus Deorum*, *Imperatorum olim*, *& nunc Christi*, *Apostolorum*, *& Mariae capitibus adpictis*, *Jenae*, 1699. 12. *Diatriben de Iuramentis Hebraeorum*, *Graecorum*, *Romanorum*, *aliorum Populorum*, *Francof.* 1700. 12. — *Disquisitionem de substratione & pignoratione vestium*, Giessae, 1701. 12. — *Disquisitionem de Chirothecarum usu & abusu*, *Giessae* 1701. 12. — *Caroli Sigonii de republica Hebraeorum Libros* VII. *variis adnotationibus illustratos*, Lugd. Bat. 1701. 4. — *Tractatum de Calcarium usu & abusu*, *nec non iuribus illorum*, *Francof.* 1702. 12. — *Tractatum de Siglis veterum*, *Lugd. Batav.* 1703. 4. *De Sepulcris Hebraeorum* Libros IV. *Lugd. Bat.* 1706. — *Io. Schefferi de antiquorum torquibus Syntagma* cum eius *Notis*, *Hamburgi*, 1707. 8. — *Tractatum de Synedrio Aegyptiorum*, *illorumque legibus insignioribus*, *Lugduni Batav.* 1706. & 1711. 8. — Post eius vero mortem *ex Bibliotheca Sigeberti Hauerkampii* prodierunt eiusdem *De luctu Christianorum*, *s. de Ritibus ad sepulturam pertinentibus* liber, *Lugd. Bat.* 1789. 8. — *Adnotationes ad Libellum Dom. de Fleury de moribus Patriarcharum*, nec non *Adnotationes uberiores ad Bonaventuram Cornel.*
Leopoldo, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*nel. Bertramum de Republica Hebraeorum*; *Lugd. Batav.* 1740. 8. Nat. 1665.=☉. 1708. vid. *Io. Molleri Homonymoscopia*; Sect. II. c. VI. §. 90. p. 706. — *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CLXXIII. p. 186. — *Io. Fabricii Histor. Bibl* Part V. p. 359. 360. — *Catal Bibl. Bunav.* Tom. I Vol. II. p. 1469. — *Jo. Iac. Mosers Erlaüterter Würtenberg*, Part. I. n. XIX. p. 284. =287. — *Aug. Frid. Bök Historia Academiae Tubingensis*, §. 78. p. 177. 178.
	circa 1679.	*Iohannes Vitus* PERGERVS, Ilmenaviensis Thuringus, & Philologus, circa hunc annum clarus, argumento literarum *Christoph. Arnoldi* ad *Nic. Heinsium* in *Sylloge Burmanniana*, Tom. V. p. 346. De eo videatur *Johannis Alberti* Praefatio ad *Hesychium*, p. XXXI. XXXII. Clariss. vero *Ruhnkenio* in *Praefatione* ad *Hesychii* Tomum II. p. 11. dicitur *homo supra quam credi potest ineptus.*
	1679.	*Immanuel* WEBERVS, (*Textorem* appellareris) Hohenheida-Lipsiensis, ICtus, Philologus, & Historicus Academiae Lipsiensis, et Giesensis, hoc anno iam *Dissertationem historicam de Nigello Wirekero*, disceptatore *Iacobo Thomasio*, defendit *Lipsiae*, 4 tum alia non inutilis argumenti, nec inculti iudicii Scripta edidit, veluti, vt de multis pauca commemorem, *Summa quatuor imperia Biblica*, *Giessae*, 1699 4. *Syllogen rerum tempore Matthiae Imperatoris in Europa gestarum*, *Gies-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705		*Gieſſae*, 1701. 4. *Decades tres Epiſtolarum Langueti, Camerarii, Cratonis, & Peuceri*, *Francof. ad Moen.* 1703. 4. *De Eruditis Haſſiae Principibus Schediasma Hiſtoricum*, *Gieſſae* 1707. 4. item *Antiquitates Antinoi* ex editione fecunda, *Gieſſae*, 1707. 4. *Syllogen rerum tempore Ferdinandi II. in Europa geſtarum*, ibid. 1713. 4. *Societatem Leonum*, *qvae circa finem Saeculi XV. in Bavaria innotuit*, Gieſſae, 1713. 4. *Puſterum*, *vetus Germanorum Idolum*, ibid. 1717. 4. *Orationem de veritate ſomnii Friderici Saxoniae Septemviri*, *cognomine Sapientis*, *Witebergae*, 1717. 4. alia id genus. Nat. 1659. = ϴ. 1726. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1691. — *Joh. Frid. Iugleri Supplementa Biographiae Iuridicae*, Tom. III. Part. I. n. XII. p. 140. = 178.
	1679.	*Arnoldus* RHVMANNVS, Hafnienſis, Philologus Koëfhildanus, eo anno ſcripſit *Romam Atticam*, *ſeu Tractatum*, *quo probatur Aſſertio Prisciani*, *Romanos Graecis omni doctrina Auctoribus fuiſſe addictos*, *Hafniae*, 4. ϴ. 1682.
	1679.	*Georgius* WHELER*us*, nobilis Anglo-Britannus, Hodoeporicus Scriptor, cuius Iter Italicum, Dalmaticum, Graecum iunctim hoc anno cum *Sponiano* lucem vidit, vt ſupra ad *Sponium*, p. 207. indicatum eſt. Poſtea vero ſuum ipſe Anglo-Saxonica dialecto deſcripſit, idque diuerſum a *Sponiano* ſigillatim ciuitate Francica donatum eſt, hoc ſub titulo: *Voyage de Dalmatie*, *de Grece*,

 &

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*&* *du Levant par Mr. George Wheler, Paris,* & *Amsterdam*, 1689. 12. duobus Tomis. (*Journal des Savans* 1690. p. 110.) Cf. *Alb. Haller Biblioth. Botanic.* L. VIII. n. 731. p. 604. 605. Tom. I.
	1679.	*Johannes* CLERICVS, (vulgo: *Jean le Clerc*,) Geueuensis, Theologus Arminianus, Philologus, Historicus, & Philosophus Amstelaedamensis, hoc ipso anno sub nomine *Liberii de S. Amore* edidit *Epistolas Theologicas, in quibus varii Scholasticorum errores castigantur, Grenopoli*, 12. Postea negari non potest, eum de Theologia, & literis communibus bene meruisse, etsi Graecorum Latinorumque librorum non optimus, nec subtilis interpres esset. Vnde reprehendendi & exagitandi eum nullus apud *Burmannos* aut finis aut modus fuit: quasi nulla alia merita habuerit. Quot eum ignominiae notis compunxerit *Petrus* maior *Burmannus*, e Praefationibus eius ad varios Scriptores & Poëtas latinos, Carminibus. Satirisque notum est neque mortuum quiescere passus est *Petrus* minor Burmannus, in *Anti Klotzio*, p. 18 = 20. & passim alicubi. Scripta eius hoc loco recensere post indicem ab ipso *Clerico*, & aliis, factum putidae foret diligentiae. Nat. 1657. = ☉. 1736. Imago eius cernitur in numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CXII. no. III. ad p. 55. ante *Artem Criticam*, & ante *Vitam* eius, & *Opera*, *Amstelaed.* 1711. 8. vid. *Morhofius* I. *Polyb. Liter.* c. XVI. §. 48. p. 179. 180. L. IV. c. I. §. 4. p. 718. & c. XII. §. 14. p. 888. 889. Tom. I.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		I. — *Io. Fabricii Historia Bibliothecae*, Part. I. p. 56. p. 356.=359. Part. III. p. 435. Part. IV. p. 101. f. & Part. VI. p. 279. f. — *Heumanni Via ad Hist. Lit.* c. IV. §. XIX. p. 93. c. V. §. X. XI. p. 255. 256. c. VII. §. XXVII. p. 463. (p.) & §. XLIV. p. 493. (f) (a.) — *Jo. Matthi. Gesnerus* aliquo eum modo defendit ad *Isagoges* §. 135. p. 146. Tom. I. eius Artem Criticam, *librum quantivis pretii* appellans, alia tamen in caussa paululum se reuocare videtur ad §. 1139. p. 411. 412. Tom. II. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jean le) *Clerc.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1165. 1166. — *Paqvot Mémoires*, Tom. XVII. p. 1.= 133. — *Levensbeschryvinge van eenige voornaame Mannen*, &c. Part. IV. p. 137.= 161. — Cl. *Meinard. Tydemanus* ad J. J. *Biörnståhlii Iter*, Part. V. p. 124. f. (n.)
	1679.	*Jacobus* PERIZONIVS, (proprio nomine *Voorbroek*) Antonii filius, Damona-Groninganus, Rhetor, Criticus, & Historicus primum Delphensis, tum Franequeranae, & tandem Lugduno-Batavae Academiae, hoc anno *Dissertationum Triadem de Constitutione divina Deut. XXV. 5. de Lege Voconia & de variis antiquorum Numis* euulgauit, *Daventriae*, 8. Quot & cuiusmodi scriptis deinceps nominis eius fama surrexerit, vt exponam, nemo a me desiderabit, nisi qui ab aliis iam narrata inutiliter repetenda velit. Controversias, quae ipsi cum *Hubero*, *Jac. Gronovio*, & *Petro Francio* intercesserunt, sub istis iam nominibus tetigi, p.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.

Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.

95. 97. 182. & 247. Equidem non vereor dicere, eum historiae perueteris sagacissimum fuisse instauratorem.

Nat. 1651.=⊖. 1715.

vid. *Banduri Bibliotheca Nummaria*, n. CII. p. 88. 89 & n. CC. p. 224. — *I. G. Graevius* ad *Cicer.* III. *offic.* 16. *Iacob. Perizonium, virum summo ingenio & doctrina* vocat. — *Brouckhusius* ad *Propertium* IV. XI. 1. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. VI. p. 287. 288. — *C. A. Dukerus* in *Praefatione* ad *Perizonii Origines Babylonicas & Aegypticas* eum contra I. B. *Menckenium*, auctorem *Historiae Criticae Reipublicae Literariae*, & *Niceronum* recte & opportune defendit *** = fin. — Elogium eius in *Emon. Lucii Vriemoet Athenis Frisiacis*, n. LXXX. p. 625 = 640. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Jaqves) *Perizonius*, Ecrivain du XVIII. Siecle. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1489. & Vol. III. p. 2161.

1679. *Jacobus* RHENFERDVS, Mulhemio-Bergensis, adeoque ortu Germanus, Philologus literarum Orientalium Franequeranus, hoc anno *De stylo Apocalypseos Cabbalistico*, *Franequerae* 4. disputauit.

Nat. 1654 = ⊖. 1712.

vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. V. p. 361. 362. — *Io. Alb. Fabricius* ad *Bandurii Bibl. Nummar.* p 59. (k.) — *Elogium Iac. Rhenferdi* in *Emon. Lucii Vriemoet Athenis Frisiacis*, n. LXXXI. p. 641.=649 — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Jaqves) *Rhenferd*, — *Catal. Bibl. Bunav.*

Tom.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		Tom. I. Vol. II. p. 1556. & Vol. III. p. 2162. — *Joseph. Hartzheim* in Supplemento *Biblioth. Coloniensis*, p. 341.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1680.	*Petrus Sanctius* BARTOLVS, (*Pietro Santo Bartoli*,) Romanus, Tabularum radio scribendarum artifex, & Archaeologus, quem *Bern. Montefalco* in *Ant. Explic.* Tom. V. Tab. XCI. p. 100. *inter Scalptores Romanos sui aeui nobilissimum* appellat. Eius certe scita manus in eiusmodi monumentorum, qvae *Io. Petr. Bellorius* (v. supra p. 192. 193.) illustrauit, picturis eminuit, veluti in *Picturis antiquis Sepulcri Nasoniani*, *Romae* 1680. fol. in *Columna Traianea*, fol. oblongo, sine anno. in *Lucernis veterum sepulcralibus*, *Romae* 1691. fol. in *Admirandis Antiquitatum Romanarum*, *Romae*, fol. oblongo, sine anno, in *Sepulcris antiqvis*, (*Gli antichi Sepulcri overo Mausolei Romani*,) *Roma*, 1699. fol. in *Numophylacio Reginae Christinae*, Hagae Comit. 1742. fol. in *Museo Odeschalco*, Romae 1750. fol. & in aliis eius generis libris.
	1680.	*Antonius* BVLIFONVS, ortu Gallo Francus, habitatione Neapolitanus, Libellio doctus, Historicus, & Archaeologus, Sic auctoribus *Actorum Eruditorum*, *Lipsiensium* A. 1695. p. 48. dicitur *Bibliopola Neapolitanus*, & *Montefalconi* in *Antiqv. Explic.* Tom. III. L. V. c. 10. p. 192. *Bibliopola Neapolitanus*, *genere Gallus.* Scripsit autem primum Epistolas, *Lettere di Antonio Bulifon.* Parti IV. *Pozzuoli* 1685. (v. *Act. Erudit.* p. 1686. p. 610.) & 1693. 12. tum *Compen-*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*dio delle vite de i Rè di Napoli, Napoli*, 1688. 12. item *Cronicamerone overo Annali Historici della Città e Regno di Napoli, Napoli*, 1690. 12. inprimis *Ragionamento, intorno ad un antico Marmo discoverto nella città di Pozzuoli, Napoli*, 1694 &1698. 12. (v. Act. Erud. 1694. p. 173.) tandem *Compendio Istorico del monte Vesuvio e di tutti gl' incendi, Napoli*, 1698. 12. vid. *Misson voyage d'Italie*, Tom. III. p. m. 469. ed. Traiect. — *Raphaël Fabrettus* in *Inscript. domesticis*, ad X. 447. p. 729. *eruditum quidem virum* appellat, *sed in hac Inscriptionum palaestra minime exercitatum* — *Bernard. Montefalco* refert *Bulifonium* primum laminam quandam Aegyptiacam ex Museo Cardinalis *Candelmii* Archiepiscopi *Neapolitani* protulisse, quam laminam ait *duabus fasciis praelongis multa numina Aegyptiaca* continere, *quorum pleraque caput* habeant *animalis cuiusdam quadrupedis aut auis.*
	1680.	*Raphaël* FABRETTVS, Vrbinas, Philologus, & Archaeologus perquam eruditus, hoc anno *de Aquaeductibus vrbis Romae* singulari libro, *Romae* 4. edito, differuit, (v. *Transact. Angl. Vol.* XIV. N. 155. p. 466.) labentibus annis *I. G. Graevii Thesauri Romani*, Tomo IV. inserto, tum praeclarum *Syntagma de Columna Traiani* elaborauit, Romae 1683. 1690. & 1702. fol. quae tamen editiones titulo duntaxat, non re, & argumento differunt. Huic operi accesserunt *Explicatio veteris Tabellae Anaglyphae Homeri Iliadem, atque ex Stesichoro Arctino & Lesche Ilii Excidium continentis*, a p. 315. = 384. & *Emis-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*missarii Lacus Fucini Descriptio*, a p. 385. — fin. (v. *Supplem. Act. Erudit.* Tom. I. p. 574.) Praeterea sub nomine *Jasithei ad Grunnovium Apologema in eiusque Titivilitia, siue Somnia de Tito Livio Animaduersiones*, *Neapoli* 1686. 4. emisit. Cum enim *Iac. Gronovius Fabrettum* passim ignominioso *Fabri Rustici* nomine pungere soleret, aliud a *Fabretto* vicissim ipsi non minus elegans *Grunnovii* repensum est. inprimis egregium *Inscriptionum antiquarum* opus condidit *Romae*, 1699. fol. (v. *Act. Erudit.* 1699. p. 337. *Journal des Savans*, 1699. p. 627. *Mémoires de Trevoux* 1701. Tom. II. Part. I. Art. VIII. p. 29. seq.) Sunt quidem alia exempla, quae in titulo exhibent Annum 1702. sed nulla etiam re alia discrepant ab editione *Romana*, 1699. quae prodiit ex Officina *Dominici Antonii Herculis*, nisi solo titulo, & imagine Histricis, cui Epigraphe: ΦΙΛΟΙΣ ΧΑΡΙΣΑΣΘΑΙ ΕΧΘΡΟΝ ΑΜΥΝΑΣΘΑΙ. Quod *Fabretti* Symbolum haud dubie *Jac. Gronovii* causa non modo in *Inscriptionibus*, sed etiam in *Syntagmate* de *Columna Traiana*, editionis Romanae, 1683. appositum, post eius mortem libelliones sustulerunt. (v. *Giornali* de *Letterati d'Italia*, Tom. XXIV. p. 284.) Harum Inscriptionum causa laudatur ab omnibus, quotquot in hoc literarum genere nasum habent, in primis a *Ioh. Gasp. Hagenbuchio*, Turicensi, qui profecto, quis titulorum veterum sensus & vsus esset, sciebat. Dicitur autem ei in quantiuis pretii *Epistolis Epigraphicis*, p. (47.) *vir rem lapidariam ad vnguem doctus* & p. 53. *in constituendis Hermeneutices lapidariae regulis Reinesio longe cautior, multoque felicior.* Nat.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		Nat. 1619 = ☉. 1700. vid. *Morhofius* IV. *Polyh. Lit.* c. XIV. §. 26 p. 919 Tom. I. — *Io. Georg. Graevius*, in Praefat. ad Tom. IV. *Thes. Ant. Rom.* p. 331. Praefat. & Epistol. a Fabricio digestarum, *virum amplissimum* vocat, *qui cummaxime Romam ingenii fama illustrat, & de quo plura respublica literaria indies sibi promittit, inprimis ineditarum. Inscriptionum Volumen, cum eius Commentariis, quod expectamus cupidissime.* — *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria.* n. CXXXII. p. 110. 111. — *Mabillonius Itin. Italic.* p. 73. & 156. — *Bern. Montefalco* in Praefat. ad Tom. I. *Antiq. Explanat.* p 7. *inter posterioris*, inquit, *aeui viros doctos; qui rem antiqvariam illurarunt, pauci sunt qui plura huiusmodi e tenebris eduxerunt, qvam Raphael Fabrettus, in opere illo eximio de Columna Traiana atque in Collectione Inscriptionum.* — *Conr. Sam. Schurtzfleischius* Epistolarum *Arcanarum*, Tom. II. *Epist.* 62. p. 83. & in *Actis Literariis* p. 54. — *Philippus a Turre* in *Monumentis veteris Antii*, c. I. p. 15. c. 2. p. 26. c. 4. p 66. & de *Colonia Foroiuliensi*, p. 331. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Raphaël) *Fabretti*, Savant Antiqvaire. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1232. — Pauca de eo vulgaria habet *Burmannus*, minor, in Praefat. ad *Anthologiam Latinam*, p. XXIV. — Inprimis operae pretium erit legere *Vitarum Italorum doctrina excellentium, qui Saeculo XVIII. floruerunt, Decadem* III. *auctore Angelo Fabronio, Romae*, 1770. 8. p. 149-207.

Pur-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705	1680.	*Purpurinus* A FAVENTIA, Coeleſtinorum ordini S. Benedicti ab Actis, et Archaeologus, hoc anno *ad Kalendarium Romanorum Amiterni, (nunc vulgo S. Vittorino in Veſtinis) effoſſum minuscula Commentaria* ſcripſit, *Neapoli.* 4. quae *Alb. Henr. de Sallengre* in *Novi Theſauri*, Tomo III. p. 865.=888. opportune typis renouari iuſſit. Calendarium vero ipſum quaſi ante ſe plane non editum deſcripſit *Muratorius*, in *Theſ. Nov. Inſcr.* p. CL. Tab. B. nec, quod miror, huius *Fauentiae* meminit. Interim recte nuper obſervauit doctiſſimus *Petrus Franc. Fogginius*, in *Faſtis Sacris veterum Romanorum*, p. 101. *Faſtorum Anni Romani a Verrio Flacco ordinatorum, Romae*, 1779. fol. hunc *Purpurinum, non ſemel minus exacte textum Faſtorum retuliſſe.*
	circa 1680.	*Ludovicus* MARACCIVS, Luccenſis, e congregatione Clericorum regularium Matris Dei, Innocentio XI. Pontifici M. a peccatorum confeſſione, Philologus latinus, & Arabs, circa hoc tempus ſcripſiſſe videtur *Lettera ſopra l'Iscrizione del Tempio di Caſtore e Polluce*, qvae extat epiſtola in *Antonii Bulifonii* Epiſtolis, *Sylloge* III. p. 120.=133. Eidem quoque debetur *Corani* Muhamedani editio, *Patavii*, 1698. Nat. 1612 =⊖. 1700. vid. *Io. Fabricii Hiſt. Bibl.* Part. II. p. 221.= 223.
	1680.	*Joſephus Maria* THOMASIVS, Cardinalis, Theologus Pontificius, & Philologus Romanus, hoc anno librum promulgauit ſub

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.*		titulo : *Codices Sacramentorum nongentis annis vetustiores*, *Romae*, 4. Eiusdem quoque sunt *Institutiones Theologicae antiquorum Patrum*, *Romae* 1709.=1712. 8. tribus codicibus. Θ. 1713. vid. omnino *I. A. Fabricius Bibl. Graec.* L. VI. c. X. §. XXVII. p. 749. & 750. it. p. 830.
1658. = 1705.	circa 1680.	*Adrianus* BAILLET*us*, (quem *Menagius* in *Anti-Bailleto*, Part. I. §. XLVII. p. 49.= 51. Tom. VII. ed. Amstelaed. & *Broukhusius* ad *Propertii* I. XIV. 1. *Baiuletum*, vel *Baiulum* vocant,) Bellovacensis, Bibliothecae Lamoinianae (*Lamoignon*) Praefectus, Bibliographus, & Historicus Parisiensis, circa hunc iam annum mihi inclaruisse videtur, quod paulo post Iudicia de hominibus eruditis, (*Jugemens des Savans*) *Parisiis* 1685. 8. tribus codicibus, mox novem codicibus locupletata, ibidem 1689. 12. digessit, qvae, labentibus annis, cum aliis similibus eius scriptis plenius repetita sunt typis Amstelaedamensibus 1725. 4. quatuor codicibus. Ita Pueros praecocis ingenii recensuit, (*Traité historiqve des Enfans devenues celebres par leurs etudes, où par leurs écrits*) *Parisiis* 1688. 8. (v. *Act. Erud.* 1689. p. 32. f.) tum de Satiris prosopographicis librum confecit, (*Des Satyres personelles Traité historique & critiqve de celles qvi porte le titre d'Anti*,) *Parisiis*, 1689. 12. duobus codicibus: Praeterea Pseudonymos librorum auctores reuelavit, (*Auteurs degvisés sous les noms etrangers*,) *Paris.* 1690. 12. Adhaec vitam *Cartesii* exposuit, (*La vie*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*vie de Mr. Des-Cartes,*) *Parif.* 1690. 4. & 1693. 12. item fub nomine *De la Neufville* Statum & conditionem Moscoviae illuftravit, (*Relation curieufe & nouvelle de Moscovie, contenant l'Etat prefent de cet Empire, les Expeditions des Moscovites,*) *Hagae Comitum*, 1699. 12. Eundem quoque auctorem habent vitae *Edmundi Richerii*, doctoris Sorbonici, (*La vie d'Edmond Richer, Docteur de Sorbonne,*) *Leodii* 1714. & *Amftelaedami*, 1715. 12. & *Godofredi Hermantii* (*vie de Godefroi Hermant*) *Parifiis*, 1717. 12. quae poft eius mortem prodiiffe videntur. Nat. 1649.=Θ. 1706. vid. Eius Icon ante Iudicia de hominibus doctis. vid. *Morhofius* I. *Polyh. Lit.* c. XVI. §. 55. 56. p. 181. & L. VII. c. I. §. 15. p. 1018. Tom. I. — *F. G. Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. I. p. 699. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom I. voc. (Adrien) *Baillet.* — *David Clement Bibliotheqve Curieufe*, Tom. II. p. 346. 347. (32.) — *Bunavii Catal.* Tom. I. Vol. II. p. 1056.
	1680.	*Emericus* BIGOTIVS, (vulgo: *Emery Bigot*,) Rothomagenfis, Philologus Parifienfis, hoc anno *Palladii vitam Chryfoftomi* recenfuit, *Parifiis* 4. Nat. 1626 =Θ. 1689. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 267. 268. n. 581. — *Baelii Lexicon Critic.* Tom. I. voc. (Emmeric) *Bigot*, homme Savans. — *I. G. Graevio* dicitur *decus fuae Galliae*,

SAEC. XVII	AER CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*qui natus est ornandis literis, illorumque conatibus, qui in arte aliqua egregia illustranda elaborant, promovendis*, in Praefatione ad *Lectiones Hesiodeas*, p. 18. *Praefat.* & *Epistol.* eius ed. *Fabrician.* item: *vir probitate, doctrina ... studio bene merendi de praeclaris artibus, illarumque cultoribus, inprimis nobilis* in Praefat. ad *Caesarem*, p. 191. ed. Praef. & Epistol — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. I. voc. (Emeri) *Bigot.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1088.
	circa 1680.	*Petrus du* BOSC, Baiocensis Gallo-Francus, Theologus Calvinianus, & Orator Roteradamensium disertissimus. Nat. 1623.=☉. 1692. v. *Bayle Dictionaire*, Tom. I. voc. (Pierre du) *Bosc.* Ministre François. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1102.
	circa 1680.	*Ludovicus* BOVRDALOVE, Bituricensis, sacerdos Jesuita, & Orator regius Parisiensis. Nat. 1632 =☉. 1704. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1104 — Icon & vita in *Ioh. Matthi. Schroekh Abbildungen und Lebensbeschreibungen*, Tom. I. *Fasc.* I. n. XI. p. 99.=107.
	circa 1680.	*Johannes de la* BRVYERE, Philologus, & Philosophus Parisiensis, *Theophrasti Characterum*, quos francice vertit, Parisiis 1688. 12. cultus interpres. Optima eorum Characterum & plenissima editio est, *Amstelaedamensis*, 1720. 8.

Nat.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi pibus.		Nat. 1644 =Θ. 1696. vid. *Fabricius Bibl. Graec.* L. III. c. IX. p. 241. Vol. II.
Leo- poldo, Ferdi nandi III. *Filio.* 1658. =	circa 1680.	*Jacobus* GOVSSETIVS, Blesensis Gallo-Francus, Theologus primum Dordracenus, tum Groninganus. Nat. 1635.=Θ. 1704. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1278.
1705.	circa 1680.	*Bartholomaeus* HERBELOT*us*, (vulgo: *Barthelemi d'Herbelot*,) Philologus, & Bibliographus orientalis apud Parisienses. Notissima eius est *Bibliotheca Orientalis*, (*Bibliotheqve Orientale, ou Dictionaire vniversel, contenant généralement tout ce qvi regarde la connoissance des Peuples de l'orient, leurs Histoires*, &c.) post eius mortem, *Parisiis*, 1697. fol. vulgata, cuius operis raritatem hodie duo libelliones duplici editione minuere conati sunt, altera, Mosa-Traiecti 1776. fol. altera, *Hague Comitum* 1777. 4. renovata. Nat. 1625.=Θ. 1695. vid. *Jac. Georg. de Chaufepié*, *Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Barthelemi d') *Herbelot*. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1311. — *David Clement Bibliotheqve Curieuse*, Tom. IX. p. 419.=421. (49.)
	circa 1680.	*Gerardus de* LAIRESSE, Leodiensis, pictor, & graphidos peritissimus artifex Leidensis. Θ 1711. vid. *Arnold. Houbraken*, Part. III. p. 106.= 133. — *Levensbeschryving van voornaame Mannen* &c. Part. IV. p. 121.=127.

 Ja-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	circa 1680.	*Julius* MASCARON*us*, Maſſilienſis, Epiſcopus Agennenſis Santonum, Orator Gallo-Francus. Nat. 1634 =Θ. 1703. vid. *Bayle Dictionaire*, Tom. III. voc. (Jules) *Maſcaron*, Predicateur. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1426.
	1680.	*Petrus* RICHELET*us*, Cheminio-Campanus, Rhetor, Grammaticus, & Lexicographus Gallo-Francus, cuius ſunt *Les plus belles Lettres françoiſes ſur toutes ſortes de Sujets, tirées des meilleurs Auteurs, avec des Notes*, ex qvarta editione, *Hagae Comitum*, 1708. 12. duobus Codicibus: *Recueil des Epigrammatiſtes François*, *Amſterdam*, 1720. 8. in primis vero Lexicon Gallo-Francicum, *Dictionaire de la Langue Françoiſe ancienne & moderne*, *augmenté de pluſieurs additions d'hiſtoire*, *de Grammaire*, *de Critique* &c. *Lugduni* Franciae, 1728. fol. tribus Tomis. Nat. 1637. =Θ. 1698. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 364. n. 762. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1557. — *Osmont Dictionaire*, Tom. II. p. 146. 147.
	1680.	*Petrus Scaevola* SAMMARTHANVS, (vulgo: *Pierre Gaucher de Sainte-Marthe*,) *Scaeuolae Sammarthani*, de quo Part. IV. p. 344. filius natu maior, Hiſtoriographus regius, hoc anno Statum aularum regiarum Europae, *Etât de la Cour des Rois de l'Europe*, *Pariſiis*, tribus Codicibus, 8. eodemque anno Statum Franciae, *Etât de la France*, *Pariſiis* 12. deſcripſit.

P.

SAEC. XVII.	AER CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		Θ. 1690. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1572.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1680.	*Claudius* TERRIN*us*, Arelatenfis, Archaeologus, hoc anno Venerem & Obeliscum Arelatenfem fingulari, nec frequenti hodie, libello : (*La Venus & l'Obelisque d'Arles par Mr. Terrin, Conſeiller du Roi au Siege de cette ville*, à *Arles* 12.) illuſtravit. Eiusdem eſt : *Obelisque d'Arles où Obſervations ſur les proportions des Pyramides & des Obelisqves*, à *Arles*, 12. (v. *Journal des Savans*, A. 1681. p. 216.) porro: *Nouvelle decouverte d'un Theatre dans la ville d'Arles, ſa deſcription, & ſa figure le tout envoyé à l'Auteur du Journal des Savans, A.* 1684. Tom. XII. p. 336. cum tabulis radio fcriptis, theatri illius fpeciem referentibus: Similiter : *Diſſertation ſur deux Medailles Grecqves l'une de Mauſole & l'autre de Pixodarus Roi de Carie, envoyée a l'Auteur du Journal des Savans*, 1685. p. 62. tum: *Explication d'un Cachet antiqve d'Agathe Orientale du Cabinet de Mr. Gravier*, (*Mémoires de Trevoux* 1702. Nov. p. 335. praeterea : *Diſſertation ſur le Dieu Pet*, (Deus Crepitus) *divinifé par les Egyptiens, par Mr. Claude Terrin.* (*Continuation des Mémoires de Litterature de Mſr. de Sallengre*, Tom. I. P. I. p. 48.) item : *Diſſertation ſur une Colonne Antiqve élevée par la Ville d'Arles à l'honneur de l'Empereur Conſtantin le Grand, dediée à Mſr. François de Mailly, Archeveqve d'Arles.* (*Mémoires de Trevoux*, Vol. XXI. 1711. *Menſ. Februar.* Art. 26. p. 309. & *Jour-*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*Journal des Savans*, A. 1711. p. 641.) nec non: *Dissertation sur une Medaille des Macedoniens*, (Mémoires de Trevcux Vol. XXI. A. 1711. Mart. Art. 43. p. 484.) Θ. 1710. v. *Banduri Biblioth. Nummaria*, p. 228.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	circa 1680.	*Henricus Iosephus* THOMASSINUS, dominus de *Mazaugues*, Senatus Provinciae Francicae, qui Aquis Sextiis cogitur, Praeful, Historicus, & Archaeologus. Quem non modo iam *Sponius*, III. *Miscell.* LXXVIII. p. 105. & V. *Miscell.* p. 163. *Aquis Sextiis*, inquiens, *apud D. Thomassin de Mazaugves, Parlamenti Consiliarium*, sed etiam *Bern. Montefalco* in Praefatione ad *Supplementorum Antiqvit. Explicat*, Tomum I. p. 16. sic laudauit, *Similiterque*, inquiens, *D. de Mazaugves, Praeses Aquensis, qui atavi sui, incomparabilis Peirescii, vestigiis insistit, qvae ad manum venerunt, omnia misit*, vnde idonea rationis conclusione efficias, eum circa A. 1720. adhuc vixisse. Cf. *Gorius* in *Museo Etrusco*, Tab. CXXIV.
	circa 1680.	*Laurentius Ingewaldus* ELINGIVS, Philologus & Philosophus Academiae Vpsaliensis, immatura morte A. 1688. suis ereptus, *Historiam Graecae Lingvae* in schedis reliquit, quam *Adamus Rechenbergius* ab homine Sueco adeptus, typis *Lipsiensibus*, addita Praefatione, exscribendam curauit 1691. 8.
	1680.	*Iohannes Christophorus* BECMANNVS, Theologus Calvinianus, & Historicus Academiae Viadro-Francofurtanae, hoc certissime Anno floruit

Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.

floruit, quoniam *Notitiam Vniuersitatis Francofurtanae* iam scripserat, edideratque *Francofurti*, 1676. 4. qvae tamen postea longe auctius prodiit, ibidem 1707. fol. vti etiam iam tum *Dissertationes Academicas*, *Francof.* 1676. 4. & *Notitiam dignitatum illustrium civilium*, *sacrarum*, *equestrium*, *Jeuae*, 1677. 8. euulgaverat. Ceterum de rerum vel olim vel recentiori aetate gestarum memoria non male meruit, editis praesertim his ingenii monumentis: *Dissertatione de Iure Idiomatis*, Frf. 1688. 4. *Historia orbis Terrarum Geographica & Civili*, Frf. 1698. 4. *Catalogo Bibliothecae publicae Vniversitatis Francofurtanae*, *Francof.* ad *Viadrum*, 1706. fol. *Saecularibus sacris Academiae Viadrinae*, ibid. eod. a. fol. *Wolfgangi Iobstii Descriptione vrbis Viadro-Traiectinae* theotisce scripta, & aucta ab eo, Frfurthi 1706. fol. tum *Analectis Historicis de variis rebus ab O. C. ad tempora Constantini*, Frfurthi, 1709. 4. & *Historia Principatus Anhaltini*, *Servestae*, 1716. fol. tribus Codicibus.

Nat. 1641. = ⊖. 1717.

vid. *Morbofius Polyh. Philosoph.* L. IV. §. 13. p. 471. & *Polyh. Pract.* L. I. §. 6. p. 485. Tom. II. — *Fabricii Histor. Biblioth.* Part. II. p. 520.=524. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1072. & Vol. III. p. 2155.

1680. *Cornelius à* BEVGHEM, Embricensis, Libellio, & Bibliographus, hoc anno *Bibliographiam Iuridicam & Politicam*, *Amstelaedami* 12. Deinceps *Bibliographiam Historicam*, *Chronologicam & Geographican* quin-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		que Conspectibus, *Amstelaedami*, 1685.= 1710. tribus codicibus 12. similesque libellos consarcinavit. vid. *Morhofius* I. *Polyh. Literar.* c. XVI. §. 45. p. 179. & Not. (ii) it. c. XVIII. §. 65. 66. p. 209. 210. Tom. I. nec non *Polyh. Practici*, L. VI. Sect. VI. §. I. p. 581. & L. VII. Sect. I. §. 3. p. 603. Tom. II.
	1680.	*Johannes* DECKHERRVS, ICtus, & Bibliographus Spirensis, qui quatuor iam annis ante *Commentationum de rebus Cameralibus Specimen* ediderat, *Spirae* 1676. 4. is nunc *De pace civili religiosa*, *Spirae*, 1680. 8. disseruit, & de *Scriptis Adespotis*, *Pseudepigraphis*, & *suppositiis coniecturas* in medium protulit, *Amstelaedami* 1686. 12. quem librum tamen tum tertium iam lucem vidisse ait *Morhofius* I. *Polyh. Liter.* c. XVI. §. 71. p. 184. Tom. I. vid. *Io. Fabricii Historia Bibliothecae*, Part. III. p. 173.
	circa 1680.	*Johannes* FECHTIVS, Brisgaviensis, Theologus Lutheranus, & Historicus, primum Durlacensis, tum Rostochiensis. Aliquot certe annis post *Historiae Ecclesiasticae Seculi XVI. Supplementum*, *Durlaci*, 1684. 4. (v. *Act. Erudit.* 1684. p. 286.) siue *Epistolas Marbachianas*, *Francof.* & *Spirae*, 1684. 4. emisit, quem librum vti vnum eumdemque atque priorem esse puto, ita in rarioribus cum *Schelhornio* habuit *Dan. Gerdes* in *Supplemento ad Florilegium Libror. Rarior.* Tom. VIII. P. II. *Scrinii Antiqvarii*, p. 709. 710.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705.		710. Postea *de vbertate & fructu ex Ecclesiastica Seculi XVI. historia capiendo* differuit *Rostochii*, quam *Commentatiunculam*, vt vocat *Io. Fabricius*, in *Historia Bibliothecae*, Part. V. p. 316. 317. recensuit. Tum varia non minus vtilia reliquit Scripta, velut *Historiam Colloqvii Emmendingensis inter Pontificios & Lutheranos, A.* 1590. *instituti, Rostochii*, 1694. 8. *Historiam Caini & Abelis notis Criticis, philologicis, Historicis, & theologicis illustratam, Rostochii*, 1708. 4. *Criticam in Godofredi Arnoldi Criticam, hoc est, Judicia veriora in iudicia eius iniqviora de David. Chytraeo lata, Rostochii*, 1710. 4. item: *de religione hodiernorum Graecorum (Nachricht von der Religion der heutigen Griechen,) Rostochii*, 1711. 8. nec non *de origine & superstitione Missarum in honorem Sanctorum celebratarum Tractationem historico theologicam*, quam denuo recensuit, & auxit *Gustavus Fridericus Fechtius, Rostochii*, & *Lipsiae* 1725. 8. Nat. 1636.=Θ. 1716. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1238.
	circa 1680.	*Henricus* HILARIVS, Guelferbytanus, Philologus Scholae Cellerfeldensis, qui *Philippi Cyprii Chronicon Ecclesiae Graecae ex versione Nicolai Blancardi* adnotationibus suis illustravit, *Lipsiae*, post eius fata 1687. 8. editum. Θ. 1686. vid. *Fabricii* Bibl. Graec. L. V. c. XLV. p. 543. Vol. X.

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.	circa 1680.	*Rudolphus Ludovicus* à KANITZ, Berolinensis, Versificator theotiscus. ☉. *1699.*
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1680.	*Daniel Gaspar à* LOHENSTEIN, Silesius, Poëta tragicus, theotiscus, hoc anno Carmina eius (*Gedichte*) prodierunt, *Vratislaviae*, 8. & 1689. 8. Eiusdem etiam est Historia Erotico-Heroica: *Grosmüthiger Feldherr Arminius oder Herrmann, nebst seiner Durchlauchtigsten Thurnelda* &c. Leipsig 1731. 4. quatuor Codicibus. Nat. 1635.=☉. 1683. vid. *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1399.
	1680.	*Franciscus à Mesguien* MENINSKY, Eques Hierosolymitanus, orientalium Dialectorum interpres Caesareus Vindobonensis, hoc anno edidit *Lingvarum Orientalium Turcicae, Arabicae, Persicae Institutiones, seu Grammaticam Turcicam, cuius singulis Capitibus praecepta Linguarum Arabicae & Persicae subiiciuntur. Accedunt nonnullae Adnotatiunculae in lingvam Tartaricam, Viennae Austriae*, fol. vid. *Dan. Gerdes Floril. Libr. rar.* p. 249. — *Io. Christian. Götzii Memorabilia Bibl. Dresen.* Tom. I. p. 464. & Tom. III. p. 367. 368. — *Io. Frid. Hirts Bibliotb. Oriental. & Exeget.* Part. III. p. 50. 51.
	1680.	*Johannes Baptista* OTTIVS, (vulgo: *Otte*,) *Johannis Henrici*, (de quo supra p. 166.) Filius, Theologus, & Philologus Turicensis, eo anno disputationem *de Votis* edidit, *Tiguri*, 4. Eiusdem *Animadversiones ad*

Io-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi-pibus.		*Iosephum*, & *Specimen Lexici Flaviani* in *Iosephi* editione *Haverkampiana*, *Amstel.* 1726. fol. leguntur.
Leo-poldo, Ferdi-nandi III. *Filio.* 1658. =		Nat. 1661. = ☉. post A. 1732.
		vid. *Ioh. Baptistae Ottii*, *Archi-Diaconi* & *Canonici Tigurini Vitae Historia*, *ab ipsomet Badae Helvetiorum in otio per vsum thermarum A.* 1732. *adumbrata*, extat in *Satura Dissertationum*, *Orationum*, *Epistolarum*, *Tiguri* 1741. 8. Parte I. p. 20. = 46.
1705.	circa 1680.	*Tobias* PFANNERVS, Augustanus, ICtus, Theologus, & Historicus, cum Saalfeldensis, tum Gothanus. Ei debetur inprimis *Historia Pacis Germano-Gallo-Suecicae Monasterii atque Osnabrugae tractatae*, & *A.* 1648. *perfectae*, *iterum reuisa* & *emendata*, *Irenopoli*, 1681. 12. praeterea *Censurae Historiae Ecclesiasticae G. Arnoldi* sub titulo: *Unpartheyisches Bedenken über Gottfr. Arnolds Unpartheyische Kirchen und Ketzer-Historie*, *Gotha* 1701. 4. &: *Durch Gottfr. Arnolds Duplic fernerweit veranlaste Erläuterung.* &c. ibid. eodem Anno 4.
		Nat. 1641. = ☉. 1716.
		vid. *Morhofius* V. *Polyh. Lit.* c. II. §. 6. p. 933. Tom. I. *Polyh. Practic.* L. IV. §. 10. p. 515. L. V. §. 12. p. 533. & L. VI. *Jurid.* Sect. IX. §. 2. p. 595. Tom. II. — *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. IV. p. 455.
	1680.	*Johannes Ludovicus* SCHOENLEBEN, Carniolo-Labacensis, Theologus Pontificius, & Archaeologus *Labacensis*, hoc anno *De prima origine domus Habsburgo-Austriacae*, *Labaci*, fol. disseruit, proximo vero & fatali suo

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio,* 1658. = 1705.		anno *Carniolam antiquam, & novam, siue inclyti Ducatus Carnioliae Annales Sacro-Profanos in duos Tomos accurate collectos* emisit, *Labaci*, 1681. fol. (vid. *Act. Erudit.* 1682. *Decembr.* p. 380. seq. & *Iournal des Savans*, 1684. p. 155.) Eumdem auctorem habet *Annus Sanctus Habsburgo-Austriacus*, *Salisburgi*, 1696. fol. editus. Nat. 1618. = ϴ. 1681.
	1680.	*Antonius* WECKIVS, Annabergensis, Electori Saxoniae a consiliis, & Historicus, hoc anno *Chronicon Dresdnense*, (*Dresdnische Chronik*,) fol. scripsit. ϴ. circa 1682.
	1680.	*Johannes* WVLFERVS, Norimbergensis, Theologus, & Philologus Ebraeus eiusdem vrbis, hoc anno *Schekalim* s. *Tractatum Talmudicum de modo, annuaque consuetudine Siclum mense Adar offerendi*, latinitate donavit, & illustravit *Altdorfi Noricorum*. Nat. 1651. = ϴ. 1724. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibliothec.* Part. V. p. 352. = 356. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1707.
	1680.	*Gilbertus* BVRNET*us*, Edinburgensis Scotus, Episcopus Salisburgensis, Theologus, & Historicus, hoc anno primaria quaedam capita vitae & rerum gestarum Comitis *Rochestrii* (*Some Passages of the Life and Death of Iohn Earl of Rochester*) *Londini*, 8. in lucem protulit, proximo anno *Historiam repurgatorum per Angliam sacrorum*, (History of the reformation of the Church of En-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		England,) edere coepit, post eius demum mortem absolutam, Tomo I. quippe, Londini, 1681. Tomo II. 1683. & Tomo III. 1715. fol. promulgato, tum varias virorum & illustrium & doctorum vitas commemoravit, tanquam *Matthaei Whalii, Londini*, 1682. & ex francica interpretatione *du Mesnilii, Amstelaed.* 1688. 12. *Guilielmi Bedellii*, Episcopi Kilmoriensis, Hiberniae, London, 1685. 8. & ex francica versione, *Amstelaed.* 1687. 12. circa idem tempus mox Librum IX. Historiae *Anton. Varillasii* sub examen vocauit, ex versione Francica (*Critique du Neuvieme Livre de l'histoire des Revolutions de Mr. Varillas,*) *Amstelaed.* 1686. 12. (v. *Act. Erud.* 1687. p. 65.) mox Observationes *Criticas* in *Historiam Bossuetianam dissensionum* inter Anti-Pontificos, itidem ex interpretatione Francica, (*Critiqve de l'histoire des Variations par Mr. de Meaux,*) *Amstelaed.* 1689. 12. Praeterea Iter suum in Heluetiam, Italiam, Germaniamque descripsit. (*Some Lettres containing an Account of what seemed most remarkable in Travelling throvgh Switzerland, Italy, some parts of Germany, Rotterdam,* 1687. 8. (v. *Act. Erudit.* 1687. p. 551.) & ex versione Francica, ibidem Roterodami, 1718. 8. Post eius vero mortem lucem vidit cum *History of his own, London*, 1724. fol. & *The Critical History of England Ecclesiastical and Civil.* &c. *London*, 1726. 8. Nat. 1643 = ☉. 1714. vid. *Crenii Animadverf. Philolog.* Part. VIII. §. VIII. p. 140. = 144. — *Heumanni Via ad Histor. Liter.* c. VI. p. XLIII. p. 397 — *Mos-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*Moshemii Institut. Histor. Eccles.* Saec. XVII. Sect. I. §. XXII. (i.) — *Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Gilbert) *Burnet.* — *Catalog. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1122. 1123.
	1680.	*Thomas* BVRNETVS, Richmondiensis Anglus, Medicus, Theologus, & Philosophus παράδοξος, hoc Anno *Theoriam telluris* excogitauit. Nat. 1632.=Θ. 1715. vid. *Heumanni Via ad Histor. Liter.* c. VI. §. XXXIV. p. 378. (k.) — *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philosoph.* Tomo IV. Period. III. Part. I. L. III. c. II. §. VII. VIII. p. 620. =625. & in *Appendice* f. Vol. VI. p. 779. 780. — *F. G. Freytag Analect. Litteraria*, p. 172. 137. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Thomas) *Burnet.* — *David Clement Bibliotheqve Curieuse*, Tom. V. p. 436.=441. (71.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1123.
	circa 1680.	*Johannes* LOCKIVS, Wringtoniensis Anglus, Medicus, Philosophus, & Dialecticus. Post mortem eius *Opera* lucem viderunt (*Remains publish'd from his original Manuscripts*,) *London* 1714. fol. & Francice, Amstelaed. 1732. 8. duobus Codicibus. Nat. 1632.=Θ. 1704. Imago eius in numo Musei *Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CXLVII. n. VI. p. 193. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibliothecae*, Part. VI. p. 465=467. — *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos.* Tom. IV. Period. III. Part. II. L. II. c. I.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705.		c. I. §. XIX. XX. p. 602.=611. & in *Appendice*, s. Vol. VI. p. 911. 912. — *Gesnerus ad Isagogen*, §. 807. p. 118. 119. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Jean) *Locke*, Ecrivain Anglois. — *Catal. Bibl Bunau.* T. I. Vol. II. p. 1398. 1399. — *Haller Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. VI. n. DXVII. p. 570.
	1680.	*Abrahamus* SELLERVS, Londinensis, Historicus, & Archaeologus, hoc anno Obseruationes de statu Ecclesiae priorum saeculorum (*Remarks relating to the State of the Church of the first Centuries*) sub his literarum notis A. S. prodire iussit, *Londini* 8. deinde Antiquitatem & Historiam vrbis Palmyrenae, superstitesque lapidum titulos illustravit, (*The Antiqvities of Palmyra, containing the History of the city, and its Emperors, with en Appendix of Commentary on the Inscriptions lately found there,*) *Londini* 1696. 8. (v. *Supplementa Actorum Eruditorum*, Tom. III. Sect. III. p. 89. & *L. Neocori Bibliotheca Librorum nouorum*, Tom. I. p. 381.=403.) quem librum theotisce vertit *Philipp. Georg. Hubnerus*, *Francofurti*, 1716. 8. vid. *Anselmi Bandurii Bibliotheca Numaria*, n. CXLI. p. 118. 119.
	circa 1680.	*Daniel* COSSONIVS, Leidensis, Consul Batauorum apud Smyrnenses, & Archaeologus, per XV. Annos in Oriente versatus, A. 1689. in vico *Hadgilarensi*, *Smyrnae* vicino

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		cino, a duobus piratis Algerianis interfectus.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.		vid. omnino *Memoria Cossoniana, hoc est Danielis Cossonii vita breviter descripta, cui annexa est noua editio Monumenti Ancyrani* &c. *cum Notis Iacobi Gronovii. Accedunt nonnullae Inscriptiones ab eodem Cossonio collectae*, Lugd. Bat. 1695. 4.
1658. = 1705.	circa 1680.	*Pontianus ab* HATTEM, Ecclesiastes Philippolandianus, Crypto-Spinosista, auctor sectae *Hattemittarum.* ⊖. 1706. vid. *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos.* Tom. V. Per. III. Part. II. L. II. c. III. §. XII. p. 702. 703. — *Mosbemii Instit. Hist. Eccl.* Saec. XVII. Sect. II. Part. II. c. II. §. XXXVI. (n.)
	circa 1680.	*Stephanus* MORINVS, Cadomensis, Theologus Calvinianus, & Philologus Ebraeus, mox Cadomensis, mox Lugdunensis, mox Amstelaedamensis, paulo post *Orationem de Linguarum Orientalium ad intelligendam S. Scripturam vtilitate, Lugduni Batauorum*, 1686. 8. habuit. Mox *Dissertationem de vita & scriptis Samuelis Bocharti*, & *Additamenta ad Samuelis Bocharti Animadversiones in Stephanum Byzantinum, Operibus Bocharti, Lugd. Bat.* 1692. fol. excusis, inseruit, praeterea *Exercitationes de Lingua primaeva, eiusque Appendicibus, Vltraiecti* in lucem exire iussit, 1694. 4. variasque disputationes scripsit in eius *Dissertationibus, Dordraci* 1700. 8. iunctim editas.

Nat.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		Nat. 1625.=⊖. 1700. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1453. — *Jac. Phil. D'Orvilli Oratio in C. Natalem Athenaei, Amstelaed.* p. 33.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.	circa 1680.	*Petrus* KEVCHENIVS, Silvaducensis, Ecclesiastes Arenacensis, & Philologus, cuius *Annotatorum Pars prior in IV. Euangelia, & Acta Apostolorum, Amstelaedami* prodierat 1689. nostris vero temporibus eiusdem *Annotata in omnes Novi Testamenti libros* cum praefatione *Joannis Alberti*, eximii Theologi, lucem aspexerunt *Lugduni Batavorum*, 1755. 8. Nat. 1654.=⊖. 1691. vid. *Jo. Alberti* Praefatio ad haec *Annotata*, *. 3.=**.
	1681.	*Antonius* MAZZA, f. MASSA, Salernitanus, Medicus, Historicus, Philologus, hoc anno *Vrbis Salernitanae historiam & Antiquitates* enarravit, in qvibus *Origo, Situs, Vbertas, Respublica &c.* ac aliae res ad *Salernitanam urbem spectantes* dilucidantur, *Neapoli*, 4. quem librum postea *Thesauri Italiae, Tomi IX.* Parti IV. inseruerunt. vid. *Burmanni Praefatio* ad Tomum IX. *Thes. Italici*, p. 13.
	1681.	*Carolus* RENALDINIus, Philosophus & Rhetor Patavinus, hoc anno *Philosophiam Rationalem continentem Dissertationes Dialecticas, Rhetoricas, & Poëticas, Patavii*, fol. edidisse dicitur. Nat. 1615.=⊖. circiter 1699. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. III. p. 69. n.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		1090. — *Nic. Comnenus Papadopoli*, L. III. Sect. II. c. 35. p. 381.
Leopoldo, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. — 1705.	1681.	*Andreas* DACERIVS, (*Dacier*) Castrensis Languedociae, *Tanegvidi Fabri* gener, Philologus Parisiensis, hoc anno *Sextum Pompeium Festum*, & *M. Verrium Flaccum* de *verborum significationibus*, *notis & emendationibus illustravit*, *in vsum Delphini*, *Lutetiae Parisiorum*, 4. typis *Amstelaedamensibus* postea repetitum, 1700. 4. eodemque anno *Horatium* francice loqui iussit, additis animadversionibus, poëtae sententias illustrantibus, quae interpretatio Francica semel atque iterum typis renovata est *Amstelaedami*, 1691. 12 (v. *Act. Erud.* 1692. p. 88.) *Parisiis*, 1709 8. (*Act. Erud.* 1710. p. 117.) decem codicibus, item cum *Sanadonis* versione, & responsione ad criticam *Massonianam*, (quae Parisiis 1708. 12. sub titulo: *Nouveau eclaircissemens sur les oeuvres d'Horace* prodierat,) *Amstelaedami* 1735. octo codicibus, (Cf. *Fabricii Bibl. Lat.* Tom. I. p. 248. T. II. p. 340. 341. ed. *Hamb.* & Tom. I. p. 419. ed. Lipf.) Porro debentur ei: *Remarqves sur le Traité du Sublime traduit du Grec de Longin*, ad calcem *Satirarum Nicolai Boilavii Despraei*, *Parisiis*, & *Amstelaed.* 1689. 12. 1701. 12. & in editione *Iac. Tollii Traiectina Longini*, 1694. 4. — *Reflexions morales de l'Empereur Marc-Antonin. Parisiis*, 1691. tertium, *Amstelaed.* 1707. 8. qvartum ibid. 1710. 8. — *La Poëtiqve d'Aristote &c. avec des Remarqves Critiqves*, *à Paris* 1692. 12. — *Tragedies Grecqves de Sophocle*, *avec des Notes Critiqves*, *à Amsteld.* 1693. 12. mai.

Les

SAEC XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		— *Les Oeuvres de Platon avec des Remarques, la Vie de ce Philosophe, & l'Exposition des principaux dogmes de sa Philosophie, à Paris*, 1699. 12. mai duobus Tomis. — *La vie de Pythagore, ses symboles, ses vers dorez, & la vie d'Hierocles, & ses Commentaires sur les vers de Pythagore, Paris* 1706. 12. duobus itidem Tomis. — *Les vies des Hommes illustres de Plutarche, Paris*, 1721. 4. novem Codicibus. Nat. 1651 = Θ. 1722. — Imago eius cerniter in numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLXI. No. X. ad p. 254. f. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 272. n. 597. — *Morhofius* IV. *Polyb. Lit.* c XI. §. 15. p 869 & L. VII. c. I. §. 3. p. 1005. 1006. Tom. I. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (André) *Dacier.* — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1191.
	1681.	*Richardus* SIMON, Dieppensis Normandus, Presbyter Oratorii Parisiensis, Theologus Pontificius, Criticus, & Philologus Parisiensis. Quamquam aliquot iam annis ante eius *Historia Critica Vet. Testamenti*, scilicet, *Parisiis*, 1678. in lucem exiisse videtur, propter Epistolas M. *de Veil*, Ezech. *Spanhemii*, & *Isaac. Vossii*, illo anno scriptas, insertasque editioni *Amstelaedamensi* 1685. 4. tamen ab hoc potissimum anno in maius euectam nominis eius celebritatem repetierim. *Historia* enim *Critica Veteris & Novi Testamenti* prodiit *Amstelaedami*, 1681. 4. (vid. *Act. Erud. Lips.* 1682. p. 94.) francice *Roterodami*, 1685. 4.

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		(v. *Act. Erud.* 1686. p. 100. Cf. ibid. p. 432. & 429) tum eius ingenii fama aliorum similis argumenti scriptorum laude magis percrebuit, tamquam *Vita Ioh. Morini cum Animadversionibus in illius Opera*, praemissa *Antiquitatibus Ecclesiae Orientalis*, *Londini*, 1682. 8. *Caerimoniis & ritibus hodiernorum Judaeorum*, sub nomine *Simonvillii*: (*Ceremonies & Coutumes, qvi s'observent aujourd'hui parmi les Juifs traduites de l'Italien, avec un Supplement touchant les Sectes de Caraites & Samaritains de notre tems,*) e tertia editione, *Hagae Comitum*, 1682. 12. & in *Caerimoniis & ritibus omnium populorum*, *Amstelaedami*, 1723. fol. Tom. I. — *Histoire critique de la Creance, & des Coutumes des Nations du Levant, par le Sr. De Moni*, (*Richard Simon*,) *Francfort*, 1684. 8. *Castigationibus*, sub titulo: *Opuscula Critica adversus Isaac. Vossium, cum adiectis Excerptis ex Rich. Simonii Disquisitionibus Criticis*, *Edinburgi* 1685. 4. — *Historia Critica textus Novi Testamenti*, francica dialecto scripta, *Roterodami*, 1689. 4. (v. *Act. Erudit.* 1689. p. 114 & 166) *Historia Critica versionum Novi Testamenti*, (*Histoire Critiqve des versions du N. T. à Rotterdam* 1690. v. *Act. Erudit.* 1690. p. 92. & 129) — *Histoire Critiqve des principaux Commentateurs du N. T.*, *à Rotterdam* 1693. (v. *Act. Erudit.* 1693. p. 107.) — *Le Nouveau Testament traduit sur l'ancienne edition avec des Remarqves literales & Critiqves sur les principales difficultez*, *à Trevoux*, 1702. 8. duobus Codicibus. — *Bibliotheqve Critiqve, où Recueil de diverses Pieces Critiqves, dont la plu-*

Principibus.

Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.

plupart ne sont point imprimées, où ne se trouvent, que très difficilement, avec quelques Notes par Mr. de Sainjoré, (Richard Simon) *à Amsterdam* 1708.=1710. 8. quatuor codicibus. Memorabiles quoque sunt libri, qui post eius mortem in vulgus exierunt: *Nouvelle Bibliotheque Choisie, où l'on fait connoître les bons Livres en divers genres de Litterature, & l'usage, qu'on en doit faire*, Tom. I. II. *Amsterdam*, 1714. 12. — *Critique de la Bibliotheque des Auteurs Ecclesiastique & des Prolegomenes de la Bible, publiée par Ellies Du Pin, avec des eclaircissemens & des supplemens, à Paris*, 1730. 8. quatuor Tomis, & *Lettres Choisies de Mr. Simon, nouvelle edition augmentée de la Vie de l'Auteur par Mr. Bruzen la Martiniere, à Amsteldam*, 1730. 8. quatuor Tomus.

Nat. 1638.=⊖. 1712.

vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 32=34. n. 98. — *Morhofius* IV. *Polyh. Liter.* c. I. §. 4. p. 718. c. VI. §. 19. p. 789. Tom. I. *Polyh. Practic.* L. V. §. 5. p. 527. (b.) Tom. II. — *Crenii Animadversion. Philolog.* Part. VII. p. 40=43. — *Io. Alb. Fabricii Centuria Plagiariorum*, n. LXXXVII. p. 89=92. — *Io. Fabricii Histor. Biblioth. Part.* III. p. 400=408. — *Gerdes Floril. Libr. rar.* p. 321=323. — *Freytag Analecta Litteraria*, p. 861.=863. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1610. 1611.

1681. *Michaël de* MOLINOS, Sacerdos Hispanus, *Quietistarum* parens, hoc anno *Viam seu*

Ma-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*Manuductionem ad vitam spiritualem & contemplativam* promulgasse dicitur. vid. *Io. Laur. Moshemii Institut. Hist. Eccl. Saec.* XVII. *Sect.* II. Part. I. c. I. §. XLVIII. XLIX. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1448.
	1681.	*Jacobus* BERNOVLLIus, Philosophus, & Mathematicorum sui temporis Princeps Basileensis Academiae. Nat. 1654.=☉. 1705. vid. *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. I. voc. (Jaqves) *Bernoulli*, Mathematicien. — *Montucla Historia Matheseos*, Tom. II Part. IV. L. VI. § IX. p. 355. f. — Auctor *Athenarum Rauricarum, in Professoribus Mathematicae*, n. XIV. p. 418.=422.
	1681.	*Iohannes Fridericus* KREBSIVS, Baruthanus, Philologus, & Historicus Heilsbrunnensis, hoc anno Memoriam *Ioh. Ludov. Hartmanni*, Ephori Rotenburgensis celebrauit, *Heilsbrunnae.* 4. Tum *de Latinae lingvae ante ac post tempora Caroli M. admodum corruptae aliquot exemplis & causis*, *Heilsbrunnae*, 1682. 4. disseruit, mox *Programma de docentibus ad Soterocrenem* (Heilsbrun) ab Anno 1582. vsque ad A. 1632. scripsit 1686. 4. item *Schediasma de iure alienandi imperia cum animadversionibus ad Caes. Baronii Annalium Ecclesiasticorum Tomum IX. Lipsiae & Hamburgi* 1709. quam secundam editionem laudat *Io. Fabricius* in *Historia Bibliothec Part.* IV. p. 440. 441. vbi de eius vita quoque non-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		nonnulla commemorauit. Idem auctor fuit Dissertationum de *Nominum mutatione, potissimum in Religiosorum professione, atque Pontificum Romanorum inauguratione*, qvae prodierunt sine anni mentione. 4.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.		Nat. 1651. = ⊖. 1725.
	1681.	*Johannes Henricus* EGGELINGIVS, Bremensis, vrbi ab Actis, Philologus, & Archaeologus, hoc anno suam & *Caroli Patini Disquisitionem per Epistolas de Numismatibus qvibusdam abstrusis Neronis, Bremae*, 4. euulgauit. v. *Act. Erud.* 1684. p. 35. vbi simul *Ioachimi Felleri* Ἐπίκρισις. *Journal des Savans*, 1685. p. 294. proximo anno *Mysteria Cereris et Bacchi in vasculo ex onyche euoluta* dedit, *Bremae* 1682. 4. v. *Act. Erud.* 1683. p. 140. *Journal des Savans* 1683. p. 30. a *Gronovio* in *Thesauri Graeci Tomo* VII. p. 57. seq. typis renouata, porro *Censuram Censurae Mysteriorum Cereris & Bacchi ac inprimis Disquisitionis de Numismatibus quibusdam Neronis Imperatoris, sub vmbone tituli Actorum Eruditorum Lipsiae diuulgatae*, opposuit, sine loco, 1684. 4. quam tamen *Censuram Ioach. Fellerus* vltus est *Vindiciis aduersus I. H. Eggelingium, Lipsiae* 1685. 4. praeterea *De Orbe stagneo Antinoi Epistolam ad Luccenum Abbatem* scripsit, *Bremae*, 1691. 4. (vid. *Act. Erud.* 1691. p. 447. & *Journal des Savans* 1692. p. 723.) Tandem ei debentur *De Miscellaneis Germaniae Antiquitatibus Exercitationes tres* 1. *de vocabulo Germaniae* 2. *de Caucis.* 3. *ad Ptolemaei* φαβιραvον, *Bremae*, 1694. 4.
		vid. *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n.

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		n. CVIII. p. 94. cum adnotatione *Fabricii* (z.) — *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. VI. p. 86. 87. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1215.
	1681.	*Gabriel* SCHWEDERVS, Coslinia Pomeranus, Iuris publici Germanici haud vulgaris doctor Academiae Tubingensis, hoc anno *Introductionem ad Ius Publicum*, *Tubingae* 8. euulgauit. Tum eandem Iuris disciplinam aliis id genus disputationibus illustrauit, veluti de *Iure Imperatoris & Imperii in ducatum Mediolanensem*, *Tubingae*, 1702. 4. *de insignioribus Imperiorum & Regnorum Europae reuolutionibus & mutationibus*, *Tubingae*, 1710. 4. *Positionibus controuersis ex Iure publico S. R. I.*, *Tubingae*, 1715 4. & *de Praerogatiuis*, *iuribus*, *ac priuilegiis domus Austriacae & de iudicio prouinciali Caesareo Sueuiae*, *ibidem*, 1722. 4. Nat. 1648.=ϴ. 1735.
	1681.	*Georgius* MACKENZEIVS, (vulgo: *Mackenzie*,) a valle Rosarum, Scotus, ICtus, Rhetor, & Historicus, hoc anno *Ideam Eloquentiae forensis hodiernae* depinxit, *Edinburgi*, 8. tum de re partim ciuili, partim literaria *Scotiae* bene meruit, seu demonstratione *Juris Regii*, *or the iust and solid foundations of the Monarchie of Scotland*, *London* 1684. 8. (v. *Act. Erud. Lips.* 1686. p. 315.) seu defensione eius, *A Defense of the Antiquity of the Royal Line of Scotland*, *London*, 1685. 8 (v. *Act. Erud. Lips.* 1686. p. 317.) quem librum latine vertit vir doctus, sub literarum notis *P. S.* latens, *Traiecti ad Rhenum*, 1689.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		1689. 8. vel *De structura Bibliothecae Juridicae*, *Londini* 1689. 8. differendo, vel denique vitas eruditorum hominum Scotiae describendo. *Lives and Characters of the most eminent Writers of the Scotsh Nation*, *Edinburg*, 1708. & 1711. duobus Tomis, fol. quae post eius mortem viderunt lucem.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.		Nat. 1636.=ɵ. 1691.
1658. = 1705.		vid. *Gibert*, *Jugemens sur les Auteurs de la Rhetorique*, p. 289.=294. Tom. VIII. *Baillet Jugemens*. — *Jac. Georg. de Chaufepié*, *Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (George) *Mackenzie*, Auteur Ecossois. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1412.
	1681.	*Cornelius van* ECK, Arenaco Gelrus, ICtus, & Philologus primum Franeqveranae, tum Rheno-Traiectinae Academiae, hoc anno *Dissertationem de Morte*, *Lugduni Batavorum* 4. defendit. Cetera eius Scripta post diligentiam *Burmanni*, & *Vriemoetii* commemorare non est opus. Id solum addere debeo, *Dissertationem* eius *inauguralem de Septem damnatis Legibus Pandectarum*, *seu Crucibus* ICtorum repetiisse *Johannem L. B. de Meerman*, in *Supplemento* Patris *Gerardi*, ad *Thesaurum Novum Juris Civilis*, & *Canonici*. f. Tomo VIII. p. 569=586. et *de Quota Litis*, ibidem p. 587=598.
		Nat. =ɵ. 1732.
		vid. Series Professorum Traiectinorum Drakenborchiana, n. XLIX. — *G. Burmanni Traiectum Eruditum*, p. 90.=92. — Eius *Elogium*, in *Emon. Lucii Vriemoet Athenis Frisiacis* n. LXXXV. p. 678.=681. — Illustr.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus:		*Meermannus* in Praefat. ad Supplementum modo ante laudatum, p. IX.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.	1681.	*Theodorus* RYCKIVS, (vulgo: *de Rycke*,) Arenaco-Gelrus, Historicus, & Philologus Academiae Lugduno Batauae, non confundendus cum *Iusto Rycquio*, vt supra Part. IV. p. 176. a me adnotatum esse memini, idemque peccatum commisit *Cornel. Valer. Vonck*, in Praefatione ad *Hugenii Doesburgum*, p. LXXVI. hoc anno *Orationem de Gigantibus*, *Rheno-Lugduni*, habuit, quam cum *Dissertatione* de *Primis Italiae Colonis & Aeneae aduentu*, *Lucae Holstenii Notis & Castigationibus postumis in Stephani Byzantini* Ἐθνικὰ, item *Scymni Chii Fragmentis*, antea non editis, Appendicis loco adiunxit, *Lugd. Batav.* 1684. fol. a p. 395.=494. paulo post *ad Cornelium Tacitum Animaduersiones* scripsit, *Lugd. Bat.* 1686. 8. ipsumque *Tacitum* adnotationibus illustravit, ibidem, 1687. 8. Circa eadem fortassis tempora *Orationem de Palingenesia literarum in terris nostris* recitauit, industria *Georg. Nicol. Kriegkii*, *Jenae*, 1703. recusam, 4. Nat. 1640.=0. 1690. vid. *Morhofius* IV. *Polyb. Liter.* c. VII. §. 7. p. 800. & c. XIII. §. 4. p. 895. Tom. I.
	circa 1682.	*Nicolaus* CALLIACHIVS, Cretensis, Rhetor, & Philologus Venetus, ad Cathedram Gymnasii Patauini accitus A. 1681, cuius tamen omnia Scripta post mortem demum in lucem exierunt, veluti *De ludis scenicis Mimorum & Pantomimorum Syntagma postumum*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi-pibus. *Leo-poldo, Ferdi-nandi III. Filio* 1658. = 1705.		*mum*, quod *recensuit*, & *praefatione auxit Marcus Antonius Madero*, Venetae D. Marci Bibliothecae Curator, *Patavii* 1713. 4. repetitum postea in *Sallengrii Novo Thesauro*, Tom. II. p. 699. Sic varias eius Dissertationes primus & solus edidit *Joh. Polenus*, in *Thesauri vtriusque Antiquitatum Romanarum Graecarumque nouis Supplementis*, Venetiis, 1737. fol. veluti *de Gladiatoribus*, Tomo III. p. 333. *De suppliciis servorum*, ibid. Tom. III. p. 473. *De Osiride*, Tomo IV. p. 305. *De sacris Eleusiniis, & eorum mysteriis*, Tom. IV. p. 317. item aliam, vt videtur, *Dissertationem de ludis scenicis*, primum editam, ibid. Tomo V. p. 461. & *De Circensibus ludis*, ibid. Tom. V. p. 473. Nat. 1645.=⊖. 1702. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. V. p. 387. 388. — *Nicol. Comneni Papadopoli Histor. Gymnasii Patavini*, Lib. II. Sect. II. c. XL. p. 180. c. LII. p. 186. c. LVI. p. 190. inprimis L. III. Sect. II. c. XXXVI. p. 383. 384. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Nicolas) *Calliachi*. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1127.
	circa 1682.	*Thomas* CORNELIVS (vulgo: CORNEILLE, le Jeune,) *Petri*, de quo supra p. 38. frater, poëta tragicus, & Lexicographus Gallo-Francus, cuius non modo sunt Adnotationes ad *Claudii Fabri Vaugelasii* animadversiones Lingvae Francicae, (*Claude Favre de Vaugelas Remarques sur la Langue Françoise. Nouvelle Edition revuë & corrigée avec des Notes de Thomas Corneille*,) *Amster-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*sterdam*, 1690. 12. mai. duobus Tomis, &. *Parisiis*, 1738. 12. tribus Tomis, sed etiam *Libri Metamorphoseon Ovidianarum* francicis versibus illustrati; (*Les Metamorphoses d'Ovide mises en vers François par Thomas Corneille, de l'Academie Françoise, à Liege,*) 1698. 8. 3. Tomis, tum Fabulae theatrales, (*Le Theatre*) ex editione emendatiore, & auctiore *Amstelaedamensi*, 1716. 12. Tomis V. item Poëmata Dramatica (*Poëmes dramatiques*) ex nova editione *Parisiensi*, 1738. 8. Tomis V. Nat. 1625. = ϴ. 1709. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. IV. *des Poëtes Modernes*, p. 359. 360. n. 1542. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1176. 1177.
	1682.	*Antonius* DESGODETS, Architectus, & Archaeologus Parisiensis, hoc anno euulgauit: *Les Edifices antiques de Rome dessinés & mesurez exactement, Paris*, fol. mai. Nat. 1653 = ϴ. 1728.
	1682.	*Bernardus* MONTEFALCO, (vulgo: *de Montfaucon*,) Monachus Benedictinus S. Mauri, Historicus, Philologus, & Archaeologus Parisiensis, hoc anno iam eius *Analecta Graeca, siue varia Opuscula Graeca hactenus non edita* prodiisse adnotat *Fabricius, Bibl. Graec.* L. VI. c. X. p. 835. Vol. XIII. nisi operarum illic peccatum sit. Equidem habeo eadem *Analecta*, quae in titulo *ex MSS. Codicibus* eruisse, *Latine* vertisse, & *Notis* illustrasse dicuntur *Monachi Benedictini Congregationis Sancti Mauri*, *Lutetiae*

Pa-

SAEC. XVII. | AER. CHR. | PARS QVINTA.

Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.

Parisiorum 1688. 4. Quicquid sit, ab eo certe annorum inde circuitu insigniter florere coepit, scriptis, et editis quam plurimis ingenii & industriae monumentis, veluti: Assertione Historiae Judithae, (*La verité de l'histoire de Judith*,) *Parisiis*, 1690. 12. — *Vindiciis editionis S. Augustini a Benedictinis adornatae, adversus Epistolam Abbatis Germani*, *Romae*, 1699. 12. — *S. Athanasii Operibus meliore versione, notisque & observationibus historicis ac Criticis* illustratis, *Parisiis*, 1699. fol. — *Diario Italico*, *Parisiis* 1702. 4. eodemque anglice verso a *Iohanne Henly*, *Londini*, 1725. fol. — *Collectione Nova Patrum, & Scriptorum Graecorum*, *Parisiis*, 1706. fol. (v. *Journal des Savans*, Tom. 35. 1707. *Jan.* p. 30.) — *Palaeographia Graeca*, Paris. 1708. fol. — *Philonis Iudaei* libro *de vita contemplativa*, francice reddito, *Paris.* 1709. 12. — *Epistola, an vera sit narratio Rufini de baptizatis pueris ab Athanasio puero*, &c. *Parisiis*, 1710. 8. — *Origenis Hexaplis*, multis partibus auctioribus, *quam a Flaminio Nobilio, & Joh. Drusio edita sunt*, cum *Lexico Hebraico ad Origenis Hexapla*, *Parisiis*, 1713. fol. duobus Tomis. — *Bibliotheca Coisliniana, olim Segueriana*, *Parisiis* 1715. fol. — *Iohannis Chrysostomi Operibus omnibus, quae extant, vel quae eius nomine circumferuntur, nova interpretatione, Praefationibus, Monitis, Notis*, &c. illustratis., *Parisiis*, 1718. = 1738. fol. XIII. Codicibus. — Antiquitate explicata, & innumeris iconibus illustrata, (*Antiquitéz expliquée, & representée en figure*) quinque Tomis, *Parisiis*, 1719. fol. (v.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		(v. *Act. Erud.* 1720. *Junio* menſe, p. 241.) iterum, *Pariſiis* 1722. fol. decem codicibus, additis poſtea Supplementis, (*Supplemens au Livre de l'Antiqvité expliqvée, Paris,* 1724. fol. quinque codicibus, — Monumentis Monarchiae Francicae, (*Les Monumens de la Monarchie Françoiſe, à Paris* 1729. fol.) quinque Codicibus, & tandem *Bibliotheca Bibliothecarum Manuſcriptorum nova, Pariſiis,* 1739. fol. Tomis duobus. Praeter hos maioris moduli libros plures quoque alias paſſim minores ſcripſit disputationes, tanquam: *Conjectures ſur une pierre gravé antiqve* in *Hiſtoria Acad. Reg. Inſcript.* Tom. I. p. 279. — *Diſſertation ſur le Phare d'Alexandrie, ſur les autres Phares, batis depuis, & particulierement ſur celui de Boulogne,* in *Memoriis Acad. Pariſienſis Inſcriptionum*, Tom. IX. p. 278.=302. — *Diſſertation ſur la plante appellée Papyrus, ſur le Papier d'Egypte, ſur le Papier de coton, & ſur celui, dont on ſe ſert aujourd'hui,* in iisdem *Memoriis Pariſienſibus Acad. Inſcr.* Tom. IX. p. 302.=308. — *Sur les anciennes Divinitez d'Egypte*, vbi depicta eſt: *Iſis repreſentée avec un Epervier*, quod ſimulacrum abſoluto iam vtroque Antiquitatis explicatae opere a duce *Bullioneo* dono acceperat, in *Hiſtor. Acad. Reg. Inſcript.* Tom. XIV. p. 7. — *Discours ſur les Monumens antiqves, ſur ceux de la Ville de Paris, & ſur une Inſcription trouvée ou bois de Vincennes,* in *Memoriis Ac. Reg. Inſcript.* Tom. XX. p. 126.=137. item: *Diſſertation ſur les Modes & les vſages du Siecle de Theodoſe le grand et d'Arcadius ſon Fils,* in iisdem

SAEC. XVII.	AER CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		dem *Memoriis Acad. Inſcript.* Tom. XX. p. 197.=221. Nat. 1655.=⊖. 1741. vid. *Anſelmi Banduri Bibliotheca Nummaria*, n. CLXX. p. 184. — *Jo. Alb. Fabricius Bibl. Graec* L. VI. c. X. p 835.=849. Vol. XIII. — *Heumanni via ad Hiſtor. Liter.* c. III. §. IX. p. 39. — *Io. Matthi. Gesnerus* ad *Iſagogen*, §. 137. p 148. Tom. I. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom I. Vol. II. p. 1451. — *Eloge du P. de Montfaucon par Mr de Boze*, in *Hiſtoria Acad. Reg. Inſcript.* Tom XVI. p. 320.=334. — *Elogio del Padre Don Bernardo de Montfaucon* in Ephemeridibus Literariis, (*Giornale de Litterati, da Mebus*, 1742.) Tom. I. Part. I. p. 158.
	1682.	*Antonius* PAGIVS, Roguis, oppidulo non longe ab *Aquis Sextiis* ſito, ortus, Franciſcani ordinis Sacerdos, Chronologus accuratae eruditionis, & Hiſtoricus Aquae Sextienſis, hoc anno egregiam ſuam *Diſſertationem Hypaticam, ſeu de Conſulibus Caeſareis ex occaſione inſcriptionis Foroiulienſis Aureliani Auguſti*, &c. in vulgus emiſit, *Lugduni*, 4. Poſtea de rerum ſeu civilium ſeu Chriſtianarum ſcientia immortaliter meruit *Critica* ſua *Hiſtorico Chronologica, in univerſos Annales Eccleſiaſticos Caeſaris Baronii*, primum *Pariſiis* 1689. fol. tum *Antwerpiae* 1705. fol. & 1727. fol. IV. codicibus, tandem iunctim cum *Baronio*, *Lucae* 1738.=1745. fol. promulgata. Quid ſibi velint verba *Ludov. Timothei Spittleri*, Stutgardienſis Philologi, in Praefat. ad *Hiſtoriam Eccleſiaſticam* (*Grundris der Geſchichte der Chriſtlichen* Kir-

SAEC. XVII | AER. CHR. | PARS QVINTA.

Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.

Kirche, Gottingen 1782. 8.) p. 13. (22.) cum ait: Sine Turretino Pagius numquam in lucem prodiisset, equidem non intelligo.
Nat. 1624.=Θ. 1699.
Icon eius ante editionem *criticae Baronianae* Antwerpiensem.
vid. *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CLVIII. p. 132=133. — *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. V. p. 254. f. — *Io. Matthi. Gesnerus* ad *Isagogen*, §. 589. p. 480. 481. Tom. I.— *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Antoine) *Pagi*, nâqvit à Roqves. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1486. – *Elogium* eius legitur in *Apparatu ad Caesaris Baronii Annales*, *Lucae*, 1740. fol. p. XVII. XIX. aliaque, idem *Elogia* vsqve ad p. XXV.

1682. *Johannes Henricus* BERGERVS, Gera-Variscus, ICtus, et Philologus Witebergensis, eo anno *De distrahendi pignoris Iure*, *Lipsiae*, disseruisse dicitur. Eius *Resolutiones Legum ex Compendio Lauterbachii* prodierunt, *Witebergae*, 1699. 8.
Nat. 1657.=Θ. 1732.
vid. *Ioh. Fabricii Historia Bibliothecae*, Part. IV. p. 165. 166. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1078. — *Joh. Friedrich. Juglers Beytraege zur Juristischen Bibliothek*, *Leipzig*, 1773. 8. Tom. I. Part. I. n. III. p. 38.=60.

1682. *Fridericus Benedictus* CARPZOVIUS, *Johannis Benedicti* II., Theologi, Filius, *Iohannis Benedicti* III. Philologi Ebraei, vti etiam

Sa-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*Samuelis Benedicti*, sacrorum antistitis Dresenensis, frater, Senator Lipsiensis, ICtus, & Philologus. Quamquam iam A. 1680. ex eius Museo *Aegidii Menagii Iuris Civilis Amoenitates*, *Lipsiae*, 8. prodierant, tamen nunc coepit inclarescere, postquam in societatem hominum eruditorum, Acta Lipsiensia conscribentium, venerat, teste *Io. Burc. Menckenio*, in *Bibliotheca*, p. 97. paulo post *Huberti Langueti Epistolas politicas & historicas* quibusdam *Epistolis ad Augustum, Saxoniae Electorem*, auctas edidit, *Lipsiae*, & *Francofurti*, 1685. 12. Post eius mortem typis renouata prodiit *Dissertatio de Virgilii Ecloga Quarta, an inibi Christi natiuitas celebretur*, quam olim disceptatore *Frid. Rappolto* A. 1699. defenderat, *vna cum programmate funebri*, *Lipsiae*, 1700. 8. Nat. 1649 = ɵ. 1699. vid. *Io. Georg. Graevius*, in Praefatione, ad *Orationes Ciceronis*, p. 64. *Praef.* & *Epist.* vbi *Senator reipublicae Lipsiensis & decus suae patriae vnicum* dicitur. — *P. Burmannus* in *Praefatione* ad *Phaedrum*, * 6. *vir illustrissimus* appellatur, *& in Germania sua communis eruditorum Maecenas*, item in *Praefatione ad Velleium* ** 7. *vir insignis*, *& omnium sui aeui doctorum cultor & fautor*, praeterea ad *Syllogen Epistolarum*, Tom. IV. p. 401. — *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. V. p. 417. — *C. A Heumanni Via ad Hist. Liter.* c. IV. § LX. p. 186. (a). — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1137.
	1682.	*Iohannes Baptista* CROPHIVS, Auguſtanus, Archaeologus, hoc anno *Antiquitates Ma-*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. =		*cedoniae, sive de regio Macedonum principatu, moribus, atque militia Dissertationem*, disceptatore *Ioh. Andrea Schmidio, Jenae*, 4. emisit, a *Gronovio* in *Thesauri Antiqvit Graec.* Tom. VI. p. 2855. typis repetitam: vti etiam postea eodem *Schmidio*, colloquii literarii moderatore, *Dissertationem de Gymnasiis literariis Atheniensium*, *Jenae* 1688. 4. defendit. v. *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CVI. p. 89. 90.
1705.	1682.	*Nicolaus* GURTLERVS, Basileensis, Theologus Calvinianus, Historicus, & Philologus, mox Herbornensis mox Bremensis, mox Dauentriensis, tandem Franeqveranae Academiae, hoc anno *Lexicon Latinum, Graecum, Germanicum, & Gallicum, Basileae*, 8. emisit. In ceteris eius libris describendis nolo, quod mihi fecit *Emo Lucius Vriemoet* in *Athenis Frisiacis*, n. XCVI. p. 744.=750. otio abuti. Jndicare saltem liceat, quam omisit, eius *Vitam Matthiae Netheni Oratione parentali descriptam*, *Herbornae* 1687. 4. Nat. 1654.=ϴ. 1711. vid. *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Nicolas) *Gurtler*, Theologien.
	1682.	*Johannes Burcardus* MAIVS, (vulgo: *May*,) Pfortzeimensis, Marchionatus Durlacensis, Historicus, Philologus, & Rhetor, primum Durlacensis, tum Kiloniensis, ab hoc anno *Relationes historicas* scribere coepit, *Francofurti* 1682. 8. editas. tum *Lysiae*, Oratoris Graeciae disertissimi, *Orationes a*

Io-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.		*Iodoco van der Heidio Graece & Latine simul editas* denuo recognovit praefatione addita, *Marburgi Cattorum*, 1683. 8. porro iuuentutem Academicam ad colloquiorum eruditorum vsum cohortatus est, (*Ioh. Burchard May Vorschlag an die studierende Jugend in Kiel wegen anzustellender gelehrter Unterredungen*, *Kiel*.) 1697. 4. item *Io. Henr. Boecleri de rebus Saeculi XVI. librum memorialem cum Commentario* recensuit, emendauit, & locupletavit, *Kilonii*, 1697. 8. mox *Dan. Georg. Morhofii Dissertationes Academicas & Epistolas* in vnum corpusculum, cum *Autoris vita* & sua *praefatione* redegit, *Hamburgi*, 1699. 4. tum *Eloquentiam cum Historia, prudentiaque civili, coniungendam* suasit, *Kilonii* 1715. 4. & *Dan. Georg. Morhofii de ratione conscribendarum Epistolarum libellum* auxit, *Lubecae*, 1716. 8. Nat. 1652. = ⊖. 1726. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1416.
	1682.	*Petrus* ALLIX, domo Gallo-Francus, habitatione Anglo-Britannus, Theologus Calvinianus, & Philologus, hoc ipso anno *Expostulationem de S. Ioh. Chrysostomi Epistola ad Caesarium aduersus Apollinarii Haeresin a Parisiensibus aliquot Theologis suppressa* praemisit *S. Anastasii Anagogicarum Contemplationum in Hexaëmeron Libro XII. Londini.* 1682. 4. tum Historiam Ecclesiasticam Pedemontanam, & Albigensium, anglica dialecto scripsit, (*Some Remarks upon the Ecclesiastical History of the ancient Churches of Piedmont*, *London*, 1690. 4. & *Remarks* upon

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*upon the Ecclesiastical History of the ancient Churches of the Albigenses, London*, 1692. 4.) item *Diatriben de anno & mense natali Iesu Christi, Londini* prodire iussit, 1710. 8. Eius quoque esse censetur *Dissertatio* de *Tertulliani vita, & scriptis* sine anno & loco, 8. Nat. 1641 =Θ. 1717. vid. *Dan. Gerdes Florilegium Libror. Rarior.* p. 15 =17. — *Iac. Georg. de Causepié Nouveau Dictionaire*, Tom. I. voc. (Pierre) *Allix*, Theologien. — *Dav. Clement Bibliotheqve curieuse*, Tom. I. p. 200. (1.) (2.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1019.
	1682.	*Guilielmus* CAVEVS, Canonicus Windforienfis, Theologus, Historicus, & Philologus, hoc anno non modo Vitas Theologorum vetustiſſimorum post C. N. sub titulo: *Apostolici: or the Lives of the primitive Fathers, London*, fol. sed etiam sequentium Saeculorum, hac Epigraphe: *Ecclesiastici, or the History of the Lives, Acts, Death, and Writings of the most eminent Fathers, London*, 1683. fol. emisit, mox *Antiquitates Apostolicas* & *Christianas* itidem anglice descripsit, hac indicis formula: *Antiquitates Apostolicae. Or the History of the Lives, Acts, and Martyrdoms of the holy Apostles* &c. *London*, 1684. fol. praeterea eius diligentiae debebatur *Chartophylax Ecclesiasticus, quo prope M D Scriptores ecclesiastici tam minores, quam maiores* &c. recensentur, *Londini* 1685. 8. & cum *Paralipomenis Pauli Colomesii, Lipsiae*, 1687. 8. Tandem maximam

Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.

mam ei laudem peperit *Scriptorum Ecclesiasticorum Historia litteraria a Christo Nato vsque ad Seculum XV. Londini*, Tom. I. 1688. Tom. II. 1698. fol. (v. *Act. Erud.* 1690. p. 75. & 1699. p. 153.) typis renovata *Genevae*, 1705. fol. inprimis vero *ab ipso auctore ante obitum recognita & auctior facta*, *Oxonii*, 1740. 1743. fol. duobus codicibus, ad quam incerti hominis Anglo-Britanni *B. B. Additiones ad Cavii Scriptorum Ecclesiasticorum Historiam Litterariam*, in *Miscellaneis Observationibus*, Vol. IV. Tom. III. p. 398.=402. item in *Whartoni Appendicem*, p. 403.=408.

Θ. 1713.

vid. *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. III. p. 178.=185.

1682. *Theodorus Janssonius ab* ALMELOVEEN, Meidrechtano-Traiectinus, Medicus, & Philologus Academiae Harderovicenae, hoc anno *De vitis Stephanorum celebrium Typographorum*, *Roterodami*, 8. & *Amstelaedami*, 1683. 8. disseruit. Cetera eius scripta hoc loco commemorare, post *G. Burmanni* diligentiam inutile & putidum foret.

Nat. 1657.=Θ. 1712.

vid. *Morhofius* IV. *Polyh. Liter.* c. II. §. 6. p. 732. & c. XII. §. 7. p. 879. Tom. I. — *Io. Fabricii Histor. Bibliothecae*, *Part.* II. p. 268. — *Sincerus Hollandus* (h. e. *Petrus Burmannus*, maior,) in *Miscellan. Observationibus*, Vol. V. Tom. III. p. 138. 139. — *G. Burmanni Traiectum eruditum*, p. 7.=10. — *David Clement Bibliotheqve curi-*

euse

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*eufe*, Tom. I. p. 202.=204. (6.)=(8.) — *Paqvot Mémoires*, Tom. I. p. 94.=103. — De eius labore in colligendis Epigrammatis & poëmatibus non admodum benigne iudicat *Burmannus*, *Praefat.* ad *Anthologiam*, XLIII. XLIV.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.	1682.	*Jacobus* BASNAGIVS, *Henrici* maioris filius, Rothomagensis, Theologus Calvinianus, Historicus, & Philologus, ortu Gallo-Francus, habitatione & munere Haga Batavus, eo anno propositam a sacerdotibus Francicis viam & rationem reconciliandi Anti-Pontificios & Pontificios, *Coloniae Agrippinae*, 1684. 12. sub examen vocauit, (*Examen des Methodes proposées par l'Assemblée du Clergé de France en* 1682. *pour la Reunion des Protestans avec l'Eglise Romaine, à Cologne*,) tum *D. Chrysostomi Epistolam ad Caesarium Monachum ad exemplar Emerici Bigotii*, recognovit *Traiecti ad Rhen.* 1687. 8. nec vno modo vel de rebus Judaicis, vel Christianis, etiam Batauis, bene meruit. Documento sint hi eius libri: *Histoire de la Religion des Eglises Réformées pour servir de Reponse à l'histoire des Variations par Mr. l'Eveqve de Meaux*, *Rotterdam*, 1690. duobus codicibus, 12. — *Histoire de l'Eglise*, *Rotterdam*, 1699. fol. duobus codicibus, (v. *Act. Erudit.* 1699. p. 402. 433. 481.) — *Histoire du vieux & du Nouveau Testament, representée en tailles douces par Romain de Hoogue, avec une Explication*, *Amsterdam*, 1704. & 1721. fol. — *Histoire de la Religion des Juifs* de-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.		*depuis J. C. jusqv'à present, pour servir de Continuation à l'histoire de Joseph, Rotterdam*, 1716. fol. nouem codicibus, ad quem librum *G. Cuperus* varia animadvertit in *Literis Criticis*, p. 392.=402. — *Annales des Provinces unies depuis les Negotiations pour la paix de Munster*, (1648. *jusqv'en* 1667.) *avec la Description historiqve de leur Gouvernement, Haye*, 1719. fol. — item: *Dissertation historiqve sur les Duels & les Ordres de Chevallerie, par Mr. B.* (i. e. Jaqves Basnage) Amsterdam, 1720. 8. post eius vero demum mortem prodiit: *Thesaurus Monumentorum Ecclesiasticorum & Historicorum, seu Henrici Canisii Lectiones Antiquae cum Praefationibus historicis Jacobi Basnage*, Tomis IV. *Antwerpiae*, (vel potius Amstelaedami,) 1725. fol. excusis. Nat. 1653.=Θ. 1723. Imago eius non ineleganter depicta est ante Historiam veteris & Novi Testamenti, *Amstelaedami* 1721. fol. vid. *Io. Alb. Fabricius Bibl. Graec.* L. VI. c. X. n. XXXV. p. 759.=780. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1065.
	1682.	*Guilielmus van* FOCKENBROCH, Amstelaedamensis, Versificator Batauus, Scarronis Francici similis, hoc anno eius *Thalia, of geurige Zang-Godin* lucem vidit, *Amstelaedami*, 12. tribus codicibus. Θ. 1695. vid. *Paqvot Mémoires*, Tom. V. p. 370. 371.
	1682.	*Salomon van* TILL, Vespensis Batauus, Theologus, & Philologus Academiae Lug-

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.		duno-Batauae, hoc anno viam aperuit ad intelligentiam Vatum divinorum, (*Inleiding tot de Prophetische Schriften* &c.) *Alcmariae.* 4. Noti sunt eius *Posphorus Propheticus, Lugduni Batavorum*, 1700. 4. *Commentarius* de *Tabernaculo Mosis*, Amstelaedami 1714. 4. & *Methodus Concionandi. Trai. ad Rhen.* 1717. 4. . Nat. 1644.=☉. 1713. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1653. — *Paquot Mémoires*, Tom. XVIII. p. 151.=178.
	1683.	*Antonius* MAGLIABECHIVS vel MAGLIABEQVIVS, nomen suum traxit ab ignobili *Mugellanae* regionis vico *Maglia-becco*, vbi parentes eius degebant, Magno Etruriae Duci a bibliotheca, & Polyhistor, multis modis, vel Animaduersionibus, vel Excerptis, vel Epistolis homines eruditos adiuuit. Vnde factum, vt ab omnibus paene alicuius nominis viris doctis per *Germanos*, *Batauos*, *Italos* consuleretur, et cum illis literarum consuetudinem haberet. Sic multum contulisse fertur ad *Leonardi Nicodemi* Supplementa Bibliothecae Neapolitanae Nicolai Toppii, (*Addizioni alla Bibliotheca Napoletana del Toppi*,) *Neapoli*, hoc anno fol. edita. Similiter Notitiam Literariam illustrium hominum Academiae Florentinae, (*Notizie Letterarie ed Istoriche intorno agli Huomini illustri del Academia Fiorentina*, *Firenze*, 1700. 4. v. Act. Erud. 1701. p. 500.) maximam partem ab eo profectam esse auctor est *Ioh. Burcard. Menckenius* in *Bibliotheca* sua p 69. Eodem pacto ex eius *Bibliotheca* prodiit *Bened. Accolti Dialogus de praestantia virorum sui aeui*, *Par-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*Parmae* 1692. 8. Quam late vero patuerit eius Epistolarum ad diversos scriptio, testantur *Clarorum Belgarum ad Anton. Magliabechium Epistolae* duobus Tomis, *Florentiae*, 1745. 8. *Clarorum Venetorum* ad eundem itidem duobus Tomis, *Florentiae*, 1745. 8 et *Clarorum Germanorum* ad eumdem *Epistolae ex autographis in Bibliotheca Magliabechiana quae nunc publica Florentinorum est, adservatis descriptae*, *Florentiae*, 1746. 8. editore *Johanne Targionio.* Nat. 1633 =Θ. 1714. Eius Icon est in quatuor numis *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLVII. No V. & Tab. CLVIII. No. I.=III. ad p. 233 f. vid. *Morhofius*, I. *Polyh. Literarii*, c XV. §. 59. p. 169. Tom. I. — *Io. Georg. Graevius* in *Praefat. Cic. Epistol. ad Diversos*, p. m. 35. ed. *Praefat.* & *Epistol. Fabricii*, item in *Praefat.* ad *Ciceronis Epistolas ad Atticum*, p. 44. porro in *Praefatione* ad *Ciceronis Officia*, p. m. 57. & ad *Orationes Ciceronis*, p. 71. — C. A. Heumanni *Via ad Hist. Liter.* c. IV. §. LX. (a.) p. 186. — De eius sorditie singularia quaedam habet *Io. Georg. Keyslerus*, in *Itinere novissimo*, *Epist.* XLIX. p. m. 512. 513. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II p. 1414. — *Petr. Burmannus*, minor, in *Oratione de Maecenatibus*. p. 29.
	1683.	*Petrus* MAVROCENVS, (vulgo: *Morosini*,) Scriptor Numarius, hoc anno *Thesaurum numismatum antiquorum & recentium* in vulgus prodire iussit, *Venetiis* 1683. 4. (v. *Act. Erudit* 1684. p. 527.)

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	1683.	*Franciscus* MEDIOBARBVS, vel potius MEDIOBARBA, (vulgo: *Mezzabarba*,) *Biragus*, Sacri Romani Imperii Comes, & regiae ciuitatis Papiae Decurio, Scriptor Numarius, hoc anno *Imperatorum Romanorum numismata a Pompeio M. ad Heraclium* &c. *Historico Chronologicis notis illustrauit*, *Mediolani*, fol. (v. *Act. Erud.* 1684. p. 199. *Journal des Savans*, Tom. XII. A. 1684. a p. XI.) quae Numismata deinceps *ab innumeris mendis expurgata*, *additionibus usque huc desideratis*, *criticisque Obseruationibus exornata* fuerunt a *Philippo Argelato*, Bononiensi, *Mediolani* 1730. fol. (v. *Act. Erud.* 1733. *Ianuar.* p. 1. seq. *Mémoires de Trevoux* 1731. *Ianuar.* p. 176. seq. *Bibliotheque Italique*, Tom. V. Att. XII. p. 256. & doctiss. *Bimardus* in Animadversionibus ad *Joberti Scientiam rei numariae*, Tom. I. p. 124. 125.) Ad hanc Numismatum Syllogen varias obseruationes scripsit *Valesius*: *Observations sur quelques endroits du Livre où Recueil de Medailles du Comte Mezzabarba*, (in *Historia Acad. reg. Paris. Inscription.* Tom. XII. pag. 309. seq.) item *Suite des Observations sur le Recueil où Catalogue général des Medailles Imperiales, publié par le Comte Mezzabarbe, par Mr. de Valois*, (in Histor. Ac. Inscript. Tom. XIV. p. 116. = 131.) et alia continuatio: *Suite des Observations sur le Recueil où Catalogue général des Medailles Imperiales*: (ibidem in *Historia Acad. Instr.* Tom. XVI. p. 145. = 154. Eius imago cernitur ante haec Imperatorum Romanorum Numismata.

vid.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		vid. *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CXIII. p. 100. 101.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1683.	*Leonardus* NICODEMVS, Bibliographus Neapolitanus *Nicolai Toppii* Bibliothecae Neapolitanae amplificator.
	1683.	*Abrahamus Nicolaus* AMELOT*us* HVSSAEIVS, f. de la HOVSSAYE, Aurelianensis, Historicus, & Philologus, hoc anno *Pauli Sarpii Historiam Concilii Tridentini* francice vertit, Amstelaedami, 4. & ex repetita meliorique editione A. 1686. (v. *Fresnoi Catalogve des Historiens*, Tom. III. p. m. 89.) eodemque anno *Tiberium* h. e. Adnotationes politicas in *Tacitum*, *Bruxellis* 4. & Parisiis 1684. 1685. 8. scripsit, (argumento *disputationis Criticae* de variis *interpretibus Taciti* in limine eius versionis, Francicae *Taciti*, p. XXXVI. ed. meae, *Parisiensis* 1724. 8.) Praeterea doctrinam merum intuitu assentationis, ad mentem Taciti explicuit, (*La Morale de Tacite. De la Flaterie par le Sieur Amelot de la Houssaye*, à *Paris*, 1686. 12. quo in libro cum *Perottum Ablancurtium*, Taciti interpretem, Gallo-Francicum saepius notasset; praemii loco *Ablancurtium vindicatum* ab illius filio *Fremondo* abstulit. (*M. Perrot d'Ablancourt Vangé, où Amelot de la Houssaye, convaincu de ne pas parler François, & d'expliqver mal le Latin*, à *Amsterdam*, 1686. 12.) quo facto ipse *Tacitum* francice loqui iussit, additis, vt mos tum erat, *Observationibus politicis*, *Parisiis* 1690. 4. quae interpretatio saepius recusa est typis, tamquam inprimis cum alius in-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		incerti interpretis versione, Amstelaedami, & Hagae Comitum, 1716 =1732. 12. octo codicibus. (v. *Fabricii Bibl. Lat.* L. II. c. XXI. p. 402. 403. Tom. II. ed. Lipsiensis) Post eius vero mortem prodiisse existimo cum Commentarios Historicos, *Mémoires historiques, politiques, Critiques, & Literaires, à Amsterdam*, 1722. 12.) duobus Tomis, tum vitam Cardinalis *Arnaldi Ossati*, in eius *Epistolarum* limine, (*Lettres du Cardinal d'Ossat, à Amsterdam* 1732. 12.) ⊖. 1706. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 465. n. 977. — *Morhofii Polyb.* Lit. L. I. c. XIX. §. 43. p. 225. Tom. I. — *Fabricii Histor. Bibl.* Tom. IV. p. 194. — *Jacob. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. I. voc. (Abraham Nicolas) *Amelot de la Houssaye*, nâqvit a Orleans. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1022.
	1683.	*Nicolaus* MALEBRANCHIVS, Parisiensis, Congregationis Oratorii Presbyter, Philosophus Cartesianus, hoc anno edidit Meditationes Christianas, (*Meditations Chretiennes, à Cologne*, 12.) v. *I. B. L. Osmont Dictionaire Typographique*, Tom. I. p. 437. 438. Nat. 1638. = ⊖. 1715. Imago eius in numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLIX. n. VII. ad p. 239. f. vid. *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. III. p. 485. 486. — *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos.* Tom. V. Period. III. Part. II. L. II. c. I. §. XIV = XVII. p. 588. = 598. & in *Appendice* f. Volum. VI. p. 909. = 911. — *Moshemii Institut. Hist. Eccles.* Saec. XVII.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi pibus. — *Leo poldo, Ferdi-*		XVII. Sect. I. §. XXXV. (q.) — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Nicolas) *Malebranche*, Philosophe François. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1417.
nandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1683.	*Carolina Catharina* PATINA, Caroli *Patini* (de quo supra P. V. p. 91.) filia, Parisiensis, picturae & rei numariae studiosa femina, hoc anno Dissertationem *de numo Caracallae, in quo Phoenix expressa, Venetiis* 4. in vulgus exire iussit. (v. *Act. Erud.* 1684. p. 587.) vid. *Anselmi Banduri Bibliotheca Nummaria*, n. CXXI. p. 106. — Duas *Patinas* distinxit *Iohann. Mollerus* in *Homonymoscopia*, Sect. II. c. VII. §. 97. p. 710. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. III. p. 94. 95. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom.I.Vol.II p.1724.
	1683.	*Daniel Guilielmus* MOLLERVS, (vulgo: *Moeller*,) Posoniensis Hungarus, *Wagenseilii* gener, Historicus, et Philosophus Academiae Altorfinae, quinqvaginta circiter Historicorum veterum et aliquot recentiorum Vitis clarus, tamquam De *Q. Curtio Rufo*, *Altorfi*, 1683. 4. *De Q. Curtii Rufi Historici aetate*, Altorfi, eod. A. 4. *De Cornelio Nepote*, ibid. 1683. *De C. Sallustio Crispo*, ibid. 1684. *De L. Annaeo Floro*, ibidem 1684. *De Iustino*, ibid. eod. A. *De Valerio Maximo*, ibid. eod. *De Suetonio Tranqvillo*, ib. 1685. *De Velleio Paterculo*, ibid. eod. *De S. Aurelio Victore*, ib. eod. *De Eutropio*, ib. eod. *De Ammiano Marcellino*, ib. eod. *De Paulo Diacono*, ib. 1686. *De*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi-pibus. *Leo-poldo, Ferdi nandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*De C. Cornelio Tacito*, ib. eod. *De M. Aurelio Cassiodoro*, ib. eod. *De Severo Sulpicio*, ib. eod. *De Flav. Vopisco*, ibid. 1687. *De Sexto Rufo*, ib. eod. *De Aelio Spartiano*, ib. eod. *De C. Iulio Caesare*, ib. eod. *De Tito Livio*, ib. 1688. *De Aelio Lampridio*, ibid. eod. *De C. Plinio Secundo*, ib. eod. *De Iulio Capitolino*, 1689. ibidem. *De Valerio Corvino Messalla*, ib. eod. *De Trebellio Pollione*, ib. eod. *De Paulo Orosio*, ibid. eod. *De Volcatio Gallicano*, ibid. 1690. *De Sext. Iulio Frontino*, ibid. eod. *De Iornande*, ibid. eod. *De Q. Fabio Pictore*, ibid. eod. *De L. Apuleio Madaurensi*, ibidem 1691. *De Iulio Exuperantio*, ibid. eod. *De Iul. Caesare Bulengero*, ibid. eod. *De Iohanne Annio Viterbiensi*, ibid. 1692. *De Iohanne Meursio*, ib. 1693. *De Masurio Sabino*, ibid. 1693. *De C. Iulio Solino*, ibid. eod. *De C. Fannio*, ibid. eod. *De B. Platina*, ibid. 1694. *De Abbate Vrspergensi*, ibid. eod. *De F. Hotmano*, ibid 1695. *De Barn. Brissonio*, ibid. 1696. *De Iohanne Carione*, ibid. 1697. *De Onuphrio Panvinio*, ibid. 1697. *De Ioh. Sleidano*, ibid. eod. *De Iohanne Nauclero*, ibid. eod. *De Angelo Politiano*, ibid. 1698. *De Iohanne Aventino*, ibid. eod. *De M. Anton. Coccio Sabellico*, ibid. eod. *De Anton. Bonfinio*, ibidem eodem A. Quas omnes *Dissertationes Academicas de vitis Qvinqvaginta Historicorum* in vnum digessit corpusculum *Fridericus Roth-Scholtzius*, *Norimbergae*, & *Altorfi* 1726. 4. Ceterorum eius scriptorum commemoratione lubens abstineo. Nat. 1642.=Θ. 1712. vid. *Ioh. Fabricii Hist. Biblioth.* Part. VI. p. 451.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		451. 452. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1448. 1449. — *Alexius Horanyius* in *Memoria Hungarorum*, Part. II. p. 628.=646.
	1683.	*Andreas* MORELLIVS, Bernas Helvetius, rei numariae Archaeologus Arnſtadienſis, apud Principem *Schwartzburgicum*, hoc anno *Specimen rei numariae antiqvae* edidit, *Pariſiis* 8. v. *Act. Erud.* 1684. p. 331. quod poſt XII. annos cum *Ezech. Spanhemii Epiſtolis quinque ad Andr. Morellium* ſcriptis, auctius prodiit, *Lipſiae*, 1695. 8. (v. *Act. Eruditor.* 1695. p. 323.) tum Epiſtolam Conſularem, (*Lettre touchant les Medailles Conſulaires*,) latine & francice ſcripſit, *Amſtelaedami* 1702. 12. quam *Chriſt. Woltereckius Electis* ſuis *Rei Nummariae* inſeruit, *Hamburgi* 1709. 4. p. 42. Quae vero Monumenta vel Columnae Traianae, vel numorum Romanorum erudita manu ſua & pinxerat & radio deſcripſerat, ea poſt eius demum mortem lucem aſpexerunt. veluti *Columna Traiana exhibens hiſtoriam vtriusque belli Dacici a Traiano Caeſare Auguſto geſti ab Andrea Morellio accurate* (non, vt puto, ad ipſum Archetypum, ſed ad exemplar *Bartolianum*,) *delineata & in aere inciſa*, (cuius tabulas ſigillatim, ſine vlla Epigraphe, tenuiori radio deſcriptas, in folio, quales habeo, forſitan a Fritzſchio Lipſienſi *Wetſtenius* Amſtelaedamenſis emerat,) *noua deſcriptione & obſervationibus illuſtrata, cura & ſtudio Antonii Francisci Gorii*, Amſtelaedami, 1752. fol. (v. *Relationes de Libris Novis*, 1752. *Faſcic.* II. p. 375.) Sic quotquot inueniri poterant

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705.		rant numi familiarum Romanarum & Imperatorum primi poſt C. N. ſaeculi, omnes arguta manu depictas in tabulis reliquerat. Vnde poſt eius mortem natus eſt duplex *Theſaurus Morellianus*, alter *Familiarum Romanarum Numismata* continens, duobus codicibus abſolvitur, *Amſtelaedami*, 1734. fol. quorum prior *Familiarum Romanarum Numismata omnia*, cum *numis Miscellaneis, vrbis Romae, Hispanicis & Goltzianis dubiae fidei omnibus*. ſecundus : *Sigeberti Haverkampi Commentarium in Familiarum Romanarum Numismata* omnia &c. exhibet. Alterius vero *Theſauri Morelliani* priores duo Tomi, *Chriſt. Schlegelii, Sigeb. Haverkampi & Anton. Franciſci Gorii Commentaria in XII. Priorum Imperatorum Romanorum Numismata aurea, argentea, aenea* &c. cum praefatione *Petri Weſſelingii*, tertius : *XII. Priorum Imperatorum Romanorum a C. Iulio Caeſare ad Domitianum vsque, nec non Auguſtae domus Numismata aurea, argentea, & aerea cuiuscunque moduli, diligentiſſime conquiſita, & ad ipſos Nummos accuratiſſime delineata a Celeberrimo Antiqvario Andrea Morellio*, continet. vbi etiam accedunt *Columna Traiana ab eodem elegantiſſime in aes inciſa, aliaque pretioſiſſima Antiqvitatis Monumenta, Amſtelaedami*, 1752. fol. (*Relationes de Libris novis*, Vol. I. Faſcic. III. p. 104. ſeq. & *Nov. Act.* Erud. 1753. Febr. p. 49.) Nat. 1646 = ☉. 1703. Valde erravit bonus *Osmontus*, cum ſcriberet in *Dictionaire Typographiqve Hiſtoriqve & Critiqve*, Tom. I. p. 485. *mourut à Ornſtad en Suiſſe.* vid.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. =		vid. *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CXLIX. p. 123.=126. (u.)=(c.) — *Gesnerus* de *Thesauro Numorum* in *Isagoge* ad §. 515. p. 417. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 4452. & Vol. III p. 2160. — *Vita Andreae Morellii ab Andrea Petro Julianellio, Florentinae vniuersitatis Theologorum Cancellario conscripta, curante Antonio Francisco Gorio*, in limine *Columnae Traianae* legitur.
1705.	1683.	*Georgius Ernestus* STAHLIVS, Onoldinus, Medicus, formulae *Stahlianorum* parens, siue Halensis, siue Berolinensis, hoc anno Opusculum *Aetiologiae, Physiologiae Chemiae, Jenae*, 12. vulgauit. Nat. 1660.=⊖. 1734. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1622. & Vol. III. p. 2163. — *Alb. Haller Bibliotheca Botanica*, L. IX. n. 943. p. 62. 63. Tom. II. *Bibliotheca Anatomica*, L. VI. §. DCXLIV. p. 697.—701. Tom. I. & *Bibliotheca Chirurgica*, Tom. I. L. VI. §. 446. p. 542. f.
	1683.	*Johannes Jacobus* VOGELIVS, Theologus, & Historicus Panitianus prope Lipsiam, hoc anno librum *De insignibus Lipsiae, Lipsiae*, 4. edidit. tum alia id genus ad recolendam rerum Lipsiensium memoriam scripsit, veluti Kalendarium Historicum, (*Nützlicher Geschichts-Calender, welker die Lebens-Beschreibungen derer Leipziger Superintendenten und denkwürdigen Begebenheiten in Kirchen und Religions Sachen* &c. *enthaelt.* Leipzig 1698. 8.) Annales Lipsienses,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		(*Leipzigisches Geschicht-Buch oder Annales*, *Leipzig*, 1714. fol.) & *Iohannis Tetzelii*, peccatorum veniae cauponis, (Leben des Ablas-Craemers Joh. Tetzels, Leipzig 1717. 8.) Nat. 1660.=⊖. 1729.
Leopoldo, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	1683.	*Antonius* VAN DALE, Medicus, & Archaeologus Harlemensis, hoc anno primum *De oraculis veterum Ethnicorum Dissertationes* II. edidit, *Amstelaedami*, 8. quae postea longe auctiores iterum, *Amstelaedami* 1700. 4. excusae sunt typis. tum alia non multum dissimilis argumenti Scripta publici iuris fecit, tamquam *Dissertationes de origine & Progressu Idololatriae*, & *Superstitionum de vera & falsa Prophetia*, *vti & de divinationibus Idololatricis Iudaeorum*, *Amstelaedami* 1696. 4. *Dissertationes IX. antiquitatibus & marmoribus cum Romanis*, *tum potissimum Graecis illustrandis inservientes*, *Amstelaedami*, 1702. 4. ad quas multa obseruauit *Cuperus* in literis criticis. & tandem *Dissertationem super Aristea de LXX. interpretibus* cum *Historia Baptismorum*, & *dissertatione de Sanchuniathone*, *Amstelaedami*, 1705. 4. Nat. 1638.=⊖. 1708. vid. *Morhofius* V. *Polyb. Liter.* c. II. §. 6. p. 933. Tom. I. — *Bern. Montefalco* in Praefat. ad *Antiqv. Explic.* Tom. I. p. 7. *Dalenius*, inquit, *quoque in hac palaestra multam retulit laudem.* — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Antoine van) *Dale.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1191. 1192.

Ja-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.	1683.	*Jacobus* LE ROY, nobilis f. Liber Baro S. R. I. Antwerpianus, Historicus, & Archaeologus, hoc anno *Achatem Tiberianum* f. *Gemmam Caesaream D. Augusti Apotheosin, Imperatoris Caesaris Tiberii, Augustaeque Iuliae domus seriem, & Iconas, gentesque bello captas repraesentantem, Amstelaedami* depinxit, & illustrauit. fol. (v. *Act. Erudit.* 1684. p. 255.) quem librum *Jo. Polenus* in *Thesauro Novo*, Tomo II. p. 365. seq. typis renouandum curavit. De hac vero Gemma Tiberiana, quam *Ioannes Tristanus* in *Commentariis Historicis*, Tom. I. p. 100. et *Albertus Rubenius* in *Dissertatione de Gemma Tiberiana*, p. 189. *rei Vestiariae*, spectandam dudum obtulerunt, editorque *Thesauri Morelliani* Imperatorum in calce, Tomi II. & III. repetiit, videndus est *Lambecius in Commentar. Biblioth. Vindobon.* L. II. p. 1000. & *Dan. Nessel.* in *Catalog. MScptorum Appendicis, Additamento* V. p. 179. Huius quoque *Iacobi Regii* est *Topographia Historica Gallo-Brabantiae, Amstelaed.* 1692. fol. Nat. 1633 =⊖. 1719. vid. *Bayle Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Jaqves Le) *Roy*, Baron de St. Empire. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1565.
	1685.	*Campegius* VITRINGA, pater, Leovardiensis, *Coccejii* discipulus, Theologus, & Philologus Academiae Franeqveranae, eo anno *Observationum Sacrarum Libros* VI. *Franequerae* emisit, 4.

Nat.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		Nat. 1659.=⊖. 1722. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibliothecae*, Part. IV. p. 491. & Part. V. p. 558. 559. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1680. — *Elogium* in *Emon. Lucii Vriemoet Athenis Frisiacis*, n. LXXIX. p. 606.= 624.
	1684.	*Franciscus* BLANCHINIVS, (vulgo: *Bianchini*,) Veronensis, variis in palatio pontificum muneribus illustris homo, Theologus, Historicus, Archaeologus, & Mathematicus, plurium librorum & disputationum eximius auctor, tamquam *Orationis de Sacratissima Trinitate hoc anno habita in sacello Pontificio*, editaque *Romae*, 1685. 4. tum Historiae vniversae, (*Istoria vniversale, provata con monumenti e figurata con simboli degli antichi, in Roma*,) 1697. 4. (v. *Act. Erudit.* 1698. p. 19.) porro *de Kalendario & Cyclo Caesaris*, ac *de Paschali Canone S. Hippolyti* Dissertationum duarum, vbi *accessit Enarratio per Epistolam ad amicum de Numo & Gnomone Clementino*, *Romae*, 1703. fol. adhaec *Epistolae de lapide Antiati*, *Hadriano Imperatori dicato*, *in qva agitur de vita Hadriani Augusti*, *Romae*, 1698. quae cum in *Museo Minervae*, *s. Galleria di Minerva*, Tom. IV. Part. V. Venet. 1704. fol. p. 86=89. tum ab Ant. Franc. Gorio repetita est in *Symbolis Literariis*, Vol. VIII. p. 55=69. praeterea, *Epistolae ad Alexandrum Albanum de aureis & argenteis Cimeliis in arce Perusina effossis*, hoc anno, 1717. fol. item: *Memorie concernenti la Città d'Vrbino*,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*no*, *Roma*, 1724. fol. (v. *Catal. Menckenian.* p. 569.) nec non Columbarii Libertorum et Servorum domus Augustae, (*Camera ed Inscrizioni Sepulcrali de' Liberti, Servi ed Ufficiali della Casa di Augusto scoperte nella via Appia ed illustrate con le annotazioni di Franc. Bianchini, in Roma,*) 1727. fol. (v. *Act. Erud.* 1728. p. 331.) Post fata autem viri egregii alia ex eius scriniis prodierunt, veluti: *Lettera sopra un Iscrizione scoperta in Ravenna, nella chiesa di S. Vitale*, in *Sylloge Opusculorum Scientificorum & Philologicorum Angeli Calogerae*, Tom. XIII. p. 231. =243. — *Del Palazzo de' Cesari, Opera posthuma, date in luce da Giuseppe Bianchini, in Lingva Italiana, e Latina, Verona*, 1738. fol. (*Journal des Savans*, 1741. *Fevr.* p. 232.) — *De tribus generibus Instrumentorum Musicae veterum Organicae Dissertatio', Romae*, 1742. 4. — *Dissertazione sopra alcune Medaglie d'oro divisa in tre Lettere, due di Gisberto Cupero, ed una di Francesco Bianchini*, in Dissertationibus Academiae Etruscae Cortonensis, Tom. IV. p. 235. et *Opuscula varia*, a fratris eius filiis, *Gaspare*, & *Francisco Blanchiniis*, fratribus Veronensibus, edita duobus Tomis, Romae 1754. 4.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.		Nat. 1662.=⊖. 1729.
		vid. *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*; p. 227. 228. ed. *Fabric.* — *Scipion. Maffei Verona illustrata*, p. m. 254. — *Jac. Georgii de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. I. voc. (Francois) *Blanchini*, Savant du XVII. Siecle. — *David Clement Bibliotheqve curieuse*, Tom. III. p. 302. (31.)

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		(31.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol II. p. 1086. — *Io. Maria Mazzuchelli Gli Scrittori d'Italia*, Vol. II. Part. II. voc. (Francesco) *Bianchini*, p. 1167.=1181. — *Vitarum Italorum doctrina excellentium, qui Saeculo XVIII. floruerunt, Decas III. auctore Angelo Fabronio, Romae*, 1770. p. 1.–69. — *I. B. L Osmont Dictionaire Typographique*, Tom. I. p. 100.
	1684.	*Nicolaus* BIFFIVS, Philologus, hoc anno *Cl. Claudiani Libros de Raptu Proserpinae Commentario* illustravit *Mediolani.* fol. quem reprehendit *Petrus* minor *Burmannus*, in Praefatione ad *Claudianum*, p. XXIII. Nat. 1625.=Θ. vid. *Io. Maria Mazzuchelli, Gli Scrittori d'Italia*, Vol. II. Part. II. voc. Niccolò *Biffi*, p. 1216. 1217.
	1684.	*Leonardus* COZZANDIVS, Monachus Servitarum Brixianus, Historicus, & Philologus, hoc anno eius *de Magisterio antiquorum Philosophorum Libri VI. Genevae*, 12. prodierunt. Eius quoque esse videtur *Libraria Bresciana nuovamente aperta dal M. R. P. Maëstro Leonardo Cozzando, Brescia*, 1694. 8. (v. *Act. Erud.* 1695. p. 472. Cf. quoque *A. Erud.* 1686. p. 385.) item *Ristretto profano e sagro dell' Historia Bresciana, Brescia*, 1694. 8. Θ. 1694. vid. *Dan. Gerdesii Florileg. Libr. rar.* p. 96. 97. — *J. O. Meukenius*, in *Criticae Literariae Specimine* I., *Miscell. Novorum Lipsiensium*, Vol. I. Part. I. p. 91. (1.) — *Da-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*David Clement Bibliotheque Curieuse*, Tom. VII. p. 317. 318. (74.) (75.)
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1684.	*Johannes Maria* LANCISIVS, Romanus, Pontificum Innocentii XI. et Clementis XI. Medicus, Archaeologus, et Philologus, hoc anno primum ingenii sui periculum fecit *Oratione de laudibus Anatomiae*, in Lyceo Romano recitata. Memoratu inprimis digna est *Michaëlis Mercati Metallotheca* eius opera in lucem protracta, cui accessit *Appendix cum XIX. recens inuentis Iconibus*, *Romae*, 1719. fol. & Dissertatio eius *de natura & praesagio Dioscurorum nautis in tempestate apparentium*; quae extat in *Camilli Comitis Siluestrii Interpretatione in Anaglyphum Graecum*, *Romae*, 1720. 8. Nat. 1654.=⊖. 1720. vid. omnino *Catal. Bibl. Bunav.* Tom I. Vol. II. p. 1377. — *Vitarum Italorum doctrina excellentium, qui Saeculo XVIII. floruerunt Decas I. auctore Angelo Fabronio*, *Romae*, 1766. 8. p. 58.=125. — *A. Haller Bibliothec. Botanica*, L. IX. n. MXLVIII. p. 117. Tom. II. *Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. VII. n. DCCLVI. p. 809.=811. et *Bibliotheca Chirurgica*, Tom. I. L. VI. n. 488. p. 582.
	1684.	*Petrus* BAELIVS, (vulgo: *Bayle*,) ortu Fuxiensis Gallo-Francus, habitatione Roterodamensis Batauus, Historicus, Criticus, & Philosophus, vt volunt, Pyrrhonicus, *Lexici Historico-Critici* auctor eximius, quod *Dictionarium Historico-Criticum* (*Dictionaire Historique et Critique*) primum lucem vidit,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi-pibus. — *Leo-poldo, Ferdi-nandi III. Filio.* 1658. = 1705.		dit, *Roterodami* 1702. fol. (v. *Act. Erudit.* 1702. p. 432.) tum tertium, *Roterodami* 1720. fol. quam optimam esse censet *I. B. L. Osmont Dictionaire Typographique*, Tom. I. p. 83. 84. quartum, ibidem *Amstelaedami* cum vita *des Maizeau*, 1730 fol. Equidem quintam putauerim esse auctiorem et meliorem ceteris, hoc sub titulo proditam: *Pierre Bayle Dictionaire historique et Critique Nouvelle edition, augmenté des Remarques Critiques sur divers Articles du Dictionaire de Msr. Bayle*, (par Mr. l'*Abbé Laur. Josse le Clerc*) *à Amsterdam*, (vel potius Parisiis, aut Trevoltii,) 1734. fol. quinque Codicibus. quo etiam pertinent: *Remarques Critiques sur le Dictionaire de Bayle par Msr. Joly, Chanoine de la Chapelle au Riche de Dijon, à Paris*, 1752. fol. v. *Relationes de Libris Novis*, Fasc. VIII. n. IX. p. 459.=474.
		Nat. 1647.=θ. 1706.
		Icon eius est in duobus numis *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. 148. No. III. IV. ad p. 197.
		vid. *Morhofius* I. *Polyh. Liter.* c. XVI. §. 47. p. 178. Tom. I. — *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. III. p. 174. — *Io. Franc. Buddeus* in *Historia Eccles.* V. T. Period. I. Sect. I. §. XI * p. 66. *Manicheismi restauratorem*, nescio an valde humaniter, vocat. — *Dan. Frider. Pönmanni vitae*, Witebergae, 1714. 8. p. 101.=115. — *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos.* Tom. IV. Period. III. Part. I. L. III. c. I. §. XIII.= XVIII. p. 574.=603. & in *Appendice* f. Vol. VI. p. 775.=778. — *C. A. Heumanni Via ad Hist. Literar.* c. VII. §. III. p. 406.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		n. (—) *J. L. Moshemius Institut. Hist. Eccl.* Saec. XVII. Sect. I. §. XXXVII. (x.) — *Io. Matthi. Gesnerus* ad *Isagogen*, §. 782. p. 87. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. I. voc. (Pierre) *Bayle*, Auteur du Dictionaire Historiqve & Critiqve. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1068. 1069. & Vol. III. p. 2154. quibus observationibus ad Baelium pertinentibus, addi debent: *Lettres a Messieurs le Clerc et Bernard, contenans des Eclaircissemens sur qvelqves endroits de leurs derniers Journaux, où il est parlé du Factum des Amis de Msr. Bayle contre la nouvelle edition de son Dictionaire, qvi s'imprime à Rotterdam, et servant en meme tems de Reponse à ce qv'on trouve sur le même Sujet dans le Tome VIII. du Journal Literaire.* in *A. H. de Sallengre Mémoires de Litterature*, Tom. II. Part. II. Art. IX. p. 233.=293. — *Levensbeschryving van eenige voorname Mannen*, Part. IV. p. 1.=47.
	1684.	*Petrus Iosephus* CANTELIVS, sacerdos Jesuita, Historicus & antiquitatis Romanae Epitomator, hoc anno et *De Romana Republica* libellum, *Parisiis* 12. saepius postea typis repetitum, *Vltraiecti* 1688. (v. *Act. Erud.* 1689. p. 106.) 1691. 1696. et 1707. 12. et *Metropolitanarum vrbium historiam*, itidem *Parisiis*, 4. promulgavit. v. *Morhofius* V. *Polyhist. Liter.* c. II. §. 4. p. 932. Tom. I. — *I. A. Fabricii Bibliograph. Antiqvar.* c. III. §. IV.
	1684.	*Petrus* DANETVS, Abbas Viridunensis,

Vvv 2 Le-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi-pibus.		Lexicographus Parisiensis, hoc anno *Magnum Dictionarium Latinum & Gallicum* edidisse videtur, editione altera longe auctius accuratiusque recognitum, *Lugduni* 1721. et 1726. 4. mai. in cuius *Latini Lexici seu Magni Dictionarii* non modo *primam literam* *Jacob. Facciolatus Animadversiones Criticas*, *Patavii* 1731. 8. mai. sed alii etiam observationes scripserunt, quas diligenter commemoratas lege in *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. III. p. 1822.
Leopoldo, nandi III. *Filio.* 1658. = 1705.		vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. n. 638. p. 301. 302.
	1684.	*Johannes* HARDVINVS, Sacerdos Iesuita, Philologus, & Archaeologus παραδοξότατος Parisiensis, mirabilis subinde librorum veterum & monumentorum interpres, certe qui vniuersae propemodum antiquitati bellum indixit. Vnde fuerunt Parisiis, qui eum appellarent *Pere de la petite maison*, quasi amicorum propinquorumque custodiis constringendus esset. Hoc anno *Numos antiquos Populorum & vrbium illustrauit*, Parisiis, 4. (v. *Act. Erudit.* 1685. p. 274.) repetitos in *Operibus Selectis*, p. 1. seq. ad quam *primam editionem numorum Populorum Notulae* viri eruditi leguntur, in *Miscellaneis Observationibus*, Vol. VI. Tom. III. p. 547. s. Quanquam librorum eius indicem alicubi datum esse novi, tamen pleniorem eorum seriem vno loco recognoscere forsitan haud inutile erit. Sic eodem anno *Themistii Orationes* XXXIII. in qvibus tredecim tunc primum editae, graece & latine, cum aliorum, tum suis obseruationibus illustratas in vul-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		vulgus exire iussit, *Parisiis*, fol. vti etiam eodem anno *Theodoriti Operum Tomum* V. *Parisiis* fol. siue idem *Auctarium* sub titulo: *Io. Garnerii Opera posthuma*, addita *praefatione*, *Francopoli*, 1685. fol. curauit. Porro primarii eius libri fuerunt hi: *Plinii Historia naturalis in vsum Delphini*, *Parisiis* 1685. 4. quinque codicibus, et ex editione altera, emendatiori, & auctiori, Parisiis 1723. fol. Tomis duobus tribusue, si scilicet Tomi II. Pars altera sigillatim ligetur. — *Antirrheticus de nummis antiqvis Coloniarum & Municipiorum ad Ioh.-Foi Vaillant*, *Parisiis*, 1689. 4. — *De numis Samaritanis Epistola*, *Parisiis*, 1691. 4.—*Ad Valentem triplex Numus*, *Paris.* 1692. 4. — *Pro Eumeno Pacato ad Norisium Epistola*, *Parisiis*, 1692. 4. it. *Ad totius Europae Antiqvarios Epistola.* 4. — *Prolusio de Numis Herodiadum*, *Paris.* 1693. 4. (v. *Act. Erud. Supplem.* Tom. II. p. 375.) & in *Operib. Select.* p. 328.=355. aucta eiusdem literis ad *Ballonffealtium*, *Lettre à Mr. de Ballonffeaux, où l'histoire des Juifs de Msr. Basnage est refutée sur ce qvi regarde les Herodes*, ibidem, p. 357. seq. ad illam vero Prolusionem adnotanda est G. C. (h. e. *Gisberti Cuperi*) *Stricturae in Johannem Harduinum de Numis Herodiadum*, in *Miscellan. Observationibus*, Vol. VI. Tom. III. p. 536=546. — *Chronologia ex numis antiqvis restituta*, s. *Numismata Saeculi Constantiniani*, *Parisiis*, 1696. 4. & in *Oper. selectis* p. 419. seq. — *Chronologia Veteris Testamenti numis antiqvis subinde illustrata*, *Parisiis* 1699. 4. (vid. *Act. Erudit.* 1700. p. 180.) & in *Oper. Selectis* p. 513. — *Numismata aliqvot rariora Augus-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. — 1705.		*gustorum Tetrici senioris f. Patris, Aureliani Junioris, & Maxentii, e Museo praenobilis clarissimi viri Georgii de Ballonsseaux, Imperialis Abbatiae D. Clementis Willebrodi Satrapae Epternacensium Judicis, Luxenburgi,* 1700. 12. (*Journal des Savans* 1701. *Mense Maio*, p. 369. seq.) & in *Operibus Selectis* p. 654. — *Dissertatio Epistolica latine & gallice scripta super numis antiqvis duobus Tetricorum, & Diocletiani Augustorum, Musei praenobilis viri de Ballonsseaux, Luxemburgi* 1704. 12. (*Journal des Savans* 1705. XXI. p. 577. — *Petavii opus de doctrina temporum in tres Tomos distributum cum multis additionibus ipsius auctoris, vna cum Praefatione & Dissertatione de LXX. Hebdomadibus, Johannis Harduini, Antwerpiae*, 1705. fol. — *Opera Selecta, tum qvae iam pridem Parisiis edita, nunc emendatiora & multo auctiora prodierunt, tum, qvae nunc primum edita, Amstelaedami,* 1709. fol. — *Conciliorum collectio Regia Maxima, seu Acta Conciliorum & Epistolae decretales ac Constitutiones Summorum Pontificum graece & latine: ad Philippi Labbei & Gabrielis Cossartii labores, haud modica accessione facta, & emendationibus plurimis additis, praesertim ex Codicibus manuscriptis cum novis locupletissimis indicibus, studio Iobannis Harduini, Parisiis ex typographia Regia,* 1715. fol. XII. Codicibus. quam Syllogen contulit cum editionibus *Regia, Labbei* & *Baluzii Io. Alb. Fabricius, Bibl. Graec.* L. VI. c. IV. a. p. 337. seq. Vol. XI. — *Apologie d'Homere où l'on expliqve le veritable Dessein de son Iliade & sa Theomythologie, à Paris,* 1716. 12. contra quam Apo-

lo-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.	1683.	logiam *Anna Daceria* Homerum defendit, in *Homere defendu contre l'Apologie du R. P. Hardouin*, &c. ibid. eod. anno, 12. Ceterum tot eius sunt Obseruationes varii argumenti, inprimis numarii, per Ephemerides *Parisienses* & *Trevoltinas* fusae, vt vix numerum inire queas. Commemorabo tamen, quantum meminerim, omnes. veluti: *Extrait d'une Lettre de Jean Hardouin, touchant les Monnoyes d'or des anciens Romains*, (*Journal des Savans* 1681. Mart. p. 79.=92.) — *Extrait d'une Dissertation* de Jean Hardouin *sur deux Medailles anciennes dans l'une desquelles il est parlé d'un commencement de Siecle, et peut être d'un Siecle de l'Ere Créstienne, avec la tête de l'Empereur Gordien*, (*Mémoir. de Trévoux* 1702. p. 73.=82.) — *Lettre écrite d'Amsterdam à Msr. de Ballonffeaux, Baillif d'Epternach, touchant les Médailles de Tetricus, qv'ils ont expliqué par Msr. Galland, et le P. Hardouin*, (*Memoir. Trevoux* 1702.) & in *operibus Selectis*, p. 678.=680. — *Dissertation sur la pluralité des Constantins.* (*Mémoires de Trevoux* 1704. p. 2084.) — *Deux Medailles singulieres l'une de l'Empereur Constantin, l'autre de Decentius Cesar, expliqvées par le P. Hardouin, Jesuite*, (*Mémoires de Trevoux* 1705. Dec. p. 2150.) — *Explication d'une Medaille fort singuliere de l'Empereur Claude, surnommé le Gothiqve par le P. H.* (*Mémoir. de Trev.* 1707. *April.* p. 708.=711.) — *Medaille de Philippe Auguste expliqvée par le P. H. dans une lettre adressé a Msr. de Boze*, (ibid. 1707. Octobr. p. 1838. et *Journal des Savans* 1707. Octobr. p. 199. seq.) — *Explication d'une Inscripti-*
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.		

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*tion, qui est au bas d'un tableau de nôtre Seigneur qv'on appelle la Veroniqve où la Sainte Face*, (*Journal des Savans*, 1707. p. 518.=527. & in *Operibus selectis*, p. 917.) — *Explication d'une Medaille très-rare de l'Empereur Justinien, par le P. H. J.* (*Memoir. de Trevoux* 1708. p. 816. — *Explication d'une Médaille de Tetrique*, (*Memoir. de Trev.* 1709. p. 2164.) — *Explication de qvelqves noms des Villes, qui sont en Abregé sur les Medailles Grecqves*, (*Memoir de Trev.* 1711. *Maio* p. 844. & *Journal des Savans* 1711. Aug. p. 153.) — *Explication de deux Medailles Samaritaines, par le P. H. J.* (*Memoir Trev.* 1712. *Maio* p. 841. & *Journal des Sav.* Tom. 53. 1713. *Febr.* p. 168. seq.) — De *tribus Toinardi numis Samaritanis*, (*Biblioth. Vniverselle*, Tom. XXI. p. 130=136. — *Sentiment du P. H. sur deux Medaillons d'Annie Faustine dont on a parlé dans les Journaux precedens*, (*Memoir. de Trev.* 1713. Aug. p. 1416. & *Journal des Savans*, 1714. Maio, p. 535.) cui dissertationi *Harduinianae* respondit *Massonus*, Tom. V. *Histor. Crit. Reipubl. Liter.* p. 289. — *Histoire d'Alexandre I. Roi de Syrie tirée du I. Livre des Machabéens, et justifiée par les Médailles*, (*Mémoires de Trevoux* 1724. *Jan.* p. 1.=23.) — *Passage de Tertullien corrigé et expliqvé dans le Livre de la Prescription des Heretiqves.* (*Mémoires de Trevoux* 1724. *May.* p. 842=849.) — *Difficultez proposées sur qvelqves Médailles du Roi Arsaces par le P. H. J.* (Pere Hardouin Jesuite) contra Valentis Historiam Arsacidarum, (*Mém. Trev.* 1726. *Sept.* p. 1455.=1464.) — *Ex-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.	1683.	*Explication de Taurobole, et Criobole, par le P. H.* (ibid. eod. a. *Octobr.* p. 1859 = 1876.) — *Reponse à deux Lettres d'un Professeur de l'vniversité de Paris sur le Commentaire de Pline,* (*Mémoires de Trevoux*, 1726. *Octobre* p. 1904.=1921.) — *Dissertation sur le nom de Cesar,* (*Mem. Trev* 1727. Mart. p. 432. seq.) — *Explication d'une Medaille d'or de Cyrene du Cabinet de S. A. Seren. Msgr. le Duc de Maine,* par *le P. H. J.* (*Memor. Trev.* 1727. Aug. p. 1444.) — *Doutes proposés sur l'Age de Dante.* (*Mémoir. de Trev.* 1727. *Aug.* p. 1526. seq.) — *Fausseté d'une Medaille d'Arsaces II. Roi des Parthes dans le Livre intitulé: Regum Parthorum historia prouvée par le P. H. J.* (*Memor. Trev.* 1727. *Nov.* p. 2088.) — *Remarques sur l'Article XLI. des Mémoires d' Avril dernier:* (*au sujet de qvelqves Titres où Noms employez sur les Medailes*) *par le* P. H. J. (*Mémoires de Tr. Aug.* p. 1461.) — *Defense de l'Explication d'une Monnoye de Philippe Auguste, donnée dans ces Mémoires en Octobre* 1707. *par le P. H. J.* (*Mémoir. de Trev.* 1729. *Mart.* p. 589.) — *Médaille singuliere de Tibere et qvelqves autres expliqvées par le P. H. J.* (*Mémoir. Trev.* 1729. p. 599.) — *Explication des Mots Vrim et Thummim,* (*Mémoir. Trev.* 1729. *April.* p. 627.=634.)— *Reponse du P. H. J. aux Observations précédentes* (*sur les Medailles et les Articles* 41. 79. 98. de l'an 1728) *Memor. Trevolt* 1729. Art. 51. item: *Reponse du P. H. J. aux Observations sur les Medailles Article* 50. *du Mois de May* p. 793. (ib. mense *Junio* Art. 63.) —Ge-

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.		— *Genealogie des Empereurs Traian et Hadrien prise sur les Medailles par le P. H. J.* (*Mémoir. de Trev.* 1729. *Jul.* p. 1213.) — *Genealogie de l'Empereur Severe Alexandre prise sur les Medailles par le P. H. J.* (*Mémoires de Trevoux* 1729. *Aug.* p. 1371.) — Post eius vero mortem prodierunt *Opera Varia*, *Amstelodami*, & *Hagae Comitum*, 1733. fol. in quibus praeter *Atheos* inhumana credulitate *Detectos* p. 1.=258. *Reflexions importantes qvi doivent se mettre à la fin du Traité intitulé Athei detecti*, p. 259. =273. *Platon expliqvé*, p. 273.=279. *Numismata Saeculi Theodosiani*, p. 363.=460. *Numismata Saeculi Justinianei*, p. 461.=548. *Antiqva Numismata Regum Francorum*, p. 549.=fin. occurrunt *Pseudo-Virgilius* s. *Observationes in Aeneidem*, p. 280.=327. & *Pseudo-Horatius*, s. *Animadversiones Criticae*, *quibus ostenditur Horatii Poëtae nihil superesse genuinum*, *praeter Epistolas & Sermones*. p. 328.=362. alterum illum sub examen vocare, adhuc inuenis, conatus sum, scriptis Lipsiae *Vindiciis pro Maronis Aeneide*, 1737. 4. alterum quoque simili exercitatione Academica ad aequitatis et veri leges reducere studuissem, si per rerum mearum tempora tum licuisset. Labentibus tamen annis copiolis qvalibuscunque meis vsus est *Christ. Adolph. Klotzius*, in *Vindiciis Q. Horatii Flacci*, *Bremae*, 1764. 8. — Tandem etiam eiusdem *ad Censuram Scriptorum veterum Prolegomena iuxta autographum* descripta lucem viderunt *Londini*, 1766. 8. (v. *C. A. Koltzii Acta Litteraria*, Vol. IV. Part. III. p. 274.=286.

Q.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		Θ. 1729, vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 273. n. 601. — *Morhofius* IV. *Polyb. Lit.* c. XIII. §. 1. p. 890. 891. L. VI. c. II. §. 21. p. 972. Tom. I. — *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CLXXXII. p. 194 = 207. — De eius somniis *I. M. Gesnerus* ad *Isagogen*, §. 414. p. 347 = 349. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jean) *Hardouin*, Jesuite François. — *Histoire de la Vie de Msr. la Croze, par Mr. Jordan*, Part. I. p. 79. = 82. 86 = 102. & P. II. p. 324. s. 326. 330. seq. — *Catal. Biblioth. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1300.
	1684.	*Hilarius Bernardus de Requeleyne Baro de* LONGEPIERRE, siue LONGAPETRAEVS, Diuionensis, Poëta, et Philologus Parisiensis, hoc anno *Anacreontis* & *Sapphus* carmina versibus Francicis reddidit, *Parisiis*. 12. vti etiam mox *Jdyllia Bionis* & *Moschi* eodem modo, & animaduersionibus illustrauit, *Parisiis*, 1686. 12. quam editionem repetiit *Nicolaus Schwebelius*, suaeque addidit, *Venetiis* 1746. 8. & oratione Francica veterum Scriptorum patrocinium contra *Peraltum* egit, *Discours sur les Anciens*, *à Paris* 1687. 12. Nat. 1659. = Θ. 1721. v. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 273. 274. n. 602. & Tom. IV. p. 392. n. 1557. — *Papillon Bibliotheqve des Auteurs de Bourgogne*, Tom. I. p. 414 = 417.
	1684.	*Goilielmus* PRVSTELLVS, (vulgo: *Prousteau*) Turonensis, ICtus, & Philologus

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		Aurelianensis, hoc anno edidit *Recitationes* ad *leg.* 23. *ff. de Regulis Iuris*, *Aureliae*, 4. quae Tomo III. *Novi Thesauri Iuris Meermanniani*, p. 483.=550. insertae sunt. ϴ. 1715. vid. *Ger. Meermanni* Praefat. ad Tom. III. p. VII. VIII.
Leopoldo, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. — 1705.	1684.	*Petrus* RAINSANT, Rhemensis, Medicus, & Archaeologus numarius, hoc anno in lucem exire iussit: *Dissertation sur douze Medailles des Jeux Seculaires de l'Empereur Domitien*, *Versailles.* 4. (v. *Act. Erudit.* 1685. p. 441. *Journal des Savans*, 1685. p. 35.) ϴ. 1689. vid. *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CXV. p. 101. 102. — *Dan. Gerdes* in *Supplemento ad Florileg. Librorum Rarior.* p. 719. *Scrinii Antiqvarii*, Tom. VIII. Part. II.
	1684.	*Laurent. Johannes* MOLINVS, Vpsaliensis, Theologus, & Archaeologus, hoc anno *Dissertationem de Clauibus veterum*, *Vpsaliae* edidit, *Alb. Henr. de Sallengre Novi Thesauri Tomo* III. postea insertam. Nat. 1657.=ϴ. 1723. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1448.
	1684.	*Christianus Wilhelmus*, *Huldrici*, (de quo supra V. 84.) *Filius*, EYBENIVS, (vulgo: *von Eyben*,) Giesensis, ICtus, et Philologus, hoc anno *Dissertationem de Ordine Equestri veterum Romanorum*, *ex Analectis Patris magnam partem repetitam* vulgauit. *Argentorati*, fol. quam postea *Novi* sui *Thesauri* par-

SAEC. XVII. | AER. CHR. | PARS QVINTA.

Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.

particulam esse iussit *Alb. Henr. de Sallengre*, Tomo I. p. 1089 = 1124.
Nat. 1663 = ⊖. 1727.
v. *Jo. Friderici Jugleri Supplementa Bibliothecae Juridicae*, (*Beytraege zur Iuristischen Bibliothek*) Tom. I. Part. II. n. XIII. p. 209. = 214.

1684. *Henricus Christianus* HENNINIVS, (ipse se scribit in *Oratione funebri Wilhelmi Crusii*, *Duisburgi*, 1700. 4. *de Hennin*,) Hanoviensis, Medicus, Rhetor & Philologus, primum Scholae Tielanae apud Gelros, tum Academiae Duisburgensis, hoc anno ἑλληνισμὸν h. e. Dissertationem paradoxam de *Graeca Lingva secundum accentus non pronuncianda*, emisit, *Traiecti ad Rhen.* 1684. 4 proximo anno *Iuvenalis Satiras* cum scholiis veterum & recentiorum Grammaticorum recensuit, & *sua illis spicilegia adiecit*, *Vltraiecti*, 1685. 4. vti etiam eodem anno *Franc. de la Mothe Le Vayer de Q. Curtio Rufo* Dissertationem de francica dialecto latinam fecit, praemisitque *Curtio Pitisci*, *Vltraiecti* 1685. 8. Sic *Nicolai Bergierii Libros V. de publicis & militaribus imperii Romani Viis* ex francico sermone in linguam latinam transtulit, effecitque, vt *Io. Georg. Graeuius* hanc ipsam versionem cum eius Animadversionibus Tomo X. *Thesauri Antiqvitatum Rom. Trai. Rh.* 1699. insereret. Eiusdem diligentiae debemus *Epistolas Itinerarias Iac. Tollii*, quas ex *Auctoris Schedis* recensuit, suppleuit, adnotationibusque adornauit *Amstelaedami*, 1704. 4. Varias a *Iac. Tollio* chartas dono accepisse videtur, quae deinceps secundum alios domi-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		nos transierunt ad amplissimum nostrum *Corn. Ant. van Wachendorf* (Cf. quae supra adnotaui P. V. p. 190.) in his etiam Schedis *Henninii* est dissertatio MSc. de *Origine orbis Tilanae.* Nat. =☉. circiter 1704. vid. *Morhofius* IV. *Polyh. Lit.* c. VI. §. 17. p. 785. 786. Tom. I. – *I. G. Graevio* in *Praefat* ad Tom. X. *Thes. Ant.* p. 424. Praef. & Epistol. Fabr. dicitur *Medicinae et elegantiorum literarum in Academia Duisburgensi Professor celeberrimus.* — *Molleri Homonymoscopia Sect.* IV. c. III. §. VIII. p. 911. 912. — *Io. Alb. Fabricii Conspect. Thes. Italic.* p. 185. (*.) — *Io. Fabricii Hist. Bibl. Part.* III. p. 443. & Part. VI. p. 304. 305. — *Petrus Burmannus*, maior, f. *Sincerus Hollandus*, singularia de eo habet varia in *Miscellan. Observationibus*, Vol. VI. Tom. I. p. 255.=258.
	1684.	*Jacobus* L'ENFANT, ortu Gallo-Francus, latine dixeris INFANTEM, qui tamen minime *Infans*, sed disertus fuit Theologus Calvinianus, & Historicus, primum Heidelbergensis, tum Berolinas, hoc anno edidit *Considerations generales sur le livre de Msr. Brueys intitulé : Examen des raisons qui ont donné lieu à la separation des Protestans, & par occasion sur ceux de même Caractere*, *Rotterdam*, 12. Pluribus deinde annis labentibus ciuitas ei literaria debuit *Poggiana, où la Vie de Pogge Florentin*, *Amsterdam* 1720. 12. *Histoire du Concile de Pise*, *Amsterdam* 1724. 4. duobus codicibus, & *Histoire du Concile de Constance*, Amsterdam

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. ≐ 1705.		dam 1714. & 1727. 4. itidem duobus Tomis. Nat. 1661.≐⊖. 1728. vid. *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. III. p. 434. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Jaqves) *Lenfant*, Ecrivain François. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1388. — Icon & vita in *Joh. Matthi. Schroeckh Abbildungen*, Tom. I. Fascic III. n. XXIX. p. 314. ≐319.
	1684.	*Adamus* RECHENBERGIVS, Augustiburgensis Misnicus, Theologus Lutheranus, Historicus, et Philologus Lipsiensis. Quamquam eius nomen Anno 1664. vel 1669. alligari potuisset, propter *Sertum rutaceum domus Saxonicae insigne*, quod singulari disputatione, *Lipsiae* edita 4. illustrauerat, & *Dissertationem de eruditorum loquendi licentia*, *Lipsiae*, 1669. 4. tamen laetius famae suae incrementum cepisse videtur *Athenagorae Apologia pro Christianis*, graece *cum interpretatione latina Suffridi Petri*, & Grammaticorum obseruationibus evulgata, *Lipsiae*, 1684. et 1685. duobus codicibus, (v. *Act. Erud.* 1684. p. 337. et 1685. p. 493.) de cuius industria alia quoque eius scripta testantur, veluti *Rolandi Maresii Epistolae Philologicae*, *Lipsiae* 1687. 12. (v. *Act. Erud. Lips.* 1687. p. 74.) *De studiis Academicis Liber singularis*, *Lipsiae*, 1690 12. (v. *Act. Erud.* 1691. p. 89.) *De Raptu Ernesti & Alberti ducum Saxoniae*, *Lipsiae* 1690. 4. Praefatio *ad Laur. Ingew. Elingii Historiam Graecae Lingvae*, *Lipsiae*, 1691. 8. it. ad *Histo-*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, nandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*storiae rei numariae veteris Scriptores aliqvot insigniores*, *Lipsiae* 1692. 4. (*Act Erud.* 1692. p. 253.) *De Nobilitate Misniae literatae*, *Lipsiae* 1694. 4. Disputatio, *De Museo Alexandrino*, *Lipsiae*, 1698. 4. *Dissertationes Historico-politicae*, *Lipsiae*, 1698. 8. (vid. *Act. Erudit. Lips.* 1698. p. 195.) *Summarium Historiae Ecclesiasticae*, *Lipsiae*, 1699. 12. aliique id genus libri minoris moduli, in *Dissertationum* eius *Historico Politicarum* corpusculum redacti. Nat. 1642.=Θ. 1721. v. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. IV. p. 415. =417. & Part. VI. p. 412.
	circa 1684.	*Johannes Henricus* SVICERVS, *Johannis Gasparis*, (de quo supra V. 65.) Filius, Turicensis, Theologus Calvinianus, & Philologus. superiori jam anno patri in munere Professoris Graecae Lingvae successerat, clarus inprimis propter *Orationes panegyricas tres*: primam *de fortunis Graeciae antiqvae*: secundam *de Graecia Christiana*, tertiam *de internis Ecclesiae Reformatae terroribus*, *Tiguri*, 1699. 4. Nat. 1644.=Θ. 1705. vid. *I. A. Fabricii Bibl. Graec.* L. VI. c. X. p. 639. (*) Vol. XIII. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1633.
	1684.	*Henricus* DODWELLVS, Dublinensis, Chronologus, Philologus, & Archaeologus Oxoniensis. Tametsi iam A. 1681. eruditionis suae periculum fecerit Observationibus ad *Sanchuniathonem* spectantibus, (*Discour-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*courſe concerning Sanchuniathon, in two Letters* &c. *London* 1681. 8.) tamen editis praeſertim hoc anno *Diſſertationibus Cyprianicis*, Oxonii, 8. qualis quantusque eſſet futurus antiquorum librorum exiſtimator, demonſtrauit. Vnde mirum non eſt reliqua eius ingenii monumenta non multo minori in pretio habita eſſe, veluti *Jo. Pearſonii Opera poſthuma Chronologica de ſerie & ſucceſſione primorum Romae Episcoporum*, rel. *nouis additionibus* aucta ab *Henr. Dodwello*, *Londini*, 1688. 4. — *Diſſertationes in Irenaeum*, *Oxonii*, 1689. 8. — *Praelectiones Camdenianas*, *Oxonii*, 1692. 8. *Annales Velleianos* in editione *Velleii Paterculi Hudſoniana*, *Oxoniae*, 1693. 8. mai. Adnotationes & Diſſertationes ad *Hannonem*, *Strabonem*, *Arrianum*, *Dicaearchum*, *Agathemerem*, *Scylacem*, alios, in Sylloge *Geographorum* minorum *Hudſoniana*, *Oxoniae* 1698. 1703. & 1712. 8. *Annales Velleianos*, *Quinctilianeos*, & *Statianos*, Oxonii, 1698. 8. *Exercitationes duas. Primam de aetate Phalaridis, et ſecundam de aetate Pythagorae Philoſophi*, *Londini*, 1741. 8. Porro *De veteribus Graecorum Romanorumque Cyclis*, *Oxonii*, 1701. 4. *Annales Thucydideos & Xenophonteos*, *Oxonii*, 1702. 4. *Chronologiam Xenophonteam* in editione *Xenophontis Eduardi Wells*, *Oxoniae*, 1703. 8. Diſſertationem *de aetate Dionyſii Halicarnaſſei* in editione *Iohannis Hudſoni*, *Oxonii*, 1704. fol. *De Strabonis excerptore*, eiusque *aetate*, in editione *Strabonis*, *Amſtelaedamenſi*, 1707. fol. *Diſſertationem de Fragmento Livii in membranis Laudinis reperto*, in *Tho. Hearne* editione *Livii*, *Oxo-*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*niae* 1708. 8. *Iulii Vitalis Epitaphium cum Notis Criticis Explicationeque Henr. Dodwelli* &c. *Iſcae Dunmoniorum*, 1711. 8. & quae poſt eius mortem in lucem prodiit, *De Parma equeſtri Woodwardiana Diſſertationem*, a *Tho. Hearne*, *Oxonii*, 1713. 8. mai. promulgatam. Eius opera in compendium redacta fuerunt: *Henry Dodwell's Works abridg'd with an Account of his Life by Francis Brokesby* ex ſecunda editione, *Londinenſi*, 1723. 8. Nat. 1641. = Θ. 1711. vid. *Morhofii* IV. *Polyh.* c. XII. §. 5. p. 875. & c. XIII. §. 3. p. 893. Tom. I. — *Io. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. II. p. 367. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Henri) *Dodwell.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1207.
	1684.	*Thomas* SPARKE, Lincolnienſis Anglus, Theologus, & Philologus, hoc anno *L. Coelii Lactantii Firmiani Opera ad fidem MSC.* recognovit, *Oxonii* 8.
	1684.	*Janus* BROVKHVSIVS, (vulgo: *van Broukhuyzen*, aliis, tamquam *Patrono Eccleſiae Patriae*, Part. I. p. 104. *Ianus van den Brouc-ke*,) Amſtelaedamenſis, Poëta, & Philologus, *vir eximius & cultiſſimus Poëta* dicitur *Graevio*, in *Praefatione* ad *Orationes Ciceronis*, p. m. 67. ed. *Epiſt.* & *Praef.* Fabricii, hoc anno *Carmina* ſua edidit, *Traiecti ad Rhen.* 8. quae poſt mortem eius longe auctiora ſub titulo *Poëmatum Libris* XVI. cura *Davidis Hoogſtratani* lucem viderunt, *Amſtelaedami* 1711. 4. mai. Ceterum eius *Proper-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*pertio, Amstelaedami*, 1702. et 1727. 4. & *Tibullo, Amstelaedami* 1708. 4. promulgatis nihil cultius. Nat. 1649.=Θ. 1707. vid. *Baillet Jugemens*, Tom. IV. *des Poëtes Modernes*, p. 348. n. 1536. — *I. A. Fabricius Bibl. Lat.* L. I. c. XIV. p. 351. 352. Tom. II. ed. *Hamburg.* — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. III. p. 515. — *Menkeniorum Bibliotheca Doctorum militum* n. XXXVIII. p. 89.=93. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jean) *Broekhuisen.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1110. 1111.
	1685.	*Ludovicus Ferdinandus* Comes MARSILIVS, (vulgo *Marsigli*,) nobilis Bononiensis, dux militaris, Historicus, & Archaeologus, hoc anno libellum *Della Potione Asiatica Coave, Viennae*, 12. emisit: tum *Epistolam* ad *Bernardum Montefalconem de Ponte supra Danubium a Traiano Imperatore exstructo*, A. 1715. scripsit, (*Lettera intorno al Ponte fatto sul Danubio sotto l'Imperio di Traiano*) quam Epistolam *Alb. Henr. de Sallengre* in *Novi Thesauri Antiqvitatum*, Tomo II. p. 985.=994 typis repetendam curauit. Inprimis vero *Danubio* suo *Pannonio-Mysico*, sex grandibus codicibus digesto, & *Hagae Comitum*, & *Amstelaedami*, 1726. fol. edito, immortalem sibi nominis gloriam peperit. Nat. 1660.=Θ. 1730. Eius imago cernitur in *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLXIX. No. II. ad p. 284. f. vid. *Io. Alb. Fabricii Conspectus Thes. Ital.* p. 198. — *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. II. p. 506.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		506, 507. — *A. H. de Sallengre* in Praefat. ad Tom. II. *Thes. Novi* **2 — *Heumanni Via ad Hist. Lit.* c. IV. §. LXXI. p. 220. (a) — *Menckeniorum Bibliotheca doctorum militum*, n. CXLV. p. 287.=291. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1424. — *A. Haller Bibliotheca Botanica*, L. VIII. n. 786. p. 630. f. Tom. I. & *Bibliotheca Anatomica*, Tom. II. L. VIII. §. 828. p. 80. 81. — *Matthaei Bazzani in obitu Comitis Ludovici Ferdinandi Marsilii Oratio*, *Bononiae, ex typographia Laelii a Vulpe* 1732. laudatur a *Io. Maria Mazzuchelli*, *Gli Scrittori d'Italia*, Vol II. Part. I. p. 567. in voc. (Matteo) *Bazzani*. — *Memorie della vita del Generale Co. Luigi Ferdinando Marsigli*, (auctore *Ioh. Fantuzzi*, Senatore Bononiensi) in *Bologna*, 1770. 8.
	1685.	*Johannes Baptista* Le BRVN, Rothomagensis, Philologus Parisiensis, hoc anno *S. Pontii Meropii Paulini, Nolani Episcopi, Opera, secundum ordinem temporum* disposuit, *& ad MSCptos Codices Gallicanos, Italicos, Anglicanos, Belgicos, atque ad editiones antiquiores emendata & aucta variorum notis* illustrauit, *Parisiis*, 4. Quae vero *L. Caecilii Firmiani Lactantii Opera ad LXXX. et amplius MSS. Codices, editosque XL. collata & emendata, atque notis uberioribus illustrata* reliquerat, ea *Nicolaus Lengletus du Fresnoy* absolvit *Lutetiae Parisiorum*, 1748. 4. Θ. 1731. v. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 272. n. 600.
	1685	*Daniel* CLERICVS, (vulgo: *Le Clerc*,) Iohan-

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705		hannis *Clerici* frater, *Stephani* Filius, Medicus, et Bibliographus Genevensis, hoc anno edidit *Bibliothecam Anatomicam*, *Genevae*, fol. quam non multo post secuta est *Historia Medicinae*, (*Histoire de la Medecine*) *Genevae*, 1696. 12. labentibus annis longe auctior & emendatior prodita, *Amstelaedami* 1723. 4. Nat. 1652 = ☉. 1728. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1169. — *A. Haller Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. VII. §. 748. p. 802. 803.
	circa 1685.	*Rogerius de* PILES, Niuernensis Gallo Francus, Pictor eruditus, Parisiensis. Nat. 1635 = ☉. 1709. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1513.
	1685.	TARTERON*us*, Sacerdos Jesuita, Horatii, Persii, & Iuuenalis Francicus interpres. *Horatium* quippe francice loqui iussit hoc anno *Parisiis* 1685. 12. quae interpretatio saepius repetita est, veluti quartum *Petri Costii* opera, *Amstelaed.* 1710. 12. duobus codicibus. (v. *Fabricii Bibl. Lat.* L. I. c. 13. p. 248. Tom. I. & p. 341. Tom. II. ed. *Hamb*) Sic *Persium* & *Iuuenalem* Francica induit veste, *Paris.* 1689. 12. quae itidem versio semel iterumque typis renovata est, tamqvam *Parisiis*, 1706. 1714. 12 et 1729. 8. (Cf. *Fabricius Bibl. Lat.* L. II. c. 12. & 18. p. 455. Tom. I. & p. 554. Tom. II. ed. Hamb.)
	1685.	*Joachimus Iustus* BREITHAUPT*ius*, Nordhe-

SAEC. XVII. | AER. CHR. | PARS QVINTA.

Principibus. — *Leopoldo, nandi III. Filio.* 1658. = 1705.

hemio-Brunsvicensis, Theologus Lutheranus, mox Erfurtanus, mox Halensis, hoc anno *Institutionem hermeneutico-homileticam*, *Kilonii*, in lucem prodire iussit.
Nat. 1657.=☉. circiter 1732.
Imago eius in numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. 144. No. VIII. ad. p. 181.
vid. *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. IV. p. 116. 117. & Part. VI. p. 104. 105. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1107.

1685. *Johannes* III. BVXTORFIVS, *Johannis*, Senatoris, Filius, Basileensis, Philologus, & Archaeologus Ebraeus, hoc anno *Exercitationem de Pontifice M. Veteris Testamenti* edidit.
Nat. 1663.=☉. 1732.
vid. Auctor doctissimus *Athenarum Rauricarum* in *Professoribus L. Hebraeae*, n. XII. p. 452.=454.

1685. *Gothofredus* THOMASIVS, *Jacobi* Filius, natu maior, et frater *Christiani*, Lipsiensis, Medicus, & Philologus Norimbergensis, argumento numi in *Museo Mazzuchelliano* obuii, Tom. II. Tab. CLXXVIII. No. IV. p. 319. f. Nat. 1658.=☉.....
vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1649.

1685. *Humphredus* HODIVS, (vulgo: *Hody*,) Theologus, et Criticus Oxoniensis, hoc anno *contra Historiam Aristeae de LXX. interpretibus dissertationem* promulgauit *Oxonii*, 8. Eius quoque dissertatio *de Joanne Antiocheno*,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*no*, cognomine *Malala* praemiſſa eſt *Hiſtoriae Chronicae*, *Oxonii*, 1691. 8. editae. Reliquit quoque *De Graecis illuſtribus*, *Lingvae Graecae*, *literarumque humaniorum inſtauratoribus Libros II.* a *Samuele Jebb* demum *Londini*, 1742. 8. mai. luce publica donatos. Nat. 1659.=⊖. 1706. v. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1322.
	1685.	*Eduardus* STILLINGFLEET*ius*, Cranburnenſis Anglus, Theologus, & Hiſtoricus, eo anno *Origines Britannicas, or the Antiqvities of the British Churches* ſingulari libro expoſuit, Londini, 1685. fol. (*Act. Erud.* 1688. p. 24.) Nat. 1635.=⊖. 1699. vid. *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Eduard) *Stillingfleet.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1697.
	1685.	*Paulus* BAVLDRI*us*, *d'Iberville*, ortu Rothomagenſis Gallo-Francus, habitatione Rheno-Traiectinus, Hiſtoricus, & Philologus Academiae noſtrae, hoc anno relicta Francia in noſtram vrbem delatus, primum *Hiſtoriam Chriſtianam* docere iuſſus eſt, quod munus poſtea *Lactantii* pulchra editione *de mortibus Perſecutorum*, cum animadverſionibus *Baluzii*, *Cuperi*, *Columbi*, *Sparkii*, *Toinardi*, *Graevii* & aliorum, ornauit, Trai. Rh. 1692. 8. Nat. 1639 =⊖. 1706. vid. *I. G. Graevius* in Praefatione ad Tomum

Principibus. *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.

mum IV. Thesaur. Ant. Rom. p. 330. *Praef.* & *Epist.* Fabric. eum vocat *Virum doctissimum*, *et propter multa ingenii & animi singularia ornamenta* sibi *carissimum*, qvi cum eo Eliae *Boberelli* Observationes *in Nardinum pro summa necessitudine*, quae inter ipsos intercedebat, communicaverat. — *Series Professorum Drackenborchiana*, n. XLVII. — G. *Burmanni Traiectum eruditum*, p. 18. = 20. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1067. — *Paqvot Mémoires*, Tom. IV. p. 104. = 110.

1685. *Laurentius Theodorus* GRONOVIUS, *Iohannis Friderici* Filius, et *Iacobi* frater, ICtus, et Archaeologus Lugduno-Batavus, hoc anno *Historiam Pandectarum authenticam*, *siue D. Iustiniani Imperatoris de Pandectis Epistolas* III. edidit, *Lugd. Batav.* 8. quam editionem deinceps repetitam adnotationibus suis auxit *Franc. Carol. Conradi*, *Halae*, 1730. 8. Tum *Marmoream Basin Colossi Tiberio Caesari erecti*, repertamque, *Puteolis*, 1693. *primus trans Alpes* vulgauit, & obseruationibus illustrauit, *Lugd. Batav.* 1697. 8. & 1720. 8. quam etiam frater eius *Iacobus*, *Thesauri Antiquit. Graecarum Tomo* VII. p. 433. seq. inseruit. Eiusdem Animaduersionibus in *Vibium Sequestrem*, fratris eius filius, *Abrahamus*, inter *Varia Geographica*, Lugd. Bat. 1739. 8. edita, locum dedit p. 66. = 32.

1685. *Guilielmus* à LOON, Noviomagensis, ICtus, & Philologus Traiectinus, hoc anno non inelegantem libellum, *Eleutheria* inscrip-

tum,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		tum, *siue de Manumissione Servorum apud Romanos Libros* IV. concinnavit, *Vltraiecti*, 12.
	1685.	*Stephanus* MONACHUS, sive vti vulgo dicitur, LEMOINE, & MOYNE, ortu Cadomensis Gallo-Francus, habitatione et munere Theologus, et Philologus Academiae Lugduno-Batavae, hoc anno *Varia* sua *Sacra*, *Lugduni Batavorum*, 4. duobus codicibus in lucem protulit. Eiusdem quoque *Epistolam* ad se scriptam de *Melanophoris* suo *Harpocrati* adiecit *Gisb. Cuperus*, *Trai. Rh.* 1687. 4. Nat. 1624. = Θ. 1689. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1446.
	1685.	*Adrianus* PARS, Haganus, Homileta, Versificator, & historicus Batauus, hoc anno *Elegos* in Christum cruci affixum, (*Treurlied van den gekruisten Christus*, *Lugduni*, 12. scripsit. Tum eiusdem sunt *Catti*, *Aborigines Batavorum*, *ofte de twee Catwyken*, *Leyden* 1697. 8. typis renovati a *P. van der Schelling*, *Lugduni* 1745. 8. cum multis tabulis radio scriptis. & *Index Batavicus*, *of Bataviſche Naamrol*, *Lugduni Bat.* 1701. 4. Nat. 1641. = Θ. 1719. vid. *Pars Index Batavicus*, p. 175. 176. — *In viri eruditissimi Adriani Parsii Indicem Batavicum*, versus sunt *Petri Burmanni* maioris in *Poëmatum* L. IV. p. 290. = 292. — *Paquot Mémoires*, Tom. VII. p. 432.
	1685.	*Samuel* PITISCUS, Zutphaniensis, Gramma-

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi-pibus. —— *Leopoldo, nandi III. Filio.* 1658. = 1705.		maticus primum scholae Zutphaniensis, tum Rheno-Traiectinae, hoc anno *Q. Curtium*, Traiecti ad Rhen. 8. emisit. Ceterum *Burmanno* maiori, et aliis saepius vapulauit. Nat. 1636 =⊖. 1727. v. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 274. n. 604. — *Anselmi Bandurii Bibliotheca Numaria*, n. CLVI. p 131. — *C. A. Heumanni Via ad Histor. Literar.* c. VII. p. 449 (h.) — *Io. Frid. Reitzii Oratio de origine Gymnasii Hieronymiani*, p. 28 = 30. — *Gasp. Burmanni Traiect. erudit.* p. 268 = 272. — *Paquot Mémoires*, Tom. p. 23 = 40.
	1685.	*Jacobus* TRIGLANDIVS, *Jacobi* F. & *Jacobi* illius, (cuius ad Part. IV. p. 410. Anal. p. 599. memini,) Nepos, Theologus & Philologus literatissimus ab hoc anno Academiae Leidensis. Eius scripta haec potissimum fuerunt: *Disputationes II. de Origine Sacrificiorum*, *Lugd. Bat.* 1692. 4. — *Coniectanea ad qvaedam obscura Fragmenti de Dodone loca ad Iac. Gronovium*, vt in *Thesauro Antiqv. Graecarum* Tomo VII. ederentur, transmissa, 1699. — *Dissertatio de Iosepho, Patriarcha in sacri bouis Hieroglyphico ab Aegyptiis adorato*, *Lugd. Bat.* 1700. 4. — *Oratio funebris Friderici Spanhemii*, *Lugd. Bat.* 1701. 4. et praemissa eiusdem *Spanhemii Operibus*, *Lugd. Bat.* 1703. fol. tandem: *Trium Scriptorum illustrium de tribus Judaeum Sectis Syntagma, in quo Nic. Serrarii, Iob. Drusii, Ioseph. Scaligeri Opuscula, qvae eo pertinent, cum aliis iunctim exhibentur.* vbi *Triglandius Diatriben de Secta Karaeorum adiecit*, *Delphis* 1703. 4. duobus codicibus. Nat. 1652. =⊖. 1705. vid.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		vid. *Io. Fabricii Histor. Bibliothec.* Part. IV. p. 80. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1659.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1685.	*Abrahamus* TROMMIVS, (vulgo: *van der Trommen*,) Groninganus, Theologus eiusdem vrbis, hoc anno Concordantias Bibliorum, (*Nederlandsche Concordantie des H. Bybels*) *Groningae*, 1685.=1692. fol. edere coepit, quas secutae sunt *Concordantiae Graecae in LXX. Interpretes*, *Amstelaedami*, 1718. fol. duobus codicibus. Nat. 1633.=Θ. 1719. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1661. — *Paqvot Mémoires*, Tom. V. p. 241.=247.
	1686.	*Gaudentius* ROBERTVS, Sacerdos Carmelita, Mathematicus, & Philologus Parmensis, hoc anno cum *Benedicto Bachinio* Ephemerides literarias scribere coepit, (*Il Giornale de' Letterati per tutto l'Anno* 1686. =1690. in *Parma*. 4.) Praeterea *Miscellanea Italica erudita*, quatuor Tomis, *Parmae*, 1691. & 1692. 4. vulgatis, digessit. Θ. 1695. v. *I. A. Fabricii Conspect. Thes. Lit. Italiae*, p. 5. & *Bibliograph. Antiqvaria.* c. III. p. m. 65.
	1686.	*Carolus Caesar* BAVDELOT*ius* de DAIRVAL, ICtus, Hodoeporicus, & Archaeologicus Scriptor, Parisiensis, cuius notissima est *Vtilitas itinerum*, (*L'utilité de Voyages & de l'Avantage, qve la Recherche des Antiqvitez procure aux Savans*, hoc anno *Parisiis*

 duo-

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		duobus codicibus 8. edita. (v. *Act. Erud.* 1688. p. 116. f.) typisque repetita, *Parif.* 1693. 12. Similes eius sunt vel libri vel disputationes in Commentariis Academiae Regiae Inscriptionum, cuius socius erat, promulgatae. veluti: *Histoire de Ptolemée Auletes, Paris*, 1698. 12. — *Lettre à Mr. de Vallemont sur la nouvelle Explication qu'il a donnée à une Medaille d'or de Gallien, Paris*, 1698. 8. — *Reponse a Mr. G.... (Galland,) où l'on examine plusieurs qvestion d'Antiqvité, et entre autres la Dissertation publiée sur le Gallien d'or du Cabinet du Roy, Paris*, 1698. 12. *Lettre à Mr. le Marqvis de Dangeau sur une prétendue Medaille d'Alexandre publiée par Mr. de Vallemont, où l'on traite plusieurs matieres curieuses d'Antiqvité, Paris*, 1704. 12. *Fête d'Athenes, representée sur une Cornaline antiqve du Cabinet du Roi, Paris* 1712. 4. *Lettre sur le prétendu Solon des Pierres gravées avec l'Explication d'une Medaille d'or de la Famille Cornuficia, Paris* 1717. 4. *Reflexions sur les deux plus anciennes Medailles d'or Romaines, qvi se trouvent dans le Cabinet de S. A. R. Madame, Paris*, 1720. 4. praeterea *Explication d'un Endroit du Livre X. de l'Odyssée.* (v. 81.=85. in *Histor. Acad. Reg. Inscript.* Tom. I. p. 161. — *Dissertation sur un Sçeau antiqve de l'Empereur Gordien Pie*, (ibid. Tom. I. p. 266—270. de qua gemma sphragide vid. *Bubierius* in *Hagenbuchii Epistolis Epigraphicis* p. 9.) *Coniectures sur une pierre gravée antiqve* (ibid. Tom. I p 344.=348. *Reflexions sur le pretendu Solon, dont on trouve le nom sur qvelqves pierres gravées antiqves,*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.		*qves*, (ibid. Tom. II. p. 406=413.) nec non *Diſſertation de la guerre des Atheniens contre les peuples de l'Iſle Atlantiqve.* (ibid. Tom. III. p. 69.) Nat. 1648 =⊖. 1722. vid. *Morhoſius* II. *Polyh. Lit.* c. VII. §. 39. p. 392. 393. L. IV. c. I. §. 9. p. 721. Tom. I. — *Anſelm. Bandurii Biblioth. Nummaria* n. CXCVI. p. 217.=220. — *Iac. Georg. de Chauſepié Nouveau Dictionaire*, Tom. I. voc. (Charles-Ceſar) *Baudelot.* — Eius Iter laudat *Io. Matthi. Gesnerus ad Iſagogen* §. 562. p. 449. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1066.
	1686.	*Johannes* CHARDINVS, Hodoeporicus Scriptor Pariſienſis, tum *Carolo* II. regi Anglo-Britannico a conſiliis, quo munere cum fungeretur, Londini hoc anno edidit *Journal du Voyage du Chevalier Chardin*, fol. (v. *Act. Erudit.* 1687. p. 1.) quod iter poſtea ſub titulo: *Voyages en Perſe, et autres Lieux de l'Orient* non modo decem codicibus, *Amſtelaedami*, 1711. 8. ſed etiam emendatius et auctius, *Amſtelaedami*, 1735. 4. duobus codicibus, typis repetitum eſt. Nat. 1643.=⊖. 1713. vid. *Jac. Georg. de Chauſepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jean) *Chardin.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1149. — *A. Haller Biblioth. Botanica*, L. VIII §. DCCXCI. p. 633.
	1686.	*Jacobus* FRICHIVS, (vulgo: *du Friche*,) Monachus Benedictinus Pariſienſis, editor *S. Ambroſii Operum*, *Pariſiis* 1686. & 1691. fol. Vitam eius in ſingulari quadam Epi-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.	•	stola descripsisse dicitur *Pinson*, ICtus Parisiensis.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1686.	*Georgius* MARCELLVS, Arelatensis, Regi Franciae a rei maritimae consiliis, Chronologus, & Archaeologus, cuius *Tablettes Chronologiqves, contenant la Suite des Papes, Empereurs & Roys, qvi ont reigné depuis la Naissance de J. Christ iusqv'à present, Amstelaedami*, 1686. 12. prodierunt, nec non aliquot epistolae in Ephemeridibus Parisiensibus, veluti: *Extrait d'une lettre de Msr. Marcel Commissaire de la Marine*, 1693. in *Journal des Savans*, 1694. p. 151. super inscriptione *Arelate* reperta, quam tamen satis inepte explicat. praeterea: *Extrait de la lettre de Msr. Marcel, Commissaire General de la marine au departement d'Arles*, in *Journal des Savans* T. XXV. A. 1697. p. 410. itidem super vetusto lapidis titulo, apud *Muratorium* obvio, DXXVI. 3.
	1686.	*Casimirus* OVDINVS, Maceritano-Campanus Franciae, Sacerdos primum Praemonstratensis Ordinis Parisiensis, tum mutatis sacris Academiae Leidensi a Bibliotheca, hoc anno *Supplementum de Scriptoribus, vel Scriptis Ecclesiasticis a Bellarmino omissis*, rel. adornauit, *Parisiis*, 8. (v. *Act. Erudit.* 1686. p. 396.) Non commemorabo sigillatim omnes, qvas scripsit, vitas variorum diuersae aetatis Theologorum Christianorum, qvae omnes eius *Commentario de Scriptoribus Ecclesiae antiquis, Lipsiae* .1722. fol. tribus Tomis edito, continentur. Silentio tamen praeteriri non debet, vulgo non admodum

nota

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		nota *Trias Dissertationum Criticarum, prima de Codice MSCpto Alexandrino Bodleianae Bibliothecae: Secunda de Qvaestionibus ad Antiochum Principem in Scripturam Sacram: Tertia de Collectaneo seu Collectione Antiquitatum Constantinopolitanarum Anselmi Bandurii, Lugd. Batav.* 1717. 8. Nat. 1638.=Θ. 1717. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. VI. p. 256. =258. — *C. A. Heumanni Via ad Hist. Lit.* c. VII. §. V. p. 429. (g.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1483. — *Paqvot Mémoires*, Tom IV. p. 417.=423.
	1686.	*Emmanuel* MARTINVS, (vulgo: *Marti*,) Oropesano-Valentianus, primum *Iosepho Saënzio Aguirrio*, Presbytero Cardinali, Romae a. bibliotheca, tum Decanus Ecclesiae Alonensis, (*Alicante*) Rhetor, Poëta, & Philologus Hispanus, hoc anno *Amaltheam Geographicam*, sive *de rerum copia opus Miscellaneum* in viginti Elegias divisum, *Romae* 8. in lucem exire iussit. Praeter alia eius Carmina, Observationesque, quarum non paucae adhuc in scriniis latent, et Epistolarum Libros XII. primum *Mantuae Carpetanorum*, a 1735. 8. proditos, mox *Amstelaedami*, cum Praefatione *P. Wesselingii* 1738. 4. typis recusos, (v. *Act. Erud.* 1739. Maio mense, p. 254.) maxime memorabile est eius *Theatri Saguntini Schema*, & Dissertatio de eo Epistolica, quam, *Ioachimus* quidam *Alcarazius Gramont* ipsi, Romae degenti, extorserat, impudentique plagio, suo nomine ediderat, *Romae*, 1716 8. qua de re *Martinus querebatur* in Epistola ad *Vincentium Gravinam.*

SAEC. XVII. | AER. CHR. | PARS QVINTA.

Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.

nam. Sed fucus ille mox in omnium oculos incurrit, cum vero *Martinii* nomine ederetur, in *Bern. Montefalconis Antiqvitate Schematibus explicata*, Tom. III. Part. II. p. 237. in eius Epiſtolis a *Maianſio* editis *Mantuae Carpetanorum*, Part. I. p. 389. & in editione *Amſtelaedamenſi*, L. IV. Epiſt. IX. p. 198.=204. item in *Jo. Poleni Novorum Supplementorum vtriusque Theſauri Antiquitatum*, Tomo V. n. IV. p. 389. ſeq.

Nat. 1663.=☉. poſt. 1735.

Imago eius cernitur in limine Epiſtolarum.

vid. *Elogio del Signor Don Emmanuele Marti Decano della Chieſa d'Alicante* apud *Scipionem Maſſeium* in *Obſervationibus Literariis*, Tom. IV. Art. IX. p. 332.=346. — *Jo. Polenus* in Praefatione ad Tom. V. de vita & obitu *Martinii*, p. VII.=IX. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1426. — *Burmannus* minor, Praef. ad *Antholog.* p. XVIII. XIX.

1686. *Johannes Guilielmus* BAIERVS, Jenenſis, Theologus Lutheranus Altorfinae Academiae, quem non memoraſſem propter *Compendium* eius *Theologiae poſitivae*, *Ienae* primum hoc anno conſarcinatum, etſi fatis diu illud claſſicam paene auctoritatem apud Theologos, qui praeter carum ſibi Syſtema nihil magnopere ſcire volunt, obtinuerat, niſi *Hiſtoriam Marmoris Ancyrani*, *Indicem rerum geſtarum Auguſti Imperatoris complexi*, *Jenae* 1703. 4. et de *Obelisco Gnomone Auguſti Caeſaris*, Altorfi, 1706. 4. ſcripſiſſet.

Nat. 1675=☉. 1729.

vid.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		vid. *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. VI. p. 479. =486. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1056. 1057.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	circa 1686.	*Iohannes Andreas* DANTZIVS, Theologus Lutheranus & Philologus Ebraeus Academiae Ienensis. Biennio certe post *Disputationem de cura Iudaeorum in conquirendis Proselytis, Ienae*, 1688. 4. vulgauit; similesque alias ad antiquitatem Ebraeam pertinentes in medium protulit, veluti *Dissertationem de Ebraeorum re militari* ad *Deuter.* XX. XXI. *Ienae*, 1690. 4. *Baptismum Proselytorum Iudaicum e monumentis Ebraeo-Talmudicis erutum, Ienae*, 1699. 4. *Programmata V. de festo Iudaico Septimanarum abrogato et surrogato in eius locum festo Pentecostali Christianorum, Ienae*, 1715.=1718. edita; ne quid dicam de *Dissertatione historico-Apologetica pro Luthero ex acrimonia stili reprehenso, Ienae*, 1704. 4. vel de *Oratione de Tryphone Iustini Martyris collocutore habita* 1708. & in *Parergis Gottingensibus*, Tom. I. L. IV. p. 80=91. obvia, vel de aliis, disputationibus quas *Io. Gerh. Meuschenius Novo Testamento ex Talmude illustrato, Lipsiae*, 1736. 4. inseruit. Eius vero *interpretem Ebraeo Chaldaeum* nova editione recensuit, emendavit, & multis accessionibus locupletavit *Ioh. Gottfr. Tympius*; *Ienae*; & *Lipsiae*, 1755. 4. Nat. 1654.=⊖. 1727. vid. *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1195.
	1686.	*Nicolaus Christophorus* de LYNCKER, Mar-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. — 1705.		purgenfis, ICtus Academiae Ienenfis, Germaniae Principibus et Leopoldo Caefari a confiliis, Iuris publici Germaniae non fpernendus auctor, cuius non vna eft de illius doctrinae argumentis disputatio, tanqvam de *Archivo imperiali*, & *de Idiomate imperiali*, *Jenae* 1686. 4. *de his qvae perperam Principum Statuumque Imperii libertati accenfentur*, *Jenae*, 1688 4. *Redintegratio Circulorum imperii R. G. Jenae* 1699. 4. *de Libertate ftatuum imperii*, *Jenae* 1699. 4. *de forma imperii Romano Germanici*, ibid. eod. a 4. *de Superioritate territoriali*, *Jenae*, 1699. 4. aliae id genus. Nat. 1643.=Θ 1726. vid. *Io. Fabricii Hiftor. Biblioth* Part. IV. p. 416. 417. — *Io. Matthi. Gefnerus* ad *Ifagogen*, §. 32. p. 47. f. Tom. I. — *Cat. Bibl. Bunav.* p. 1409.
	1686.	*Georgius Abrahamus* MERCKLINVS, minor, Weiffenburgenfis Franco, Medicus, & Hiftoricus Norimbergenfis, cuius eft *Lindenius Renovatus*, *f. Johannis Antonidae van der Linden de Scriptis Medicis Libri duo continuati et dimidio paene amplificati*, *Norimbergae*, 1686. 4. (vid. *Act. Erudit.* 1686. p. 417.) Nat. 1644=Θ. 1702. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1438.
	1686.	*Carolus* SCHAAF, Novefio-Colonienfis, Philologus Ebraeus, Syriacusque, Academiae Leidenfis, hoc anno *Opus Aramaeum*, *complectens Grammaticam Chaldaico Syriacam cum*

ver-

SAEC. XVII | AER. CHR. | PARS QVINTA.

Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705

versione latina in lucem exire iussit, *Lugduni Batav.* 8.
Eius quoque est *Novum Testamentum Syriacum cum versione latina Ioh. Leusden & Car. Schaaf. & C. Chaaf Lexicon Syriacum Concordantiale ad N. T. Lugduni Batavorum*, 1717 4. editum & commemoratum a *Ioh. Frid. Hirtsio*, in *Bibliothecae orientalis & Exegeticae*, Part. II. p. 323.=326.
vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1583.

1686. *Gottlieb Gerhardus* TITIVS, Nordhusa-Thuringus, ICtus Lipsiensis, argumento *Io. Henr. Kindervatern Nordhusae illustris*, Cl. IV. n. VIII p. 322.=327. & *Ioh. Freder. Iugleri Supplementorum Biographiae Iuridicae*, Tom. VI. Part. I. n. IX. p. 105.= 125.
Nat. 1661 =Θ. 1714.
v. *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1654.

1686. *Ernestus Casimirus* WASSERBACHIVS, Historicus, & Philologus Duisburgensis, hoc anno disputationem scripsit *de origine vetustissimi Lippiensis agri Monumenti Hermiensburgk, et Hermiensul, veterum Saxonum Idoli, Duisburgi ad Rhenum* 4. *Petr. Burmannus*, maior, eum vocat *virum amplissimum*, sibique *olim dulcissima studiorum & vitae societate Vltraiecti coniunctissimum, dum magno Graevio simul operam* darent, *sed cuius immatura mors praeciderit* eius *gaudia*. ad *Syllogen Epistolarum*, Tom. I. p. 436. (2.)

1686. *Olaus* RVDBEKIVS, *Olai*, (de quo Part.

 IV.

AEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		IV. p. 560.) F. Botanicus Vpsaliensis, argum. *A. Halleri Bibliothecae Botanicae*, L. VIII. §. 790. p. 632. 633. Tom. I.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.	1686.	*Paulus* VINDINGIVS, Erasmi, (de quo ad huius Partis p. 66. in *Analectis*) F. Philologus Graecus Hafniensis, hoc anno *Epistola* eius *ad Ioh. Deckherrum* de *Scriptis nonnullis adespotis* ipsius *Deckherri*, *de scriptis adespotis*, *Pseudepigraphis*, *et suppositiis*, *Coniecturis*, *Amstelaedami* 12. accessit. Ceterum eiusdem *Ver Graecum*, *s. Dissertatio I. de variis Linguae Graecae Scriptoribus*, *Hafniae*, 1693. 4. item *Aestas Graeca*, *s. Dissertatio II. de variis Linguae Graecae Scriptoribus*, ibid. 1699. 4. et *Autumnus Graecus*, s. *Dissertatio III. de eodem argumento* non iniucundae sunt lectu. ⊖. 1712. *v. Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. III. p. 173.
	1686.	*Franciscus* GRAVEROLVS, Nemausensis, ICtus, & Archaeologus, hoc anno *Elogium Sponii* scripsit in *Nouis* Reipublicae literariae (*Nouvelle de la Republique des Lettres*) 1686. *Febr.* p. 212. & *Iunio* p. 635. obvium. tum *Dissertationem de numo Traiani graeco*, *Parisiis* 1687. 4. vulgauit, (v. *Act. Erud.* 1687. p. 646.) porro *De numo Tyriorum*, et de *numo Graeco, in quo Panis nomen expressum*, disputauit, (*Dissertation de Msr. Graverol sur une Medaille Grecque, qui porte le Nom du Dieu Pan, avec la reponse de Mr. Rigord*, *Paris*, 1689. 4.) v. *Act. Erudit. Supplement.* Tom. I. p. 583. et Tom. II. Sect. VIII. p. 369. Eiusdem sunt *Epulae ferales s. Fragmen-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*menti marmoris Nemausini enodatio* in calce *Sorbenianorum*, *Parisiis* 1696. 12. p. 230.= 246. & Biographiae nonnullae, tanqvam *Samuelis Sorbierii*, & *Jo. Baptistae Colelerii*, in limine *Sorberianorum.* Adhaec in Epistola quadam Musivum opus, quod putauit esse *Deae Nehalenniae*, illustrasse dicitur, teste *Bern. Montefalcone* in *Antiqvit. Schem. & Explanat. illustratis*, Tom. II. Part. II. p. 444. post Tab. 194. Non semel eius meminit *Jacob. Sponius* in *Miscellaneis Eruditae Antiqvitatis*, tamqvam: *Ex Franc. Graverolio, in cuius fundo reperta*, II. *Misc.* XI. p. 57. *Ex D. Fr. Graverol Nemausensi*, V. *Miscell.* p. 199. *ex erud. Graverolio* I. C. *IX. Misc.* p. 300. *Francisci Graverolii I. V. D. et Academici Nemausensis Miles Missicius amicissimo Jacobo Sponio olim dicatus, nuncque denuo recusus*, VII. *Misc.* p. 239. seq. vnde apparet iam superioribus sibi annis famam nominis parasse. Interim legi alicubi, cum *Franc. Graverolus* hanc interpretationem edidisset, scurram quemdam *Fredericum Guibbeum* Elogium porci ad eum misisse sub titulo: *In alimentum Militis Missicii D. Franc. Graveroli Frederici Gvibbei Porcus.* vid. *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CXXVIII. p. 109.
	1687.	*Petrus* BIZOT*us*, nescio cuias, Historicus, et Scriptor numarius. Eius est *Histoire Metallique de la Republique de Hollande*, *à Paris*, 1687. fol. (v. *Act. Erud.* 1688. p. 164.) item: *Supplement à l'histoire metallique de Hollande*, *Amsterdam* 1690. 8. (v. *Act. Erud.* 1690. p. 537.)

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		vid. *A. Pars Index Batavicus.* p. 366. 367. 451.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.	1687.	*Stephanus* CHAMILLARD*us*, vel CHAMILLART*us*, Sacerdos Jesuita, Philologus, & Archaeologus, hóc anno *Prudentium in vsum Delphini* recensuit, *Parisiis* 1687. 4. tum variis disputationibus de re numaria veterum Romanorum bene meruit, tanquam: *Lettres ecrites sur quelques Medailles curieuses de son Cabinet, Paris*, 1697. 8. (v. *Journal des Savans* 1697. p. 760. Tom. XXV. et *Amsterdam*, 1701. 8.) — *Lettre d'un Anonyme*, (Etienne Chamillard) *sur cette question, si les revers des Medailles ont toujours rapport aux Empereurs, où aux Imperatrices, à qui ils sont joints.* (*Mémoir. de Trevoux* 1702. p. 83—89.) — *Dissertations sur plusieurs Medailles, et Pierres gravées de son Cabinet, et autres Monuments d'Antiquité, à Paris*, 1711. 4. — (*Mémoir. Trevoux* 1712 p. 489. *Journ. des Savans* 1711. p. 514.) — *Dissertation sur une Médaille de Claude le Gothique*, (*Mémoir. de Trevoux* 1712. p. 645 = 653. & *Journal des Savans*, 1713. *Febr.* p. 162.) — *Lettre sur une Medaille de Valerien, dont la legende est singuliere*, (*Mémoir. de Trevoux* 1719. *April.* p. 668 = 677. & *Journal des Savans.* 1719. *Sept.* p. 323.) — *Lettre sur les Médailles de Gallien, où l'on fait voir, que tous les Historiens sont d'accord avec les Medailles*, (*Mémoir de Trevoux* 1719. Nov. p. 95. = 141.) — *Lettre du P. C. I.* (h e. Pere Chamillard, Iesuite,) *touchant un Catalogue vniversel de toutes les Medailles, qui ont été frappées sous les Empereurs* (*Memoir.*

SAEC. XVII. | AER. CHR. | PARS QVINTA.

Prnci pibus. — *Leo pold.lo, Ferdi nandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.

moir. de Trev. 1723. Aug. p. 1494.—1508. & Septembr. p. 1552. f.)
v. *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CXCIII. p. 215. 216.

1687. *Michäel* GERMANVS, (vulgo: *Germain*,) Monachus Benedictinus Parisiensis, socius laborum et itinerum *Iohannis Mabillonii*, teste *Musco Italico*, *Parisiis*, 1687. et 1689. 4. duobus codicibus, edito. (v. *Act. Erud.* 1687. p. 593. & 1690. p. 291.)
Θ. 1694.

1687. *Johannes Jacobus* MANGETVS, Medicus, & Bibliographus Geneuensis, hoc anno iam clarus, argumento *A. Halleri Bibliothecae Botanicae*, L. IX. n. 958. p. 72. Tom. II. Nota est eius *Bibliotheca Scriptorum medicorum veterum et recentiorum, in qua sub eorum omnium, qvi a mundi primordiis ad hunc vsque annum vixerunt, nominibus, ordine alphabetico adscriptis, vitae compendio enarrantur opiniones, & scripta, modesta subinde* Ἐπικρίσει *recensentur, Genevae*, 1731. fol. duobus Tomis euulgata.
Nat. 1652.=Θ. 1742.
vid. *I. L. B. Osmont Dictionaire Typographiqve*, Tom. I. p. 442.

1687. *Claudius* NICASIVS, (vulgo: *Nicaise*,) Nobilis Velaunus, Presbyter Divionensis, Philologus, & Archaeologus Parisiensis, hoc anno *Elogium & Tumulum Petri Petiti, Medici*, *Parisiis*, 8. scripsit, quod Elogium postea *Petiti Dissertationi* de *Nepenthe Homeri* praemissum est, *Traj. Rh.* 1689. 8. Eius.

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. Leopoldo, nandi III. Filio. 1658. = 1705.		Eiusdem qvoque eſt *Diſſertatio de Nummo pantheo Hadriani Imperatoris, Lugduni* 1689. 4. — (Act. Erud. Suppl. Tom. I. p. 372.) *Explication d'un ancien Monument trouvé en Guyenne dans le Dioeceſe d'Auſch, avec une Préface où il eſt parlé des anciens Tombeaux par Mr. l'Abbé Nicaiſe, Paris,* 1689. 4. (*Journal des Savans* 1690. p. 72. & *Act. Erudit. Supplem.* Tom. I. Sect. VII. p. 375. ſeq.) quem titulum Auſcienſis monumenti repetiit *Montefalco, Antiqv. Explic.* Tom. V. *Supplem.* L. V. c. I. p. 106. ſeq. Tab. XLIV. 1. item: *Extrait d'une Lettre de Mr. Nicaiſe touchant l'Explication d'un monument de Gvienne,* (*Journal des Savans*, 1690. p. 265.=268.) — nec non *Les Sirenes, où Discours ſur leur forme, et figure, Paris,* 1691. 4. (*Act. Erud. Supplem.* Tom. II. p. 341.) Θ. 1701. vid. *Anſelmi Bandurii Bibliothec. Nummaria,* n. CXXX. p. 110. & *Fabricius* ad eum, p. 147. (z.) — *Papillon Bibliotheqve des Auteurs de Bourgogne*, Tom. II. p. 109=111. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1468.
	1687.	*Claudius* PELETERIVS, (vulgo: *Le Peletier,*) ICtus, et Philologus Pariſienſis, hoc anno *Codicem Canonum veterem Eccleſiae Romanae* a *Franciſco Pithoeo* ad veteres MSCtos Codices reſtitutum edidit, *Pariſiis,* fol. Nat. 1631.=Θ. 1711. v. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1496.

Pau-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	1687.	*Paulus* PEZRON*us*, facerdos ordinis Cifterciensis, Chronologus, & Philologus Parifienfis, hoc anno Antiquitatem temporum instaurauit, & defendit libro, cui titulus: *L'Antiqvité des Tems rétablie & defendue contre les Juifs, et les nouveaux Chronologistes, Paris*, 1687. 4. qui fecundum hoc exemplar Parifienfe, *Amftelaedami*, eodem anno 8. recufus eft typis. Scripfit quoque aliam disputationem huius argumenti: *Dissertation touchant l'ancienne demeure des Chananéens & de l'vsurpation qv'ils ont faite sur les enfans de Sem*, (*Mémoires de Trevoux*, 1704. p. 15.=27.) Nat. 1639.=⊖. 1706. vid. *Iac. Perizonius* in *Aegyptiacis originibus*, vbi eum fubinde reprehendit, tanquam c. X. p. 165. feq. — *Fr. Gotth. Freytag Analecta Litteraria*, p. 674. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1507.
	1687.	*Iuftus à* DRANSFELD, Gottingenfis Paedagogiarcha, Rhetor, & Hiftoricus, hoc anno *Ioann. Cafelii Opus Epiftolicum, exhibens Epiftolas ad Principes, Nobiles, viros celebres &c.* . . . . ex ipfius autoris aduerfariis & MScptis maximam partem adornavit, *in XVI. libros* defcripfit, ... et adiunxit *Lucubratiunculam de Charactere Epiftolico ex auctoris Phalereo depromtam, Francofurti*, 8. non multo poft ipfe *Epiftolographiam, feu Rationem Epiftolas latinas accurate fcribendi ab Erasmo Roterodamo, Iufto Lipfio & Chriftoph. Schradero diverfis operibus olim defcriptam* dedit, *Rhetoricamque Ariftotelis*

Bbbb *ad*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi-pibus.		*ad Epistolographiam* accommodauit, *Gottingae*, 1692. 12.
Leo-poldo, nandi III. Filio.		Nat. 1633.=θ1714.
1658. = 1705.		vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol II. p. 1210.
	1687.	*Jacobus Guilielmus* IMHOF, Norimbergensis, ICtus, Senator eius reipublicae, et Genealogicus scriptor, hoc anno *Genealogias excellentium in Gallia familiarum*, *Norimbergae* 1687. fol. (v. *Act. Erud.* 1687. p. 302.) tum *Genealogias Familiarum*, *Bellomaneriae*, *Claromontanae*, *de Galarande & Memmiae*, itidem *Norimbergae*, 1688. fol. porro *Historiam Genealogicam Regum M. Britanniae*, *Norimbergae*, 1690. fol. (v. *Act. Erud.* 1690. p. 268.) *Notitiam procerum S. R. Imperii Tubingae* 1693. fol. (v. *Act. Erud.* 1693. p. 258. f.) *Historiam Italiae & Hispaniae Genealogicam, seu Stemma Desiderianum* &c. *Norimbergae*, 1701. fol. (v. *Act. Erud.* 1701. p. 481.) *Corpus Historiae Genealogicae Italiae & Hispaniae*, *Norimbergae* 1702. fol. (v. *Act. Erud.* 1703. p. 1.) *Recherches historiques & Genealogiques des Grands d'Espagne*, *Amsteldam*, 1707. 8. *Stemma Regium Lusitanicum*, *Amstelaed.* 1708. fol. *Genealogias XX. illustrium in Italia familiarum*, *Amstel.* 1700. fol. & *Genealogias XX. illustrium in Hispania familiarum*, *Lipsiae* 1712. fol. contexuit.
		Nat. 1651.=θ. 1728.
		vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. II. p. 503. =506. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1352.

Jo-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.	1687.	*Johannes Henricus* MAIUS, Johannis Burcardi (de quo antea P. V. p. 296.) frater, Pfortzeimensis, s. Phorcensis, Theologus, & Philologus Ebraeus, primum *Durlacensis* Gymnasii, tum Academiae Giesensis, hoc anno *Vitam Iohannis Reuchlini Phorcensis primi in Germania Hebraicarum Graecarumque & aliarum bonarum literarum instauratoris, Francof.* et *Spirae.* descripsit, tum *Disputationem de Lingvarum Teutonicae, Latinae, Graecae atque Ebraeae addiscendarum facili ratione, Gissae Hassorum,* 1693. 4. *Sciagraphiam Scholarum Prophetarum, Giessae* 1701. 4. *Johannis Coccei Lexicon & Commentarium Sermonis Hebraici & Chaldaici* correctum & auctum, *Erfurth.* & *Lipsiae,* 1714. fol. *Specimen Lingvae Punicae in hodierna Melitensium superstitis, Marburgi,* 1718. 8. vt taceam eius *Institutionem Lingvae Hebraicae* quintum editam, *Giessae,* 1715. 8. in lucem exire iussit. Nat. 1653 = ϴ. 1719. vid. *Morhofius* I. *Polyh. Liter.* c. XIX. §. 37. p. 224. Tom. I. — *Jo. Fabricii Hist. Bibl.* Part. IV. p. 70. = 72. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1416.
	1687.	*Johannes* MOLLERVS, Flensburgensis Cimber, Philologus, & Historicus scholae patriae, hoc anno *Cimbriae literatae Prodromum, Slesvigae.* 4. in lucem prodire iussit, tum *Isagogen ad historiam Chersonesi Cimbricae, Hamburgi* 1691. 8. (v. *Act. Erud.* 1692. p. 94.) porro *Homonymoscopiam historico-Philologico-Criticam, s. Schediasma de Scriptoribus Homonymis, Hamburgi* 1697. 8. *Bibliothe-*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus, — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 658. = 1705.		*thecam Septentrionis eruditi, siue Syntagma Tractatuum de Scriptoribus illius*, iunctim exhibuit, *Lipsiae* 1699. 8. duobus codicibus: item *Introductionem in Ducatuum Cimbricorum Slevicensis & Holsatici Historiam Chorographicam, naturalem, antiqvariam, civilem &c. Hamburgi*, 1699. 8. nec non duos posteriores *Morhofiani Polyhistoris* Tomos, cum Praefatione & Prolegomenis de eius vita & scriptis, 1702. ad posteritatis memoriam seruauit. Post eius vero mortem *Cimbriam litteratam, sive Scriptorum Ducatus vtriusque Slesvicensis & Holsatici. . . . . Historiam Litterariam tripertitam . . . .* opus magno quadraginta annorum labore & studio confectum cum praefatione edendum curauit *Johannes Grammius, Hafniae*, 1744. fol. tribus codicibus. Nat. 1661.=⊖. 1725. vid. *Morhofius* I. *Polyh. Liter.* c. XVIII. §. 47. p. 206. Tom. I. — *Io. Fabricii Hist. Bibl. Part.* V. p. 471. 472. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1449.
	1686.	*Paulus* PATER, Menhardivillano-Hungarus, Mathematicus, & Philologus, primum Torunienfis, postea Gedanensis, hoc anno *Arcana moralitatis ex XLI. Pythagorae Symbolis* patefecisse sibi visus est, *Francofurti* 8. Nat. 1656.=⊖. 1724. vid. *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Paul) *Pater*, Professeur de Mathématiqves. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1492. — *Alexii Horányi Memoria Hungarorum*, Part. III. p. 44=48.

An-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Prncipibus. — Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.	1687.	*Andreas Erasmus* a SEIDEL, nobilis Marchico-Brandenburgicus, ICtus, & Archaeologus, hoc anno *De numo Vetranionis aureo singulari Vratislaviae reperto Epistolam ad amicum* scripsit, *Vratislaviae*, 4. (v. *Act. Erud.* 1687. p. 644.) ad quam Epistolam nonnulla observauit *Gisb. Cuperus* in *Literis Criticis*, p. 149. v. *Anselmi Banduri Bibliotheca Nummaria*, n. CXXIV. p. 106. 107.
	1687.	*Ehrenfriedus Gualtherus von* TSCHIRNHAVS, Killingswalda-Lusatus, Mathematicus, et Physicus non vltimae caueae, hoc anno *Medicinam mentis, siue Tentamen genuinae Logicae, in qua disseritur de Methodo detegendi novas veritates*, *Amstelaedami*, edidit. Nat. 1651.=ϴ. 1708. vid. *Morhofius* I. *Polyh. Liter.* c. XIV. §. 13. p. 138. 139. §. 49. p. 149. L. II. c. VII. §. 25. s. p. 390. s. Tom. I. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. V. p. 516.=519. — *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos.* Tom. V. Period. III. Part. II. L. II. c. I. §. XVII. p. 598.=602. & in *Append.* s. Vol. VI. p. 911. — *Menckeniorum Bibliotheca doctorum militum*, n. CCXLII. p. 455.=458. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1661. — *Montuclae Historia Mathescos*, Tom. II. Part. IV. L. VI. §. VIII. p. 343. seq.
	1687.	*Godefridus* VOCKERODT, Muhlhusanus; Rhetor, et Philologus scholae Gothanae, hoc anno *Introductionem in Notitiam de eruditorum Societatibus*, *Jenae*, 4. & *Gothae*, 1704. 8. item *Historiam Societatum & rei*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*literariae ante diluvium* emisit, addito *fragmento ex libris Henochi de Egregoris, cum versione nova*, Jenae 1687. 4. Eidem debemus Dissertationem *de Ioanne Chrysostomo inuidiae ludibrio, Gothae*, 1697. 4. — *Cyriaci Guntheri Latinitatis restitutae s. de vitiis Latini sermonis libelli singularis* novam editionem cum *Praefatione, Jenae*, Part. I. 1701. et Part. II. ibid. 1708. 8. *Consultationes de literarum studiis recte & religiose instituendis*, Gothae, 1705. 8. *Sermones Panegyricos, Gothae*, 1705. 8. *Programmata* de *fatis pro Christi gloria pugnantium priorum Doctorum in D. Athanasii exemplo, Gothae*, 1710. 4. de *Ephraemo Syro*. ib. eod. 4. *Historiam Bibliothecae Gymnasii Gothani, Gothae* 1714. 4. *Fructuosa & fortunata post fata Iobi Ludolfi studia orientalis litteraturae & consilia de re Christiana amplificanda, Gothae*, 1713. 4. *Memoriam Iobi Ludolfi renovatam*, ibid. eod. A. aliasque id genus Biographias. Nat. 1665.=⊖. 1727. vid. *C. A. Heumanni Via ad Hist. Liter.* c. I. §. 2. p. 3. (c.).
	1687.	*Samuel* WERENFELSIVS, Petri F. Basileensis, Theologus, *elegantissime doctus*, vti dicitur *Ernesto* in *Opusculis Crit.* p.264. Philologus, Rhetor, & Philosophus Academiae Basileensis, hoc anno Rhetor Academiae creatus *de Oratore sacro* disseruit, teste eius sororis filio, *Petro Ryhinero, artis Logicae Professore*, in *vita Werenfelsii, Basileae*, 1741. 4. edita, et *Opusculorum* eius *Theologicorum, Philosophicorum, & Philologicorum, Lugduni* &

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705.		*&* *Leovardiae*, 1772. 4. Tomo I. praemissa, p. 14. Cetera eius scripta hoc loco indicare non est necesse. Nat. 1657.=⊖. 1740. Effigies eius cernitur in limine Editionis tertiae *Opusculorum* eius *Theologicorum* &c. Tomo II. vid. *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Samuel) *Werenfels*, Theologien. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1695. — *Auctor Athenarum Rauricarum*, in Professoribus *veteris Testamenti*, n. XVIII. p. 57.=60.
	1687.	*Johannes Ortwinus* WESTENBERGIVS, Neohusio-Benthemensis Westphalus, ICtus, et Philologus, mox Steinfurtensis, mox Harderovicenae, mox Franequeranae & tandem Leidensis Academiae, hoc anno Disputationem *de vsuris*, *Harderovici*, 4. defendit. Nat. 1667.=⊖. 1737. vid. Elogium eius in *Emonis Lucii Vriemoet Athenis Frisiacis*, n. CI. p. 776.=781. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1697.
	1687.	*Andreas* BORRICHIVS, Philologus & Historicus, Hafniensis, hoc anno *Dissertationem de antiqva vrbis Romae facie* edidit, *Hafniae*, 4. in *Graevii* postea *Thesauro Antiqv. Rom.* Tomo IV. p. 1517. repetitam, tum *Appendicem ad Curas posteriores Christoph. Cellarii* dedit, *Hafniae*, 1687. 8. (v. *Act. Erud.* 1688. p. 55.) alio sub titulo *Observationum singularium circa Latinam lingvam*, *Francof.* 1694. 8. recognitam, additamque *Christophori Cellarii Antibarbaro*, *&* *Curis posterioribus*, *Jenae*, 1732. 12. & mox *de*

Per-

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus,		*Persico imperio & recta numerandarum LXX. Danielis hebdomadum ratione, Hafniae,* 1688. 8. disseruit.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1687.	*Henricus* BASNAGIVS *de* BAVVAI, Beniamini F. ortu Rothomagensis Gallo-Francus, habitatione Roterodamensis, ICtus, & Historicus, hoc anno coepit scribere *Histoire des ouvrages des Savans,* vsque ad A. 1709. quatuor & viginti codicibus absolutam, *Roterodami,* 12. neque minus *Antonii Furetierii Lexicon Francicum* emendauit, & auxit. Nat. 1656.=ϴ. 1710. vid. *Bayle Dictionaire,* Tom. I. voc. (Henri) *Basnage,* Fils du Précédent.
	1688.	*Johannes Justinus* CIAMPINVS, Romanus, Libellorum supplicum magister, Historicus, et Archaeologus, hoc anno *Examen Libri Pontificalis, sive vitarum Romanorum Pontificum, quae sub nomine Anastasii Bibliothecarii circumferuntur* &c. instituit, *Romae,* 4. mox *Coniecturas* suas *de perpetuo Azymorum vsu in Ecclesia latina, vel saltim Romana,* aperuit, *qua occasione vox fermenti in Melchiadis & Siricii decretis, ac in epistola Innocentii I. Rom. Pont. aliique veteres ecclesiastici ritus declarantur, Romae,* 1688. 4. tum *Vetera Monumenta,* praecipue *Musiva Opera, sacrarum profanarumque aedium structuram, ac nonnullos antiquos ritus Dissertationibus Iconibusque* illustravit, *Romae,* Tomis duobus, altero 1690. altero 1699. fol. typis excuso. Praeterea *Dissertationem historicam, an Pontifex Romanus baculo pastorali vtatur, Romae* 1690. 4. *De Abbreviatorum*

SAEC XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*rum de Parco maiori, siue Assistentium S. R. E. Vicecancellario munere, dignitate &c. Dissertationem Historicam, Romae* 1691. fol. *Disquisitionem de duobus emblematibus, quae in Cimelio Cardinalis Carpinei asseruantur, Romae,* 1691. 4. *De Sacris aedificiis a Constantino M. constructis Synopsin Historicam, Romae,* 1693. fol. *De vocis correctione in sermone VII. Sancti Leonis Magni de natiuitate Domini, Romae* 1693. 4. *il Teatro de' Grandi Discorso Academico,* in *Roma,* 1693. 4. *Inuestigationem historicam de cruce stationali,* Romae 1694. 4. *Notitiam compendiariam Abbreviatoris de Curia,* Romae, 1696. 4. *De Sacrae Rom. Eccles. Vice-Cancellario, illiusque munere, auctoritate & potestate,* Romae 1697. 4. & *Explicationem duorum Sarcophagorum sacrum baptismatis ritum indicantium, Romae* 1697. 4. in publicum exire passus est, plerisque tamen eius libris non vsquequaque obviis. Nat. 1633.=⊙. 1698. Icon eius in numo Musei *Mazzuchelliani,* Tom. II. Tab. CXLIII. No. 3. p. 173. f. vid. *F. G. Freytag Analecta Litteraria,* p. 250. *Adparatus Litterarius,* Tom. I. n. CCI.= CCIII. p. 522.=530. — *David Clement Bibliotheqve curieuse,* Tom. VII. p. 115= 120. (61.)=(68.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1157.
	1683.	*Josephus Malatesta* GARUFFIUS, Ariminensi vrbi a Bibliotheca, Historicus, & Archaeologus, hoc anno *Academias Italiae* singulari libro recensuit, (*Italia Accademica, o sia le Accademie aperte nelle città Ita-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Folio.* 1658. = 1705.		*liane, raccolte e descritte Rimini*, 1688. 8.) tum *Lucernam lapidariam, quae titulos, monumenta, Epitaphia, Inscriptiones, ac Sepulcra tum Gentilium, tum Christianorum, via Flaminia & Arimini scrutatur*, accendit, *Arimini*, 1691. & 1692. 4. (v. *Act. Erud.* 1693. mense Augusto, p. 346.) recognitam postea a *Sigeberto Haverkampo*, & insertam *Thesauri Italiae* Tomo VII. Parti II. Tandem Ephemerides literarias scribere coepit, quarum tamen nonnisi tres codices prodierunt: *Il Genio de' Letterati appagato colle notizie più scelte, e pellegrine de' Libri Moderni, e con altre abbondanti, ed erudite Curiosità à varie Scienze ed Arti appartenenti. Fatica di Giuseppe Malatesta Garuffi, Riminese*, Tomo Primo, Secondo, e Terzo. In *Forli*, 1709. 4. vid. *P. Burmannus*, maior, in Praefatione ad *Thesaur. Ital.* Tomum VII. p. (22.)=(24.) — *Frid. Gotth. Freytag Analecta Litteraria*, p. 370.
	1688.	*Iosephus* LANZONVS, Ferrariensis, Medicus et Philologus eiusdem vrbis, hoc anno *Animadversiones varias ad Medicinam anatomicam & chirurgicam facientes*, *Ferrariae*, 8. in medium protulit. tum *Jätrophysicorum Ferrariensium* memoriam recoluit, *Bononiae* 1691. 4. denuo resuscitatam in *Thesauri Italiae* Tomo IX. Parte VIII. nec non *de Coronis & unguentis in antiqvorum conviviis* etrusca dialecto disseruit, 1698. quam *exercitationem* latine versam & adnotationibus auctam ab *Hieronymo Baruffaldo*, *Ferrariae*, 1715. 8. repetiit *Alb. Henr. de Sallengre Nov.*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.		*Nov. Thesauri* Tomo III. p. 669. ne quid dicam de eius *Citrologia*, Ferrariae, 1690. 12. *Tractatu de Balsamatione Cadaverum*, *Genevae*, 1696. 12. variisque rerum Archaeologicarum disputationibus, cum *Museo Minervae*, 1697. tum *Diario literario* Italiae (*Giornale de' Letterati*) insertis. Nat. 1663. = ☉. 1730. Imago in duobus numis *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. 167. No. II. III. ad p. 279. Neutram tamen effigiem exemplari valde similem esse scribit *Baruffaldus* in *Calogerae Opusculis*, T. XII. p. 220. qui meliorem dedit. vid. *Petr. Burmannus*, maior, in Praefat. ad *Thes. Italiae*, Tomum IX. Partem VI. p. (18) — *A. H. de Sallengre* in *Praefat.* ad T. III. *Thes. Nov.* ** 1. opistogr. — *Cat. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1381. — *A. Haller Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. VII. §. DCLXXVI. p. 726. = 728. & *Biblioth. Botanica*, L. VIII. n. 816. p. 646. Tom. I.
	1688.	*Joachimus Le* GRAND, Abbas, et Historicus Gallo-Francus, hoc anno *Historiam divortii inter Henricum VIII. & Catharinam Arragonensem* facti descripsit, (*Histoire du divorce de Henry VIII. et de Catharine d'Arragon, avec la defense de Sanderus*,) *Parisiis*, 12. tribus codicibus. porro *Bossueti* inconstantiam Anti-Pontificiorum sub examen vocavit, (*Critique de l'histoire des variations*) *Amstelaed.* 1689. 12. & *J. Ribeyri* Historiam insulae Ceyloniae (*Histoire de l'Isle de Ceylon ecrite par le Capitain J. Ribeyro*,) in lucem protulit, *Amstelaed.* 1701. 12.

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		Nat. 1653.=☉. 1733. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1279.
Leopoldo, nandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1688.	*Davides Placidus* PORCHERON*us*, Burdegalensis Monachus Benedictinus, & Geographus Parisiensis, hoc anno *Anonymi*, vt vulgo nominari solet, *Ravennatis*, qui circa Saeculum VII. floruisse dicitur, *de Geographia Libros V.* recensuit, & animadversionibus illustrauit, *Parisiis.* 8. Nat. 1650.=☉. 1694.
	1688.	*Sebastianus le Prestre*, dominus de VAVBAN, ortu Burgundus, magister militum Regis Franciae, & propugnaculorum artifex, hoc anno Artem muniendarum vrbium, (*Maniere de fortifier*,) *Parisiis*, 8. docuit. Nat. 1633 =☉. 1707. v. *Papillon Bibliotheqve des Auteurs de Bourgogne*, Tom. II. p. 347. 348. — *Menckeniorum Bibliotheca doctorum militum*, n. CCXLIV. p. 461. 462. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1669.
	1688.	*Johannes Fridericus* CRAMERVS, ICtus, Principis Brandenburgici praeceptor, & Procurator regis Borussiae siue Amstelaedamensis, siue Haganus, nominis Germanorum contra *Buhursium* vindex, hoc anno *Sam. Pufendorfii* Isagogen in Historiam praecipuorum regnorum, theotisce scriptam, latine vertit, *Francofurti* 1688. 12. & *Vltraiecti*, 1693. 8. tum *Vindicias nominis Germanici contra qvosdam obtrectatores Gallos*, *Amstelaedami* 1694. 8. & *Berolini* 1694. fol.

in

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Prnci-pibus. — *Leo poldo, Ferdi-nandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		in lucem prodire iussit. (v. *Act. Erudit.* 1695. p. 37.) Θ. 1715. vid. *I. G. Graevii* Praefat. ad *Cicer. Orationes* p. 70. *Praef.* & *Epist.* ed. *Fabric.* — *Jo. Frid. Iugler Beyträge zur Juristischen Biographie*, Tom. V. Part. I. n. XV. p. 170. = 179. — *Paqvot Mémoires*, Tom. IV. p. 230. 231.
	1688.	*Jacobus Philippus* CROPHIVS, *Iohannis Baptistae*, (de quo supra, p. 295. 296.) frater natu minor, *Johannis* Filius, Augustanus, Philologus, et rector Gymnasii Augustani, hoc anno, disceptatore *Iohanne Andrea Schmidio*, *dissertationem suam de Gymnasiis Atheniensium literariis* defendit, *Jenae* 4. Labentibus annis *Hilaria Scholastica*, i. e. *Des Augspurgischen Gymnasii zu St. Anna celebrirte Jubel Freude*, *Augspurg*, 1731. fol. celebrauit, item Origines, conditionem, & fata huius ipsius Gymnasii exposuit, (Historische *Erzehlung von dem Ursprung*, *Einrichtung*, *und dem Leben und Schriften der darinnen ehemahls lebenden Professorum und Rectorum*, *Augspurg*, 1740. 8. Nat. 1666 = Θ. 1742. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1184.
	1688.	*Johannes Albertus* FABRICIVS. Lipsiensis, Theologus, & Polyhistor literatissimus pariter, atque humanissimus Hamburgensium, hoc anno inclarescere coepit, edita *Hamburgi*, vel *Lipsiae*, *Scriptorum recentiorum Decade*, 4. quamqvam dissimulato nomine. Quot & quanta vero ingenii, et solertiae suae monumenta ad posteros reliquerit,

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		quis post operam ab *Herm. Sam. Reimaro* hac in re laudabiliter collocatam a me requirat? Nat. 1668.=⊖. 1736. Numus eius in *Museo Mazzuchelliano*, Tom. II. Tab. CLXXII. n. VI. p. 301. f. Effigies quoq. eius ante *Reimari de vita & Scriptis Iohannis Alberti Fabricii Commentarium*, eiusdemque *Dionem Cassium*. vid. *Morhofius* IV. *Polyh. Lit.* c. XI §. 1. p. 837. L. VII. c. II. §. 21. p. 1054. Tom. I. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. VI. p. 131.=137. & 381.=393. — *C. A. Heumanni Via ad Hist. Liter.* c. VII. §. V. p. 428. cui dicitur *Bibliothecarius reipublicae Literariae.* — *Io. Matthi. Gesnerus* ad *Isagogen*, §. 577. p. 470 nominat *virum incomparabilem, & vere Bibliothecarium orbis eruditi*, item §. 610. p. 494. Tom. I. & ad §. 780. p. 86. Tom. II. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jean Albert) *Fabricius*, Savans d'Allemagne. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1234. — Icon & vita in *Ioh. Schroeckh Abbildungen &c.* Tom. I. Fasc. III. n. XXX. p. 320. =332.
	1688.	*Johannes Wichardus* VALVASOR, Carniolanus, Historicus, hoc anno scripsit *Topographiam Archi-ducatus Carinthiae* theotisco sermone *Norimbergae*, tribus quatuorue codicibus, mox *Topographiam Carniolae*, (*Ehre des Hertzogthums Crain*,) Labaci, 1689. fol. (v. *Act. Erudit.* 1689. *Novembri* mense, p. 549. & mense Martio, 1690. p. 195.) Insunt varii lapidum tituli, et numi.

Nat.

SAEC. XVII. | AER. CHR. | PARS QVINTA.

Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.

Nat. 1639.=⊖. 1693.

1689. *Ludovicus* SERGARDIVS, (vulgo: *Sergardi*,) Senensis, Orator, & Satirographus Romanus, hoc anno *Orationem pro eligendo summo Pontifice post obitum Innocentii XI.* in Basilica Vaticana coram sacro Collegio habuit, *Romae*. Auctor quoque est *Q. Sectani Satirarum in Philodemum*, 1696. 8. et *Coloniae*, 1698. 8. & *cum Notis & continuatione P. Antoniani*, *Amstelaedami* (verius *Romae*,) 1700. 8. duobus codicibus. (v. Nobilissimi *Crevennae* Catalogus, Tom. III. p. 275. 276)

Nat. 1660.=⊖. 1726.

vid. *Frider. Gotth. Freytag Analecta Litteraria*, p. 843. 844. — *Vitarum Italorum doctrina excellentium, qui Saeculo XVIII. floruerunt, Decas II. auctore Angelo Fabronio, Romae*, 1769. 8. p. 361.=384.

1689. *Emmanuel* TELLESIVS Sylvius, Marchio Alegretensis, Historicus. Eo anno prodiit eius liber *de rebus Johannis II. Lusitaniae regis. Vlyssippone*, 8.

1689. *Jacobus* MARSOLLERIVS, (*Marsollier*,) Parisiensis, Historicus. Eius autem est *Histoire de l'Origine de Dixmes, et autres Bien temporels de l'Eglise, Paris*, 1689. 12. *Histoire du Ministere du Cardinal Ximenes, Toulouse*, 1694. 12. *Histoire de Henry VII. Roi d'Angleterre, Paris*, 1700. 8. et *Histoire de Henry de la Tour d'Auvergne, Duc de Bouillon, Paris*. 1719. 12. tribus codicibus.

Nat.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		Nat. 1647.=☉. 1724. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1424. — *Osmont Dictionaire Typographique*, Tom. I. p. 454.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.	1689	*Johannes Petrus* RIGORDVS, (*Rigord*) haud dubie diuersus a *Rigordo* quodam Jesuita, e cuius libro *l'illustre Pelerin*, anno 1673. edito, veterem lapidis titulum decerpsit *Sponius*, VIII. *Miscell.* p. 277. Hic vero Subdelegatus Prouinciae Massiliensis, & Archaeologus numarius, eo anno non modo ipse *Dissertationem historicam de numo Herodis Antipae*, (*Dissertation Historiqve sur une Medaille d'Herode Antipas*, *à Paris* 1689. 4.) scripsit, sed ad eum quoque misit *Graverolus* Dissertationem suam antea laudatam p. 352. cui *Rigordus* respondit *Parisiis*, eodem anno, (v. *Journal des Savans* 1690. p. 139. & 210. it. *Act. Erudit. Supplem.* Tom. II. Sect. VIII. p. 372.) Ad hunc quoque auctorem pertinent *Lettre de Msr. Rigord aux Journalistes des Mémoires de Trevoux sur une Ceinture de toile trouvée en Egypte autour d'une Mumie.* (*Mémoires de Trevoux* 1704. mense *Junio* p. 978.) & *Lettre de Msr. Rigord, Subdelegvé de l'Intendance de Provence à Marseille, écrite à Mr. Bon, premier President de la Cour des Aydes de Montpellier sur des Monumens antiqves, dont il est parlé dans ces Mémoires de Trevoux* 1714. *Octobr.* p. 1771.=7781. in *Memoriis Trevoltinis* A. 1715. mense *Julio* Art. 103. p. 1252.=1265. ☉. 1727. vid. *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria* n. CXXIX.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705.		CXXIX p. 109. 110. — *Joseph. Bimardus* in *Additionibus & Corrigendis* ad *Ioberti Scientiam rei numariae*, Tom. II. p. 443. *Mr. Rigord composa à l'occasion de cette Medaille une dissertation qui fut imprimée en* 1689. *& il paroit que ni lui, ni les Antiquaires . . . . ne doutoient point, qu'elle ne fût véritablement antique.*
	1689.	*Gaspar Thomas de la* THAVMASSIERE, Burdegalensis, ICtus, & Historicus, cui debemus hoc anno *Historiam Bituricensem*, (*Histoire du Berry*) *Parisiis*, fol. ϴ. 1712.
	1689.	*Andreas Christianus* ESCHENBACH*ius*, Theologus Lutheranus, et Philologus Norimbergensis. Quamquam enim iam aliquot superioribus annis seu *Ethicam Mythologicam h. e. de fabularum poëticarum sensu morali*, A. 1684. seu *de consecratis gentilium lucis*, *Jenae*, 1686. 4. seu *de veterum Criticorum σημειώσεσι*, *Jenae*, 1687. 4. disseruit, quae omnes disputationes cum aliis nonnullis in *Dissertationum* eius *Academicarum* corpusculum, *Norimbergae*, 1705. 8. immigrarunt, tamen claritatis eius primitias ab *Orphei Argonauticis graece & latine*, cum variorum interpretum adnotationibus, *Traiecti ad Rhenum* hoc anno euulgatis, repetere liceat. quibus deinceps accessit *Epigenes de Poësi Orphica in priscas Orphicorum Carminum memorias liber Commentarius*, *Norimbergae*, 1702. 4. Nat. 1663 = ϴ. 1722. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1227.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	1689.	*Iohannes Philippus* PFEIFFERUS, Norimbergensis, Theologus primum Lutheranus, Regiomontanus, postea pontificiorum rituum assecla, Philologus, hoc anno *Antiquitatum Graecarum Gentilium, Libros IV.* edidit *Regiomonte.* 4. (v. *Act. Erud.* 1689. p. 93.) typis recusos postea *Regiomonte*, & *Lipsiae.* 1707. 4. Nat. 1645 =⊖. 1695. vid. *Morhofius* V. *Polyh. Liter.* c. II. §. 3. p. 931. Tom. I. — *Io. Alb. Fabricii Bibliographia Antiquaria*, c. II. §. VI. — *Georg. Christo. Pisanski Historia Litteraria Prussiae*, Part. III. §. 43. p. 75. 76. (i.) — *Io. Matthi. Gesnerus* ad *Isagogen*, §. 504. p. 408. Tom. I. *valde se amare* ait eius Antiquitates, *quod adscripsit loca integra Graecorum.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1507. 1508.
	1689.	*Davides* ABERCROMBIVS, gente Scotus, Medicus, & Philologus, hoc anno festivum libellum, *Furem Academicum*, edidit, *Astelaedami*, 12.
	1689.	*Jacobus* BERNARDVS, ortu Delphinas Gallo-Francus, habitatione Batauus, Theologus Caluinianus, Philosophus Academiae Leidensis, & Bibliographus, hoc anno *Epistolam de Tolerantia ad clarissimum virum* &c. *Gaudae.* 12. emisit. Nat. 1658. =⊖. 1718. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1079. — *Paquot Mémoires*, Tom. VI. p. 351. = 358.

Jo-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Prnci pibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	1689.	*Johannes* SIBRANDA, Witmarſumo-Friſius, Philologus Graecus Academiae Franequeranae, hoc anno *Diſſertationem* de *Statu Judaeae Provinciae ſub Procuratoribus, veraque interpretatione Johannis*, XVIII. 31. vulgauit. Nat. 1668.=Θ. 1696. vid. *Elogium* in *Emon. Lucii Vriemoet Athenis Friſiacis*, p. 707.=710.
	1690.	*Franciscus* CAMELVS, gente Italus, *Christinae*, Auguſtae Suecorum, Archaeologus, hoc anno *Numos antiqvos aureos, argenteos, aereos, primae, ſecundae, ſeu mediae, minimae, & maximae formae Latinos, Graecos, Conſulum, Auguſtorum* &c. *Romae.* 4. deſcripſit. (v. *Act. Erudit.* 1691. p. 207. & *Journal des Savans* 1692. p. 17.) vid. *Anſelmi Bandurii Bibliotheca Nummaria* n. CXXXVI. p. 116. — *David Clement, Bibliotheqve curieuſe*, Tom. VI. p. 118. 119. (63.)
	circa 1690.	*Iohannes Martius* CERCHIARI*us*, Vicentinus, Archaeologus, patriae ſuae monumenta collegit, & *Gruteri* titulos lapidum emendauit, quod opus adhuc *Vicentiae* in ſcriniis latere aiunt. Reliquiſſe etiam dicitur *Miſcellanea Epiſtolarum, Epigrammatum, Elogiorum*, & *Inſcriptionum*. Nat. 1641.=Θ. 1712.
	circa 1690.	*Carolus* MARATTVS, Anconitanus, Pictor egregius. Nat. 1625.=Θ. 1713. Effigies eius cernitur in numo *Muſei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLIV. n. II. ad p. 219. ſ.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		Eiusdem Epitaphium legitur apud *Keyslerum* in *Itinere novissimo*, Tom. I. Epistol. XLIX. p. m. 705.
Leopoldo, nandi III. *Filio.* 1658. = 1705.		v. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 711.
	1690.	*Hieronymus* RAGVSA, Siculus, Motycensis Sacerdos Jesuita, Historicus, & Archaeologus. Eius hoc anno *Elogia Siculorum*, *Lugduni* 8. prodierunt, quae postea in *Thesauri Siciliae*, *Partem* XIV. immigrarunt. ϴ. 1712. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1543.
	1690.	*Bernardinus* RAMAZZINI*us*, Carpensis Italus, Medicus, & Historicus Patavinus, de huius & proximorum annorum *Constitutione* disseruit, in *Miscellaneis* seu *Ephemeridibus Academiae Naturae curiosorum*, *Lipsiae* & *Norimbergae*. Nat. 1633 = ϴ. 1714. vid. *Papadopoli Histor. Gymnasii Patavini*, Tom. I. L. III. p. 385. = 387. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1543. 1544.
	1690.	*Ludovicus* BOIVIN*ius*, *Oenopionem* latine dixeris, *Johannis* frater natu maior, (vulgo dicitur *Boivin l'ainé*,) ICtus, Chronologus, & Philologus Parisiensis, cuius scripta *Historiae & Commentariis Academiae* regiae *Parisiensis* sunt inserta. cuiusmodi sunt: 1.) *Analyses de ses Dissertations sur la Periode Julienne*, (in *Historia Academiae*, Tom. I. p. 221. = 230.) 2.) *Histoire de la Reine Zarine & du Prince Stryangée*, (*Memoir. de l'Acad. des belles lettres*, Tom. II. p. 86. seq.)

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		seq.) (3.) *Dissertation sur un Fragment de Diodore de Sicile*, (*Memoir.* Tom. II. p. 108.=139.) 4.) *Chronologie de Denys d'Halicarnasse* (*Mémoires*, Tom. III. p. 17.=33.) 5.) *Restitution Chronologiqve d'un Endroit de Censorin, d'où semble dependre la Chronologie des Tems fabuleux*, (*Mémoires*, Tom. III. p. 33.=53.) 5) *Dissertation sur l'Epoqve de Rome, selon Denys d'Halicarnasse*, (ibid. p. 53.=65.) 6.) *Remarqves sur l'origine des Dieux*, (*Histor. Acad. Inscr.* Tom. II. p. 1.=6.) 7.) *sur les Rois Pasteurs en Egypte*, (ib. p. 31.=52.) 8.) *Eclaircissement sur le Ver sacrum, où Printems sacré des Anciens*, (*Histor.* Tom. II. p. 130.=135.) 9.) *Sur Jeroboam - Jesoz treizieme Roi d'Israël* (*Mémoir.* Tom. V. p. 446. seq) Nat. 1649=⊖. 1724. vid. *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Louis) *Boivin.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1097.
	1690.	*Michaël Angelus* CAVSEVS, (vulgo: *de la Chausse*) ortu Parisiensis, habitatione Romanus, Archaeologus, hoc anno *Romanum Museum, siue Thesaurum eruditae antiquitatis* aperuit, *in quo gemmae, idola, insignia sacerdotalia, instrumenta sacrificiis inservientia, lucernae, vasa, bullae, armillae* &c. *centum & septuaginta tabulis aeneis incisa referuntur & dilucidantur. Romae*, fol. (v. *Supplementa Actor. Eruditor.* Tom. II. Sect. I. p. 33. et *Journal des Savans* 1692. p. 171.) quod vti *Romae* iterum prodiit adiectis in secunda editione plurimis adnotationibus,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		& figuris, (v. *Journal des Savans*, Tom. XXXIX. A. 1708. Mart. p. 448. ed. *Amstelaed.*) sic non modo Gallo-Francicam sub titulo: *Le Grand Cabinet Romain, où Recuil des Antiqvitez Romains, qve l'on trouve à Rome* &c. *Amstelaedami*, 1706. fol. vestem induere iussum est, sed tertium quoque adiectis plurimis annotationibus & figuris recusum est typis, *Romae*, 1746. fol. duobus Tomis, quorum prioris *Sectio* I. *tabulas* 65. *Sectio* II. *tabulas* 64. posterioris *Sectio* III. *tabulas* 28. *Sectio* IV. *tabulas* 8. *Sectio* V. *tabulas* 26. *Sectio* VI. *tabulas* 18. & *Sectio* VII. *tabulas* 9. complectitur. Huius autem Musei Romani particulas quasdam decerptas suo *Antiqvitatum Romanarum Thesauro* inserendas curauit *I. G. Graevius*, veluti *de insignibus Pontificis Maximi, Flaminis Dialis, Auguris, & sacrificantium instrumentis, Tomo V. Deorum simulacra, Idola, aliasque imagines* eidem *Tomo* V. de *signis militaribus Tomo* X. & tandem *de Vasis, Bullis, Armillis, Fibulis, Annulis, Clavibus, Tesseris, Stylis, Strigilibus, Guttis, Phialis Lacrymatoriis, Manibus aeneis, vota referentibus, de Mutini simulacris, & aeneis antiqvorum lucernis, Tomo* XII. Porro eiusdem industriae debemus *Gemmas antiquas*, (*Gemme antiche figurate*,) *Romae*, 1700. 4. (v. *Act. Erudit.* 1700. p. 481.) *Aureum Constantini nummum de vrbe, devicto ab exercitu Gallicano Maxentio, liberata, explicatum, Romae*, 1703. 4. (v. *Act. Erud.* 1705. p. 285.) ad quem librum vide observationes in *Memoriis Trevoltinis* A. 1706. mense Novembri obvias, tum Epistolam de Columna Antonini Pii, (*Let-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		(*Lettera del Signor Michel Agnolo de la Chausse, in cui si fa parola della Colonna nuovamente trovata in Roma, nel Campo Marzo, ed eretta gia per l'Apoteosi di Antonino Pio. in Napoli*, 1704. 8. (v. *Journal des Savans* 1704. p. 539. et *Mémoires des Trevoux* Sept. 1704. Art. 129. p. 1537. vbi simul *Grainvilii* obseruationes ib. Art. 130. p. 1544.) item *Seconda lettera del Signor Michel Agnolo de la Chausse indirizzata al Signor N. N. circa la Colonna dell' Apoteosi di Antonino Pio* scoperta *in Roma nel Campo Marzo, in risposta di alcune Osservazioni publicate nel Giornale di Trevoux del mese di Settembre* 1704. *date in luce da Niccolo Bulifoni. in Napoli* 1705. 8. (v. *Journal des Savans* 1705. p. 772. *Mémoires de Trevoux* 1705. *mense Aug.* Art. 120. p. 1310. vbi etiam *Grainvillii* secunda responsio, mense Decembri, Art. 186. p. 2113.) tandem *Picturas* quoque *Sepulcri Nasoniani* vna cum *Jo. Petro Bellorio* illustrauit, teste libro, cui titulus: *Le Pitture antiche delle Grotte di Roma e del Sepolcro di Nasoni disegnate da Pietro Santo, e Francesco Bartoli, descritte, e illustrate da Gio Pietro Bellori, e Michel Agnolo de la Chausse, Roma*, 1706. fol. vid. *Banduri Bibliotheca Nummaria*, n. CLXVI. p. 180. 181.
	circa 1690.	*Sebastianus* Le CLERC, Metensis, Eques Romanus, Architectus, & ducendarum in laminis linearum artifex intelligentissimus. Nat. 1637. = ☉. 1714. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1166.

Franc

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Folio.* 1658. = 1705.	1690.	*Franciscus* FELIBIEN*us*, *Andreae* Filius, Historiographus, & Archaeologus regius Parisiensis, hoc anno *Monumenta antiqua* hoc titulo edidit: *Monumens antiques par Mr. F. D. A.* h. e. *Felibien des Avaux, à Paris*, 1690. 4. Quis libelli huius auctor esset nesciit *Franc. Hesselius*, in *Praefatione* ad *Gudii Inscriptiones*, *Appendice* Stell. XI. vbi *nescio*, inquit, *cuius hominis*, nesciisse etiam videtur doctiss. *Iul. Carol. Schlaegerus*, qui in Indice *Thesauri Supellectilis Antiquariae*, p. 83. *Commentationis de Numo Alexandri Magni*, notas literarum F. A. D. permutauit. hoc autem docent Ephemerides literariae, *Journal des Savans* 1690. p. 579. vid. quoque *Acta Eruditor.* 1692. mense *Februario*, p. 91. Non minus hunc auctorem habet *Descriptio Villarum Plinianarum*, (*Les Plans & les description de deux des plus belles maison de Campagne de Pline le Consul avec des Remarques par Mr. Felibien des Avaux*, à Londres, 1707. 8.) ⊖. 1733. vid. *Jo. Matthi. Gesnerus* ad *Plinii* II. *Epist.* XVII. p. 76. 77.
	circa 1690.	*Franciscus Salignacus de la Motte* FENELON, Quercetanus, Episcopus Cameracensis, Theologus, Rhetor, Poëta, & Philosophus Gallo Francus. Praeter varias vel mortuorum; (*Dialogues des Morts*, *Amstelaed.* 1727. 12.) vel super Pictura, (*Deux Dialogves de Mr. de Fenelon*, sur *la Peinture*, in vita *Mauvilliana Petri Mignardi*, Amstelaedani, 1731. 12.) & de Eloquentia, Paris. 1718. Dialogos,

item

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III, *Filio.* 1658. = 1705.		item Obſervationes Criticas de Rhetorica, & Poëſi, (*Reflexions ſur la Rhetorique*, & *ſur la Poëtique par Mr. Fenelon*, *à Amſteldam*, 1717. 12.) nec non Epitomen Biographicam veterum Philoſophorum, (*Abregé des vies des anciens Philoſophes avec un Recueil de leurs plus belles Maximes*, *Paris* 1726. 12.) quae tamen a *Ramſaeo* eius nomine indigna iudicatur. Maximam vero ei laudem & famam pepererunt *Acta Telemachi*, (*Les Avantures de Telemaque Fils d'Vlyſſe*, *où Suite du quatrieme Livre d'Odyſſée d'Homere*) quorum editionibus et interpretationibus nihil frequentius, veluti ſexta *Hagienſi*, 1700. 12. ſeptima ibid. 1716. 8. octava, *Roterodamenſi* 1717. 8. tandem *Amſtelaedamenſi* 1734. fol. Nat. 1651. = ☉. 1715. Imago eius in numo *Muſei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLIX. No. VIII. ad p. 240. ſ. vid. *Gibert Jugemens ſur les Auteurs de la Rhetorique*, p. 379 = 387. Tom. VIII. *Baillet Jugemens.* — *Moshemii Inſtitut. Hiſt. Eccleſ.* Saec. XVII. Sect. II. P. 1. c. I. §. L. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II p. 1239. — *Eloge de Mr. François de Salignac de la Mothe Fenélon*, *par Mr. La Harpe*, *Paris* 1771. 8.
	circa 1690.	*Guilielmus Franciscus Marchio* HOSPITALIVS, (vulgo: *Le Marquis de l'Hopital*,) Mathematicus. Nat. 1661. = ☉. 1704. vid. *Montucla* in *Hiſtor. Matheſeos*, Tom. II. Part. IV. Libr. VI. §. IX. p. 358. — *Catal. Bibl.*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol II. p. 1335.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.	1690.	*Edmundus* MARTENE, e Dioecesi Diuionensi ortus, sacerdos Benedictinus S. Mauri, Historicus, hoc anno librum *De antiquis Monachorum ritibus* scripsit, *Lugduni* duobus codicibus, 4. tum iunctis *Vrsini Durandi* operis *Veterum Scriptorum & Monumentorum, historicorum, moralium, amplissimam Collectionem* dedit, *Rotbomagi* 1700. 4. (v. *Act. Erudit* 1701. p. 153.) & Tomis IX. *Parisiis* 1724. fol. praeterea communiter cum socio suo *Durando* Iter literarium (*Voyage litteraire de deux Benedictins*) *Parisiis* 1717. 4. non minus, quam *Thesaurum novum Anecdotorum*, Tomis quinque, *Parisiis*, 1717. fol. adornauit. Nat. 1654 =Θ. 1739. vid. *Fabricii Bibl. Graeca*, L. VI. c. X. p. 831. 832. Vol. XIII. — *Papillon Bibliotheqve des Auteurs de Bourgogne*, Tom. II. p. 30 = 34. — *Catal. Bibliotb. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1424. — *Osmont Dictionaire Typographiqve*, Tom. I. p. 454. 455.
	circa 1690.	*Marcus Antonius* OVDINETVS, Rhemensis Gallo-Francus, ICtus, et Philologus, mox Parisiensis, mox Rhemensis, non multo post ab A. 1701. Academiae regiae Parisiensis bonarum artium socius euasit, a quo profectae sunt hae disputationes Archaeologicae: *Reflexions sur les Medailles. d'Athenes*, (*Histor. Acad. Inscript.* Tom. I. p. 270. = 280. ed. Amstel.) p. 219. ed. Paris. *Reflexions sur celles de Lacedemoine*, (ibid. a p. 280. = 290. & p. 227. ed. Paris.) *Remarqves sur une Agathe du*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Prnci-pibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*du Cabinet du Roi* (ibid. p. 337.=340.) *Remarqves sur deux autres Agathes du même Cabinet, dont l'une represente l'Apotheose de Germanicus, et l'autre le même Prince sous la figure de Triptoleme,* (ibid. p. 340.=344. *Dissertation de Marc-Oudinet sur les trois Medailles d'Hermonthis, de Mendes & de Jotape a M. D. L. R. D. I.* in *Continuatione Memoriarum literariarum Sallengrii*, Tom. IV. *Paris.* 1727. 8. p. 170.=178. et *Dissertation sur une Medaille de Marc Aurele frappée a Mendés* (ibid. p. 178. seq.) Nat. 1640.=ϴ. 1712. vid. *Banduri Bibliotheca Nummaria*, n. CLIX. p. 183. 184. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1483.
	circa 1690.	*Jacobus* OZANAM, ex agro Principis Dombarum Gallo-Francico ortus, Mathematicus Parisiensis. Nat. 1640.=ϴ. 1717. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1485.
	1690.	*Ludovicus Elias* vel *Elliesius* DV PINIVS, (vulgo: *Louis Ellies Du Pin,*) Parisiensis, Theologus, Historicus, et Philologus, hoc anno coepit *Novam Bibliothecam auctorum Ecclesiasticorum*, (*Nouvelle Bibliotheqve des Auteurs Ecclesiastiqves,*) *Amstelaedami*, ab A. 1690.= 1711. novem codicibus 4. condere, qvae paulo post etiam latine reddi coepta est, duobus Tomis *Coloniae Agrippinae*, (*Amstelaedami*) 1692. 4. (v. *Act. Erud.* 1693. p. 77. 458. & 489.) vulgatis. Reliqua in-du-

Eeee 2

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		duſtriae eius monumenta haec potisſimum fuerunt: *Optatus Milevitanus de ſchismate Donatiſtarum, Antwerpiae*, 1702. fol. — *Johannis Gerſonii Opera omnia novo ordine digeſta, et in V. Tomos diſtributa, Antwerpiae* 1706. fol. tribus codicibus — *Bibliotheqve vniverſelle des Hiſtoriens, Paris* 1707. 8. duobus codicibus. — *Hiſtoire de l'Egliſe en Abregé par demandes et par reponſes depuis le commencement du Monde, jusqv'à preſent, Paris*, 1712. 12. et theotisce verſa, *Regensburg*, 1713 = 1717. 8. Tomis quatuor. — *Defenſe de la Monarchie de Sicile contre les Entrepriſes de la Cour de Rome, Amſteld.* 1716. 8. — *Hiſtoire du Regne de Louis XIII. jusqv'en* 1622. *avec un Recueil de Pieces concernant l'hiſtoire de Louis XIII. jusqv'en* 1642. *Paris.* 1716. 12. ſeptem codicibus. — *Methode pour étudier la Theologie, Paris*, 1716. 8. — *Hiſtoire profane depuis ſon Commencement jusqv'à preſent. Anvers*, 1717. 12. ſex codicibus. — *Bibliotheqve des Auteurs ſeparez de l'Egliſe Romaine du XVI. et du XVII. Siecle, Paris*, 1718. 1719. 8. duobus Tomis, et *Hiſtoire du Concile de Trente. Bruxelles.* 1721. 8. duobus Tomis. Nat. 1657. = ☉. 1719. Imago eius in numo *Muſei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLX. No. VII. ad p. 246. ſ. vid. *Io. Fabricii Hiſtoria Bibliothecae*, Part. IV. p. 5. 189. 190. — *C. A. Heumanni Via ad Hiſtor. Liter.* c. VII. §. XLIII. p. 491. 492. (d.) — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Louis Ellies Du) *Pin*, Ecrivain dans le XVIII. Sie-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		Siecle. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1513.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio*	circa 1690.	*Julianus* POVCHARD*us*, Domfrontensis Normandus Franciae, Philologus Academiae bonarum artium Parisiensis, ab A. 1701. Nat. 1656.=⊖. 1705. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1530.
1658. = 1705.	circa 1690.	*Johannes Baptista* SANTOLIVS, (vulgo: *de Santeuil*) Parisiensis, Presbyter S. Victoris, vnde *Victorinus* subinde cognominatur, Poëta latinus, cuius *Opera Poëtica*, lucem viderunt *Parisiis*, 1698. 12. hoc sub titulo: *Oeuvres de feu Monsieur de Santeuil Chanoine Regulier de Saint Victor, avec les Traductions par differents Auteurs mises au jour par P. A. Pinel de la Martiliere Pretre.* Nat. 1630 =⊖. 1679. Imago eius in numo Musei *Mazzuchelliani*, Tom. I. Tab. CXXXIX. No. III. ad p. 158. f. et ante *Opera Poëtica.* vid. *Baillet Jugemens*, Tom. IV. *des Poëtes Modernes*, p. 365.=368. No. 1549. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1577.
	1690.	*Johannes Baptista* THIERSIVS, (vulgo: *Thiers*,) Carnotensis Gallo-Francus, Theologus et Philologus, hoc anno de Coma adulterina disputauit *Histoire des Perruqves, où l'on fait voir leur origine, leur vsage, leur forme, l'abus & l'irregularité de celles des Ecclesiastiqves*, *Paris.* 8. Nat. 1641.=⊖. 1703. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1647.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		— *I. B. L. Osmont Dictionaire Typographique*, Tom. II. p. 266.=268.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Folio.* 1658. = 1705.	circa 1690.	*Ludovicus Sebastianus Nanus* TILLEMONTIVS, (vulgo: *Louis Sebastien le Nain de Tillemont*,) a loco, vbi plurimum commorabatur, sic cognominatus, Sacerdos Pontificius, Historicus, & Philologus Parisiensis, eo iam anno inclaruisse videtur, etsi biennio demum post *Historiam Imperatorum* vulgare coeperit, (*Histore des Empereurs et des autres Princes, qui ont regné durant les six premiers Siecles de l'Eglise*, *Paris* 1692.=1739. 8. codicibus XVI. (*Act. Erudit.* 1693. p. 188.) vel forma quarta, *Parisiis* 1700.=1707. quinque Tomis. vel sex Tomis, *Bruxellis* 1732. fol. nec minus paulo post Historiam Ecclesiasticam priorum Saeculorum elaborauerit, (*Mémoires pour servir, à l'histoire Ecclesiastique des premiers Siecles*, *Bruxelles*, 1694.=Θ. 1719. codicibus XXIV. 12. (v. *Act. Erudit.* A. 1695. p. 249. A. 1704. p. 450.) vel decem tomis, *Bruxellis* 1732. fol. Nat. 1637.=Θ. 1698. vid. *I. Matthi. Gesnerus* ad *Isagogen*, §. 516. p. 418. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1653. — Icon & vita in *Jo. Matthi. Schrökh Abbildungen und Lebensbeschreibungen* &c. *Tom.* I. *Fascic.* II. n. XXI. p. 225.=232.
	circa 1690.	*Iohannes Franciscus Fides* VALENS siue VAILLANTIVS, (vulgo: *Jean François Vaillant*,) Johannis Fil. Romanus, Medicus, & Archaeologus, patris sui aemulus futurus fuis-

SAEC XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.		fuisset, nisi mors eum immatura rebus humanis eripuisset. Extat eius dissertatio de vi & potestate literarum CONOB in nummis (*Dissertation sur les lettres CONOB ou COMOB, qui se trouvent à l'Exergue des Medailles d'or du bas Empire*) v. *Histor. Academ. bonarum literarum*, Tom. I. p. 324.=333. vel p. 263. ed. *Paris.* Nat. 1665 =⊙. 1708. vid. *I. A. Fabricius* ad *Banduri Biblioth. Numariam*, N. CLIX. p. 140. (c.) — *Iac. Georg. de Chaufepié*, *Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Jean François Foy) *Vaillant*, Fils du précedent.— *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1664.
	1690.	*Samuel* BATTIERIVS, Medicus, Philologus Graecus, & Philosophus Academiae Basileensis, hoc anno iam *Dissertationem* de *generatione hominis* 4. emisit. Praeter varias Observationes, quas viuus vel sigillatim, vel in *Bibliotheca Bremensi* passim edidit, alias quoque reliquit, *in Museo Helvetico*, *Tiguri*, 1746. 8. post mortem eius vulgatas, tamqvam *Praelectionem de Reqvisitis Professoris Linguae Graecae*, *e Mss.* Tomo III. Part. X. p. 289.—305. *Orationem de Studii lingvae Graecae vtilitate atque commodis*, *deque aptissimo modo & ratione facillima studium illud incipiendi*, *e Mss.* Tomo III. Part. XII. p. 523.=546. *Praelectionem de iis, ad qvae potissimum attendi debeat, vt qvis in antiqvis Graecorum Scriptis non solum loca corrupta deprehendere, sed et eadem, si vllo modo id fieri possit, emendare valeat*, *e MSc.* *Tomo* IV. Part. XIII. p. 1.=24. *Orationem de literarum Graecarum*

post

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, nandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*post inductam plurium Saeculorum horrendam barbariem, in occidentalibus Europae Partibus interitu, & quomodo ex singulari Dei beneficio tandem illae insigniter refloruerint* e MSc. Tomo IV. Partic. XIV. p. 163.=184. *Observationes in Diogenem Laërtium*, *Tomo* IV. *Part.* XV. p. 321.=378. *Observationes in Euripidis Hecubam*, *Tomo* V. *Part.* XVII. p. 30.=50. *Observationes in Euripidis Oresten*, *Tom.* V. *Part.* XVIII. p. 175.=218. *Observationes in Euripidis Phoenissas*, ibidem Tomo V. Partic. XIX. p. 341.=383. *Observationes in varias Euripidis Tragoedias*, Tomo VI. Part. XXII. p. 201.=228. *Notas qvasdam in Sophoclis Tragoedias*, Tomo VI. Partic. XXIV. p. 612.=617. Nat. 1667.=Θ. 1744. vid. *Catal. Bibl Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1066. — Auctor *Athenarum Rauricarum* in *Professoribus Lingvae Graecae*, n. XXV. p. 377.=379. & in *Addendis* p. 458.
	1690.	*Johannes* BERNOVLLI, *Jacobi* (de qvo Part. V. p. 284.) frater, Medicus, Mathematicus, et Philologus Academiae Basileensis, hoc anno disputationem emisit De *Effervescentia et Fermentatione.* Nat. 1667=Θ. 1748. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1082. — *Montucla Histor. Matheseos*, Tom. II. Part. IV. L. VI. §. IX. p. 356. seq. — *Auctor Athenarum Rauricarum* in *Professoribus Graecae Lingvae*, n. XXIV. p. 373.=377. & in *Professoribus Mathematicae*, n. XV. p. 423. — *Haller Bibliotheca Anatomica*,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*mica*, Tom. I. L. VII. §. DCXCIX. p. 746.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1690.	*Christianus Gotthülf* BLVMBERGIVS, Querfurtanus, Theologus Lutheranus, et Historicus Cygnaeensis, verbi diuini illo anno praeco castrensis in obsidione Moguntina, cum prodire iuberet libellum latine scriptum: *Monumentum Neronis Claudii Drusi, Moguntiae obvium*, 1690. 4. qui theotisce redditus sub titulo: *Der Eichelstein, das ist, Neronis Claudii Drusi Monumentum, oder das zu Maintz berühmte ietzt Zerstöhrte Ehren-Grab, wie auch dessen Thaten, Todt in Teutschland, und Begraebnis zu Rom.* &c. *Chemnitii* semel iterumque, 1697. 12. & 1700. 12. lucem vidit, de quo monumento, vulgo: *Der Eichelstein* nominato, v. *Patini Relationes historicas*, p. 145. *Keysleri Antiqvit. Sept. & Celtic.* p. 106. 107. & *Abrah. Wielingii Lectiones Iuris* L. II. c. II. p. 89. Idem quoque *Blumbergius* edidisse videtur *Suspiria Johannea, contra superstitiones ex nomine, igne, et herbis, vt vocant, Iohanneis elicitas, directa, Schneebergae*, 1690. 4. *De Petri Bertii causa Apostasias, cur a Reformatis ad Papismum defecerit, Dissertationem, Cygneae*, 1701. 4. item *Mysterium Papali coronae adscriptum Ens, huc vsque reale, Non-Enti Io. Ludov. Hannemanni, oppositum, Cygneae*, 1702. 8. *Veritatem mysterii Tiarae Romani Pontificis olim adscripti, novis aliqvot testimoniis asserta* &c. *Cygneae*, 1710. 8. & Historicam narrationem de societate Kalendariorum, *kurtze Abbildung des Kalan-*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*des und der Kaland-Brüderschaften*, *Chemnitz*, 1721. 12. Nat. 1664.=Θ. 1735. v. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1090.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	circa 1690.	*Salomon* CELLARIVS, *Christophori* Fil. Cizensis, Medicus, & Philologus. Eius sunt *Origines & Antiqvitates Medicae post praematurum illius excessum emendatiores auctioresque editae a Christophoro Cellario, Patre, Jenae*, 1701. 8. Nat. 1676 =Θ. 1700. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1146.
	circa 1690.	*Johannes Andreas* EISENMENGERVS, Manhemio-Palatinus, Philologus, & Historicus Ebraeus Academiae Heidelbergensis. Eo pariter atque *Iohanne Leusdenio* accurantibus *Biblia Hebraica non punctata*, *Francofurti*, 1694. prodierunt. Eiusdem quoque est *Iudaismus patefactus*, (*Entdecktes Judenthum*,) *Regiomonte*, 1711. 4. duobus codicibus luce publica donatus. Nat. 1654.=Θ. 1704. vid. *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. VI. p. 369. — In semidoctis eum habuit *R. M. van Goens*, V. C. in Corollariis Nuncii, *Bylagen tot de Berigt van den Prof. van Goens, rakende de Recensie van zyne vertaling van de verhandeling van Mozes Mendelszoon*,) p. 111 (*)=113.
	circa 1690.	*Iohannes* FRICKIVS, Vlmensis, Theologus Luthe-

SAEC. XVII. | ANN. CHR. | PARS QVINTA.

Prnci-pibus. — *Leo poldo, Ferdi nandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.

Lutheranus, & Philologus, iam inclarescere coepit, argumento indicis scriptorum eius, a *Georg. Christiano Gebauero* in *Anthologicis Dissertationibus*, p. LXXXIX.=XCV. commemoratorum, quorum duo duntaxat accuratius indicabo. *Praefatio* eius *de vita, fatis, & scriptis Ludovici Ellies du Pin* praemissa est *Du Pinii Methodo studii Theologici*, a *Ioh. Martin. Christello* latina ciuitate donatae *Augustae Vindelicorum*, 1722. 8. & *Praefatio generalis* ad *Iohannis Schilteri Thesaurum Antiquitatum Teutonicarum ecclesiasticarum, civilium, literariarum* prodiit *Vlmae*, 1727. fol.

Nat. 1670 =ɵ. 1739.

v. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1254.

1690. *Hermannus von der* HARDT, Westphalus, Historicus, & Philologus Ebraeus Academiae Juliae, hoc anno *Antiqua literarum monumenta autographa, ex Bibliotheca manuali Rudolphi Augusti, Brunsvigae* duobus codicibus, 8. emisit. Inter tot eius libros, Biographias & Disputationes, quas post aliorum diligentiam ea in re collocatam repetere nolo, eminent praefertim eius *Magnum Oecumenicum Constantiense Concilium, Francofurti*, 1700. tribus codicibus, fol. (v. *Act. Erud.* 1700. p. 241.) *Ephemerides Philologicae, Helmstadii* 1703. 4. *Historia Literaria Reformationis, Francofurti & Lipsiae*, 1717. fol. et *Aenigmata prisci orbis, Helmstadii* 1723. fol.

Nat. 1660.=ɵ. 1746.

Icon eius ante *Constantiense Concilium*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Folio.* 1658. ÷ 1705.		vid. *Jo. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. II. p. 342.=347. inprimis 351. 352. — *David Clement Bibliotheqve Curieuse*, Tom. IX. p. 352 =355. —*Nova Act. Eruditorum* A. 1746. Aug. p. 475 =480. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tam. I. Vol. II. p. 1299.
	1690.	*Hector Godofredus* MASIVS, Megalopolitanus, Theologus Lutheranus, & Historicus Academiae Hafniensis, hoc anno *Antiqvitates Mecklenburgenses cum Notis Andreae Borrichii*, *Lubecae*, 8. edidit, deinde praeter varias disputationes Theologicas, veluti, *de discrimine Lutheri & Calvini doctrinarum formulae*, primum *e Bibliotheca Mstorum Marqvardi Gudii*, addita praefatione, in lucem protulit *Hermanni Zoestii*, *Monachi ex ordine Cistercienst*, *qui tempore Concilii Basileensis vixit*, *tria opuscula theologica*, I. *de Ecclesiastica potestate & Papali*, II. *de vocibus definitivis in generalibus conciliis*, III. *Calendarium Hebraicum*, *Hafniae*, 1701. 8. Nat. 1653 =ɵ. 1709. vid. *Severini Lintrupii* vita *Masii* in eius Disputationibus, *Hafniae*, 1719. iunctim promulgatis.
	1690.	*Daniel* NESSEL*ius*, *Martini* filius, Caesari Germanico a bibliotheca, Historicus, & Bibliographus Vindobonensis, hoc anno *Catalogum Bibliothecae Vindobonensis*, *Vindobonae*, fol. (v. *Act. Erudit.* 1692. p. 494) nec non *Prodromum Historiae Pacificatoriae*, seu *Indicem Chronologicum in Corpus pacificationum*, *Vindobonae* fol. in lucem exire iussit. Eumdem quoque auctorem habet *Supple-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.*		*plementum Bruschianum, Vindobonae*, 1692. 4. & *Sciagraphia magni corporis historici*, ibidem 1692. 4. ⊖. 1699. vid. de eo *Adam. Francisc. Kollarius*, in Supplementis Libri I. *Commentariorum* P. *Lambecii de Bibliotheca Vindobonensi.*
	1690.	*Johannes Fridericus* PFEFFINGERVS, Argentoratensis, ICtus, Historicus, & Mathematicus, mox Luneburgensis, mox Hanoveranus, hoc in primis anno *Geographiam Curiosam, Lipsiae*, 8. & *Vitriarium illustratum, Friburgi*, 1691. 8. edidit, cuius *Philippi Reinhardi Vitriarii*, ICti Academiae Leidensis, *Institutiones Iuris publici* non modo eiusdem *Pfeffingeri* adnotationibus, *Gothae*, 1699. 4. (v. *Act. Erudit.* 1699. p. 361.) sed etiam copiosissimis interpretationibus illustratae fuerunt Tomis IV., videlicet Tomo I. *Gothae*, 1712. Tomo II. 1718. Tomo III. 1725. & Tomo IV. 1731. 4. promulgatis. Nat. 1667.=⊖. 1730. v. *Jo. Frid. Jugleri Supplementa Biographiae ICtorum*, Tom. IV. Part. I. n. XVI. p. 161.—177.
	circa 1690.	*Iohannes Vlricus* PREGIZERVS, *Iohannis Vlrici*, Theologi Tubingensis, (de quo *Paulus Freherus* in *Theatro*, Part. I. Sect. III. p 702. 703. & *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1531.) Filius, Tubingensis, ICtus, et Historicus Wurtenbergicus, cuius notum est Speculum Germanicum Principum, (*Teutscher Regierungs- und Ehren*

 Spie-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, nandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*Spiegel*) *Berolini*, 1703. fol. editum, nec non *Sueuia & Würtenbergia sacra*, *Tubingae* 1716. 4. Nat. 1647.=⊖. 1708. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1531. — *Io. Iac. Mosers Erläutertes Würtenberg*, Part. II. n. VI. p. 163.=165.
	1690.	*Georgius Henricus* VRSINVS, *Iohannis Henrici*, (de quo supra V. p. 87.) Filius, Spirensis, Philologus, & Grammaticus Gymnasii Ratisbonensis, eo anno *Onomasticon Germanico-Graecum* & *Epistolam de proprio Aoristorum vsu*, *Ratisbonae* 4. (v. *Act. Erudit.* 1690. p. 468.) proximo anno *Grammaticam Graecam* & *Electa graeca ex optimis Lingvae auctoribus excerpta*, *Norimbergae*, 1691. 8. (v. *Act. Erudit.* 1691. p. 265.) iterumque ibid. 1714. 8. nec non *Institutionum Latinae Lingvae Partes duas*, *Ratisbonae*, 1700. duobus codicibus, 8. euulgauit. (v. *Act. Erudit.* 1701. p. 17.). Nat. 1647 =⊖. 1707. Eius Grammaticam Graecam & Latinam laudat *Io. Matthi. Gesnerus*, ad *Isagogen*, §. 142. p. 160. Tom. I.
	1690. —	*Laurentius* NORMANNVS, Stregnesiensis Suecus, Theologus, & Philologus Academiae Vpsaliensis, Episcopus designatus Gothenburgensis, hoc anno *Rhetores Graecos*, *Alexandrum*, *Phoebammonem*, *et Minucianum siue Nicagoram cum versione Latina*, *et Notis* edidit *Vpsaliae*, 8. postea *de septem sapientibus Graeciae* disseruit, *Vpsaliae*, 1693. 8. *Orthodoxam Confessionem Catholicae atque Apo-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*Apostolicae Ecclesiae Orientalis Graece & Latine* interpretatus est *Lipsiae*, 1695. 8. Immature obiit 1703. vid. *Morhofius in Polyh. Literario*, L. III. c. VII. §. 7. p. 591. Tom. I. — *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. VI. p. 440. & 442. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1472. — *Io. Alberti*, in *Praefatione* ad *Hesychium*, p. XVII.
	1690.	*Thomas* POPE BLOVNT, Philologus, & Biographus Anglus, hoc anno *Censuram celebriorum Autorum*, *Londini*, fol. vulgauit, (v. *Act. Erudit.* 1691. p 24.) quae postea saepius typis repetita est, *Genevae*, 1694. ibid. 1699. & tandem optime 1710. 4. Nat. 1649.=Θ. 1697. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. IV. p. 5. =8. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. I. voc. (Thomas Pope) *Blount*, Fils ainé du Chevalier Henry Blount. — *David Clement Bibliotheqve Curieuse*, Tom. IV. p. 315. 316. (68.)
	circa 1690.	*Menno Baro de* COEHOORN, Britsuma-Frisius, operum & munitionum peritissimus artifex, *verissimus*que *Batauorum Poliorcetes*, vt eum appellaui in *Monogrammatibus* meis *Historiae Batauae*, p. 269. cuius memoriam servauit numus, apud *van Loonium*, in *Numis Historicis*, Tom. IV. p. 342. & in Museo *Milano-Viscontiano*, Parte II. p. 283. n. 1002. obvius. Nat. 1641.=Θ. 1704. vid. *Nicolai Ypei* Narratio *de rebus gestis Coehor-*

bor-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*borni, Franeqverae*, 1771. 8. et *Gedenkſchrift der uitgevoerde Daden van den groten Menno Baron van Coehoorn gevolgd naar het Latyn van den Hr. N. Ypey, Franeker*, 1772. 8. mai. — *Levensbeſchryving van eenige voornaame meeſt Nederlandſche Mannen en Vrouwen*, Part. VI. p. 169=189.
	1690.	*Theodorus Georgius* GRAEVIVS, *Johannis Georgii* (de quo ſupra V. 35.) Filius, ita autem pleno nomine veniebat, teſte eius Diſputatione honorum in Iure capeſſendorum gratia, qvae penes me eſt, ſcripta, *de Iure praediatorio, Trai. ad Rh.* 1688. 4. quod ideo adnoto, ne quis mihi vitio vertat, quod alterum ipſe praenomen *Gottlob* iam in Germania omiſerim. (v. meam *ad Petrum Burmannum minorem Epiſtolam* p. 16.) Erat autem deſignatus Academiae noſtrae Philologus, ſed in flore aetatis extinctus. An in *Callimachum animadverſionum*, quae poſt eius mortem patre obſtetricante, *Vltraiecti*, 1697. 8. prodierunt, auctor fuerit, dubitarunt nonnulli, tanquam *Baelius*, in Epiſtolis ſuis, Tom. II. p. 375. *On ne croit pas, qve les notes de Theodore Graevius ſoient d'autre main, qve de celles de ſon illuſtre Pere, qvi vouloit mettre ſon Fils en reputation par ce tendre Stratageme, comme feu Mr. Claude en vſoit en Charendon.*
		Nat. 1669. = ⊖. 1692.
		v. *Epicedium in immaturam mortem Clariſſimi Juvenis, ſodalis deſideratiſſimi, cum paulo ante literas humaniores in Academia Traiectina interpretandi provincia ei eſſet mandata* in

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		in *Petri Burmanni* maioris *Poëmatum*, L. III. p. 174=176. — *Paqvot Mémoires*, Tom. X. p. 448.
Leopoldo, Ferdinandi III *Filio.* 1658. = 1705.	1690.	*Zacharias* HVBERVS, *Vlrici*, (de quo supra V. 95.) Filius, Franequera-Frisius, ICtus, et Philologus primum Academiae Franequeranae, tum Leovardiensis curiae, hoc anno *Dissertationem de vero sensu atque interpretatione legis IX. D. de Lege Pompeia de Parricidis*, *Franequerae* 4. defendit. Praeclari sunt eiusdem *Dissertationum Libri tres*, *quibus explicantur &c. Selecta iuris publici, sacri, privatique capita*, *Franeqverae*, 1702. iterumque longe auctiores, *Amstelodami*, 1721. 4. Nat. 1669.=☉. 1732.
		vid. Elogium eius in *Emon. Lucii Vriemoet Athenis Frisiacis*, n. XC. p. 711.=715.
	circa 1690.	*Janus* LVIKEN*ius*, Amstelaedamensis, primum tabularum radio scribendarum artifex, mox Theologaster mysticus, et fanaticus, *Böhmii*, et *Antoniae Burignoniae* sectator.
		Nat. 1649.=☉. 1712.
		v. Auctor vitarum, *Levensbeschryving van eenige Mannen en Vrouwen*, Part. III. p. p. 269.=273.
	circa 1690.	*Bernardus* NIEVWENTYDT, molliori latini vel Graeci oris sono *Neochronium* appellaveris, Purmerendano-Westfrisius, Medicus, Mathematicus, & Physicus illius oppidi. Laudatur eius Vera rerum vniuersitatis Contemplatio, (*Regt Gebruik der Weereld Beschouwingen*,) *Amstelaed.* 1716. 4.

 Nat.

SAEC XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		Nat. 1654 =⊖. 1718. v. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1470. — *A. Haller Biblioth. Botanica*, L. IX. n. 1066. p. 126. Tom. II. & *Anatomica*, Tom. II. L. VIII. n. 854. p. 106. 107.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	circa 1690.	*Bonaventura ab* OVERBEKE, reliquiarum vrbis Romae, vbi *Alexandro* VIII. & *Innocentio* XII. Pontificibus commorabatur, Pictor Batavus. Post eius mortem lucem viderunt: *Les Restes de l'ancienne Rome recherchez avec soin, mesurez, dessinez sur les lieux et gravez par feu Bonaventure d'Overbeke, sous les Pontificats d'Innocent XI. d'Alexandre VIII. et d'Innocent XII. imprimé aux Dépens de Michel d'Overbeke, Amsterdam* 1709. tribus codicibus, Folio regio. vid. *Act. Erudit.* 1711. p. 143. *Mémoires de Trevoux* 1718. Mens. *April.* p. 49. & *Bibliotheqve Choisie* de Msr. *le Clerc.* Tom. XX. P. I. p. 1. seq. ⊖. circiter 1707. v. *Paqvot Mémoires*, Tom. IV. p. 23.=26.
	circa 1690.	*Alexander Arnoldus* PAGENSTECHER*us*, Benthemensis Westphalus, ICtus, & singularis ingenii Philologus, mox Steinfurtanus, mox Duisburgensis, mox Groninganae Academiae, vir disputationibus varii argumenti, in *Sylloge Dissertationum*, *Bremae* 1731. iunctim editis, praesertim certatione cum illustri Corn. *Bynckershoekio*, impari congressu, instituta, notissimus: quae controuersia huiusmodi agitata est libris. *Pagenstecherus* quippe *Irnerium non vapulantem s. Commentarium ad Authenticas Codici Iustinia-neo*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Prncipibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*neo per Dn. Irnerium ..... parum curate quin & erronee assutas, aut ab eodem perperam omissas, Groningae*, 1701. 4 ediderat: cui *Bynckersboekius*, *Diatribe de Auctore Auctoribusue Authenticarum, quas vocant*, *Leidae* 1703. 4. vulgata, & in *Operibus minoribus*, L. B. 1730. 4. p. 177 = 220. repetita, intercesserat, huius vero auctorem *Pagenstecherus*, *Corollario* quodam, disceptationi Academicae subiuncto, calumniae & ignorantiae accusauerat. Vnde *Bynckershoekii* vicissim *Contentionem Literariam*, in iisdem *Opusculis*, p. 231. = 249. meruit. neque tamen conquieuit *Pagenstecherus*, sed mox in Praefatione ad repetitam *Irnerii* sui editionem, mox in mirifica quadam, & rariori hodie Oratione, qvae inscribitur: *Murus Aheneus aduersus Pasqvini de Medardo Vesupii Tophlattothrat Tophlattothrat, accurante Ioh. Frid. Wilh. Pagenstechero, A. A. Filio, Groningae*, 1704. 8. *Bynckersboekio* contumeliosissime maledixit. cui denique *Bynckershoekius* in *Praefatione* ad L. Ἀξίωσις IX. de *Leg. Rhodia de iactu* quem Librum singularem itidem *Opuscula* offerunt, p. 251. = 350. sic respondit, vt victoria penes nouissimum remansisse censeretur. Nat. 1659. = ☉. 1716.
	circa 1690.	*Lucas* ROTGANS, Amstelaedamensis, poëta Batavus, scripsit *Guilelmeida*, h. e. vitam & res gestas *Guilielmi* III. Regis Anglo Britannici, carmine Epico celebrauit. Cuius quidem *nobilissimi Poëtae Guilielmum III. carmine Heroico expressum*, *Petrus Burmannus* maior, in *Poëmatum*, Libro IV. p. 288. 289. versibus

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, nandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		bus laudauit, sed in Praefatione tamen ad *Lucanum*, propter falsum carminis Epici sensum oblique reprehendit. Nat. 1645.=☉. 1710. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1564.
	circa 1690.	*Adrianus van der* WERF, Kralinga-Roterodamensis, Eques, & Pictor egregius, cum Roterodamensis, tum Dusseldorpianus. Nat. 1659=☉. post 1722. vid. *Houbraken Schouwburg der Schilders en Schilderessen*, Part. III. p. 388.=408. — Auctor adnotationum ad *Caroli van Mander*, vitas Pictorum, Part. II. p. 180. (*)
	1691.	*Janus Vincentius* GRAVINA, Rogianensis Calaber, ICtus, & Philologus Romanus, hoc anno *De corrupta morali doctrina Dialogum*, *Coloniae*, 4 edidit Reliqua eius Scripta secundum *Niceronum*, *Serraium*, & *Fabronium* commemorare nihil attinet. Eius *Opera, seu Originum Iuris Civilis Libros III. de Romano Imperio Librum singularem, eiusque Orationes & Opuscula Latina recensuit & adnotationibus auxit Gottfridus Mascovius*, *Lipsiae*, 1731. 4. Nat. 1664.=☉. 1718. vid. *Morhofius* VI. *Polyh. Liter.* c. III. §. 5. p. 978. Tom. I. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jean Vincent) *Gravina*, Savant d'Italie sur la fin du XVII. Siecle. *De vita & Scriptis Iani Vincentii Gravinae*, Praefatio *Gotfridi Mascovii* ad *Gravinae Opera* modo ante laudata. — *Jo. Andreae Serrai Commentarius de vita & Scriptis J. V. Gravinae*, *Romae*, 1738.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		1738. 4. — *Antoine Terraſſon, Hiſtoire de la Jurisprudence Romaine*, P. IV. §. V. p. 425. 426. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1280. — *Dan. Gerdes* in *Supplemento ad Florileg. Libr. rarior.* p. 711. Tomi VIII. Partis II. *Scrinii Antiqvarii.* — *Vitarum Italorum doctrina excellentium, qvi Saeculo XVIII floruerunt Decas II. auctore Angelo Fabronio, Romae*, 1769. 8. p. 105.=160. — *Puttmanni Memoria Mascoviana*, p. 64. 66.
	1691.	*Johannes Paulus* BIGNON*ius*, Abbas Pariſienſis, Regi Franciae a conſiliis, & Bibliotheca, Philologus, & eruditorum hominum Maecenas. Literarum conſuetudinem cum *Cupero* habuiſſe teſtantur eius *Literae Criticae.* Nat. 1662 =Θ. 1743. Icon eius in duobus numis Muſei *Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. 147. No. 1. & 11. ad p. 190. ſ. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1087. ſ. — *Eloge de Mſr. l'Abbé Bignon, Doyen du Conſeil et ancien Bibliothecaire du Roi par Mr. Freret.* (*Hiſtoir. de l'Acad. des bell. Lettres*, Tom. XVI. p. 367=380. ed. *Pariſ.*)
	1691.	*Iſaacus de* LARREY, nobilis Montvillenſis Normandus, ob ſacrorum formulam patria egreſſus, Hiſtoricus Berolinenſis, hoc anno demonſtrauit *Eleonoram*, Ludovici VII. Regis Franciae coniugem auguſtam, Aquitaniae heredem eſſe. (*L'Heritiere de Guienne, ou l'hiſtoire d'Eleonore femme de Louis VII. Roy de France, Roterdam*, 8.) Tum res Angliae Scotiae & Hiberniae, (*Hiſtoire*

 d'An-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*d'Angleterre, d'Ecosse, & d'Irlande*) itidem Roterodami, 1707.=1712. quatuor codicibus fol. stilo persecutus est. porro Historiam Septem Sapientum, (*Histoire des Sept Sages*) ibidem, duobus Tomis, 1713. & 1716. 8. vulgauit, quae ipsa labentibus annis, adnotationibus viri docti *de la Barre de Beaumarchais* illustrata, *Hagae Comitum*, 1734. 8. iterum prodiit, & tandem res Franciae sub imperio Ludovici XIV. gestas, (*Histoire de France sous le Regne de Louis XIV.*) *Roterodami*, 1718.=1722. duobus Tomis, 4. literis consignauit. Nat. 1638 =Θ. 1719. vid. *Io. Matthi : Gesnerus*, ad *Isagogen*, §. 694. p. 35. Tom. II. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1381.
	1691.	*Maximilianus* MISSON*us*, ortu Gallo-Francus, ob Hugonotarum vexationem commigratione in Anglo-Britanniam facta, iter suum, per Italiam factum, hoc anno, *Hagae Comitum* descripsit. *Nouveau voyage d'Italie*, 12. (v. *Act. Erudit.* 1692. mense Julio p. 302.) quod iter non modo saepius postea francice typis renouatum, veluti qvartum, *Hagae Comitum* 1702. 8. tribus Tomis, & quintum, additis *Addissonii* obseruationibus, nostra in vrbe, 1722. 8. quatuor codicibus, sed etiam in varias Europae dialectos conuersum est, tanquam theotiscam, *Lipsiae*, 1713. 8. tribus partibus, et *Batavam*, *Traiecti ad Rhenum*, 1724. 4. duabus partibus. Nat. . . . . Θ. 1722.
	1691.	*Franciscus* RAGVENET*us*, Rothomagensis, Ab-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705		Abbas, Hiſtoricus, & Archaeologus Gallo-Francus, hoc anno Hiſtoriam Oliverii Cromwelli, (*Hiſtoire d'Olivier Cromwel*) alicubi in Batavis 8. deſcripſit: nec non Monumenta Romae obſervationibus illuſtravit, (*Les Monumens de Rome, où Deſcriptions des plus beaux Ouvrages de Peinture, de Sculpture et d'Architecture, qui ſe voient à Rome, et aux environs, avec des Obſervations*) *Amſterdam* 1701. 12. O. 1722.
	1691.	*Jacobus* TVRELLIVS, vulgo *de* TOVRREIL, Tolofanus, Orator, & Philologus Pariſienſis, hoc anno Demoſthenem francice loqui iuſſit, promulgando: *Les Harangves de Demoſthene. La Premiere Philippiqve Les trois Olynthiennes, & la Harangve ſur la paix, traduites du Grec, avec des Remarqves, Paris* 1691. 12. quam interpretationem ſemel iterumque recognouit, veluti *Pariſiis*, 1701. & *Antwerpiae* 1707. 12. donec poſt mortem eius in Operibus ipſius quam emendatiſſime cura *Guil. Maſſiaei* lucem videret, (*Oeuvres de Maitre Jacqves de Tourreil contenant les Philippiqves & Harangves de Demoſthene & Aeſchine, traduit en François, avec des Remarqves, données par M. Maſſieu, Paris*, 1721. 4.) duobus Codicibus. Quantacunque vero elegantiae Francicae veſte Demothenem induerit, aut quacunque demum eloquentiae laude floruerit *Turellius*, vix tamen illa tolerari poteſt vox, cum Gallo-Francum quemdam audimus ſtomachabundum de ſuo *Turellio* ſic deierare: *Ah le bourreau*,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*reau, je gage, qu'il donnera de l'Esprit à Demosthene!* Nat. 1656.=⊖. 1715.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Folio.* 1658. = 1705.		Imago *Turellii* cernitur in numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLVII. No. II. ad p. 230. f. vid. Abbas *Gouiet* in Bibliotheca Francica (*Bibliotheqve Françoise où Histoire de la Litterature Françoise, à Paris* 1740. 12.) Tom. II. p. 279.=286. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1657.
	1691.	*Thomas* CRENIVS, vero nomine *Thomas Theodorus Crusius*, ortu Brandenburgicus, habitatione varius, mox Hungarus, mox Batavus, nominatim Leidensis, Theologus Lutheranus, & Philologus, hoc anno *Fasciculum Dissertationum Historico-Critico-Philologicarum*, *Roterodami*, 1691.=1700. 8. (v. *Act. Erud.* 1691. p. 335.) Tomis X. consarcinare coepit. eodem pacto *Consilia & Methodos aureas studiorum optime instituendorum*, *Roterodami* 1692. 4. (v. *Act. Erud.* 1692. p. 343) vel *Tractatum de Philologia, studiis liberalis doctrinae in formatione & educatione literaria*, Lugd. Bat. 1696. 4. *Animadversiones Philologicas & historicas*, ibid. 1697.=1720. undeviginti Partibus, 8. *Fascem Exercitationum Philologico-Historicarum*, L. B. 1697.=1700. quinque partibus, 8. *Q. Asconii Pediani Commentationes in Ciceronis Orationes, cum notis integris virorum doctorum*, L. B. 1698. 12. item *Joh. Sauberti de Sacrificiis veterum Collectanea*, L. B. 1699. 8. *Tractatum de Eruditione comparanda in humanio-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705.		*nioribus*, *Lugd. Bat.* 1699. 4. *Analecta Philologico-Critico-historica*, *Amstelaed.* 1699. 8. *Museum Philologicum & historicum*, *Lugd. Bat.* 1699. 8. *Syntagma primum & secundum Dissertationum philologicarum*, *Roterod.* 1699. & 1700. 8. *Thesaurum Librorum Philologicorum & Historicorum*, L. B. 1700. 8. (v. *Act. Erud.* 1700. p. 396.) *De libris Scriptorum optimis & vtilissimis Exercitationes* III. L. B. 1704. 8. *De singularibus Scriptorum Dissertationem Epistolicam*, L. B. 1705. 8. & *de furibus librariis Dissertationem Epistolicam*, L. B. 1716. 8. collegit & adornauit. Nat. . . . . . . Θ. 1728.
		vid. *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. IV. p. 286. 287. et Part. V. p. 430.=438. — *Heumanni Via ad Hist. Liter.* c. VI. §. XXXVIII. p. 389. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1183. & Vol. III. p. 2157.
	1691.	*Iohannes Fridericus* HOMBERGK zu VACH, hoc est, Vachensis Hassus, Iuris Antecessor, et Philologus Academiae Marburgensis, hoc anno admodum iuuenis *Theses iuridicas ex quatuor Institutionum libris* euulgauit. Longe vero maioris momenti fuerunt cum *Parerga* eius *sacra*, *seu interpretatio succincta & noua quorumdam textuum Noui Testamenti*, *Vltraiecti* 1708. 8. tum *Nouellarum constitutionum* noua de Graeco textu versio, *Marpurgi*, 1717. 4. *Ius publicum Imperatorum Romano-Germanicorum*, *Marpurgi*, 1719. 8. & *Hypomnemata Iuris Gentium*, *Bremae*, 1721. 8. Nat. 1673.=Θ. 1748.
		vid. *Ioh. Fabricii Histor. Bibl.* Part. IV. p. 74. 75.

Hhhh

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		75. Part. V. p. 522. — *Heineccii Hist. Iur.* L. I. c. VI. §. CCCXCVII. ** cum adnotat. *Silberradii* (β.) — *Brunqvelli Hist. Iur.* Part. II. c. XII §. XXI. (a) — *Joh. Frid. Iugleri Supplementa Biographiae Iuridicae*, Tom. I. Part. II. n. XXVII. p. 341.=361.
	1691.	*Joannes Wilhelmus* PETERSEN*us*, facrorum antiftes Luneburgenfis, millenarii Chrifti imperii defenfor. ϴ. 1727. vid. *Moshemii Inftitut. Hiftor. Ecclef. Saec.* XVII. Sect. II. Part. II. c. I. §. XXXIV. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1501. — *Io. Chrifti. Klotzius* de Libris, *auctoribus fuis fatalibus*, n. LXXXVIII. p. 180=182.
	1691.	*Elias* BRENNERVS, Archaeologus Suecicus, hoc anno *Thefaurum Numismatum Sueo-Gothicorum*, *Stockholmi* 4. emifit, qui cum difficilior inuentu effe inciperet, deinde cum *eiusdem auctoris libello de Numophylaciis Sueciae; de Scriptoribus rei nummariae Suethicae, de Thefauris feu variis vetuftorum Nummorum cumulis paffim per Sueoniam fortuito cafu repertis*, *Holmiae*, 1731. 4. mai. typis renovatus eft. Nat. 1647.=ϴ. 1717. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1108.
	1691.	*Richardus* BENTLEIVS, Regi Anglo-Britanniae a facris domefticis, Bibliothecarum regiarum Praefectus, Archi-diaconus Elienfis, & Collegii S. Trinitatis apud Cantabrigienfes Praeful, Theologus, Criticus, & Polyhiftor, cuius infignia fuerunt de literis

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Prnci-pibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		teris graecis & latinis merita. Primum hoc anno *Iohannis Antiocheni*, *cognomento Malalae Historiam chronicam e Manuscripto Bibliothecae Bodleianae cum interpretatione Latina*, *& Notis Edm. Chilmeadi*, item *Humfredi Hodii Dissertatione de Auctore*, & sua ad *Ioh. Millium Epistola*, *Oxonii* 8. vulgauit. ab eo tempore magnum in re critica nomen & gloriam consecutus est siue *de stultitia & irrationabilitate Atheismi* anglice disserendo, *Londini*, 1692. 8. siue adnotationibus in *Callimachum*, eiusque praefertim *Fragmenta* & *Epigrammata quaedam inedita*, quas editio *Callimachi Graeviana* seruat, *Vltraiecti*, 1697. 8. seu Dissertationibus eius duabus *de Epistolis Phalaridis*, *& Fabulis Aesopi*, *Londini* 1697. 8. & 1699. 8. promulgatis, quarum vtramque *ex anglico in latinum sermonem a Ioanne Daniele a Lennep*, *Groningae*, 1777. 4. conuersam, & *Phalaridis Epistolis* iunctam esse laetatus sum. seu porro *Observationibus* in *duas Aristophanis priores Comoedias* in editione *Kusteriana*, *Amstelaed.* 1710. fol. obviis, seu *Emendationibus* sub nomine *Phileleutheri Lipsiensis*, (v. *Trilleri Poëmata Ethico-Physica*, Part. III. p. 145. et *D'Orvilii Vann. Crit.* p. 223.) in *Menandri & Philemonis Reliqvias*, *ex editione Ioh. Clerici*, scriptis, *Trai. Rhen.* 1710. 8. mai. seu recensione, *Notis atque Emendationibus Horatii*, *Cantabrigiae* 1711. 4. vulgatis, iterumque & tertium cura *Isaac. Verburgii*, *Amstelaed.* 1713. 4. & 1726 4. repetitis. praeterea recognitione emendationeque *Terentii*, *Phaedri fabularum*, & *Publii Syri Sententiarum*, *Cantabrigiae* 1726. 4. & *Amstelae-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*laedami* 1727. 4. nec non *Maniliani Astronomici*, *Londini*, 1739. 4. aliis etiam emendationibus *Ciceronis Tusculanarum Qvaestionum*, quibus recte vsus est *Io. Davisius* in suis illarum editionibus Cantabrigiensibus, 1719. 1723. & 1738. aut deniqve Obseruationum salibus, quibus impios librorum diuinorum per Angliam cauillatores perfricuit, demonstrata Laicorum fraude, (*La Friponnerie Laiqve des pretendus Esprit-Fort d'Angleterre*, où *Remarqves de Phileleuthere de Leipsick sur le discours de la liberté de penser traduites de l'Anglois par Mr. N. N. Amsterdam* 1738. 8. Quamquam vero *Horatii* potissimum causa in varias & acerbas reprehensiones, vel incerti auctoris *Aristarchi ampullantis*, *Londini*, 1712. 8. vel *Richardi Iohnsoni*, *Aristarchum Anti-Bentleianum*, *Nottinghamae* 1717. 8. & *Alex. Cuninghami*, *Animadversiones* in *Notas* eius, *Londini* 1721. 8. edentis, incurrerat, tamen ingenii magnitudine & iudicandi solertia paucos sibi pares habuit. Meruit itaque dici *novum & splendidissimum Britanniae lumen* a *Graevio* in Praefat. ad *Callimachum*, p. 145. *Praef. & Epist.* ed. *Fabric.* & *singulare magnae Britanniae lumen* ab *Arn. Drackenborchio* in Praefatione ad *Silium Italic.* Stell. 3. pl. 1. Quanti eundem quoque fecerit non minor illo *Tiber. Hemsterhusius*, ex eius *Elogio Rubnkeniano*, p. 19 = 22. apparet. *Jacobo* tamen *van Vaassen* in *Animadvers.* p. 74. *acutissimus* quidem *Criticus*, *sed nimis atque infeliciter audax* dicitur. Nat. ⊖. 1742. Imago eius extat in limine *Manilii* editionis Londinensis.

vid.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		vid. *Ioh. Fabricii Historia Bibl.* Part. VI. p. 519 520.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1691.	*Henricus* WHARTONVS, Worsteda-Norfolciensis, Presbyter, & Historicus, hoc anno *Angliam Sacram, seu Collectionem Historiarum de Archi-Episcopis & Episcopis Angliae* concinnauit, *Londini*, fol. Eiusdem *de Scriptoribus Ecclesiasticis* ab A. 1300.= 1517. dissertatio accessit *Guil. Cauei Scriptorum Ecclesiasticorum Historiae Literariae, Genevae* 1705. fol. & *Oxoniensi*, Vol. II. 1743. fol. Nat. 1664 =⊖. 1694. vid. *Io. Fabricii Hist. Biblioth.* Part. III. p. 185. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1698.
	1691.	*Pancratius* MASVICIVS, (vulgo: *Maaswyck*,) Leidensis, Philologus mox Delphensis, mox Haganae scholae, hoc anno *Polyaeni Strategematum Libros VIII.* graece et latine additis *Casauboni* & suis adnotationibus recensuit, *Lugd. Batav.* 8. mai. Deinceps *Virgilii Opera integris*, vt titulus prae se fert, *Commentariis Servii, Philargyrii, Pierii ad Codicem Msc. regium Parisiensem* recognovit, *Leovardiae* 1717. 4. mai. Cuius tamen editionis causa non modo a *Burmanno* maiori in *Admonitione de Editione Virgilii a Pancratio Masvicio prodita, Miscellanearum Observationum Criticarum*; Vol. VIII. Tom. I. p. 84. seq. sed etiam a minori, in Praefatione ad eius patrui *Virgilium*, Stell. 6. pl. 3. 4. valde notatus est.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		Nat. 1658=θ. 1719.
Leopoldo, nandi III. Filio. 1658. = 1705.	1691.	*Guilielmus* VAN DER MVELEN, Rheno-Traiectinus, ICtus, supremi Tribunalis Senator, & Philologus, hoc anno *In Historiam Pomponii de Origine Iuris Exercitationes* vulgauit, *Traiecti ad Rhenum* 8. mai. duabus partibus.
		Cf. *Casp. Burmannus*, in *Traiecto erudito*, occasione fratris eius *Johannis Andreae*, p. 235.
	1691.	*Antonius* SCHVLTINGIVS, Iohannis Fil. Neomagensis Gelrus, egregius ICtus, & Philologus, Batauorum *Cuiacius*, primum Harderovicenae, tum Franequeranae, & tandem Leidensis Academiae, hoc anno Oratione, Harderovici, habita, *de optimo genere interpretum Iuris civilis* munus suum auspicatus est. De ceteris eius Orationibus & libris, mea laude maioribus, hoc loco agere post *Vitriarii*, & *Vriemoetii* diligentiam supervacaneae est operae. Id solum restat indicandum, *Ioannem Ludovicum Uhlium*, Academiae Viadrinae Antecessorem clarissimum, omnes eius *Commentationes Academicas*, *quibus selectissimae iuris materiae pertractantur*, vna cum *Ioann. Iacob. Vitriarii Oratione funebri in obitum Schultingii*, in vnum redegisse corpusculum, *Halae Magdeburgicae*, 1770 =1774. quatuor codicibus. 8. mai.
		Nat. 1659.=θ. 1773.
		vid. *Elogium* in *Emon.* *Lucii Vriemoet Athenis Frisiacis*, n. XCI. p. 716.=722. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1595.
	1692.	*Johannes* BOIVINius, siue graeci oris sono &

Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III Filio.* 1658. = 1705.

& poteſtate OENOPION, cognomine *de Villeneuve*, qvaſi de Villa nova, (vulgo: Mſr. *Boivin le Cadet*,) ſuperioris quippe *Boivinii*, (de quo antea p. 376.) frater natu minor, Philologus egregius Pariſienſis, cui non modo debemus praecluram *Mathematicorum veterum* Syllogen *Thevenotianam*, *Pariſ.* 1693. fol. *Nicephori Gregorae Byzantinam Hiſtoriam* graece & latine, *Pariſ.* 1702. fol. *Vitam*, *Elogia*, *Opera*, & *Bibliothecam Petri Pithoei*, Pariſ. 1711. et 1715. 4. Apologiam Homeri, ſive Clypeum Achillis, (*Apologie d'Homere & Bouclier d'Achille, où Remarqves ſur le Discours de Mſr. de la Motte*,) *Pariſ.* 1715. 8. *Vitam*, *Elogia et Opuscula Selecta Claudii Pelleterii*, *regii Adminiſtri*, *Pariſ.* 1716. 4. Obſervationes in Longinum, (*Remarqves ſur Longin*,) in Operibus *Boilavii*, *Amſtelaed.* 1729. fol. Tom. II. p. 1. ſeq. obvias, Interpretationem Francicam Oedipi Sophoclis, & Avium Ariſtophanis, (*Oedipe*, *Tragedie de Sophocle & les Oiſeaux*, *Comedie d'Ariſtophane*, *traduite par Jean Boivin*, *à Paris*, 1729. 8.) & Carmina Graeca, diu poſt eius mortem inter *Poëtarum Gallorum Carmina Graeca & Latina*, *Hagae Comitum* 1740. 8. euulgata: ſed plures etiam alias varii argumenti disputationes, Commentariis & Hiſtoriae Academiae regiae Inſcriptionum inſertas, veluti: *ſur un Endroit du Livre X. de l'Odyſſée* (*Hiſtor. Acad.* T. I. p. 161.=165.) *Explication d'un Endroit d'Horace*, (ibid. Tom. I. p. 166.=170.) — *Discours ſur la qverelle entre les Partiſans d'Homere & de Virgile*, (ibid. Tom. I. p. 217.=221.) *Vieil-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Folio.* 1658. = 1705.		*eillesse Heroiqve, où Vieillards d'Homere* (*Mémoir.* Tom. II. p. 22.=42.) — *Dissertation sur Jupiter Casius*, (*Mémoires de l'Acad.* Tom. II. p. 392.=397.) — *Remarqves Historiqves & Critiqves sur l'Anthologie Msc. qui est à la Bibliotheqve du Roi*, (*Mémoires* Tom. II. p. 347.=397.) — *Chronologie de l'Odyssée* (*Mémoir.* Tom. III. p. 1.=16.) — *Dissertation Historiqve sur la Bibliotheqve du Louvre sous Charles V. VI. & VII avec un Extrait du Catalogve des Livres de cette Bibliotheqve*, (*Mémoir.* Tom. III. p. 446.=465. & *Histor.* Tom. I. p. 384.=394.) — *Vie de Christine de Pisan, et de Thomas de Pisan, son Pere*, (*Mémoir.* Tom. III. p 465.=480.) — *Dissertation historiqve sur la qverelle des Philosophes du qvinzieme Siecle*, (*Mémoir.* Tom. III. p. 481.=501.) — *Mémoires pour la vie de Gvillaume Budé*, (*Histor.* Tom. III. p. 528.=535.) — *Systeme d'Homere sur l'Olympe*, (*Mémoir.* Tom. X. p. 653.=678. Nat. 1663 =Θ. 1726. vid. *David Clement Bibliotheqve curieuse*, Tom. V. p. 32 =34. (23.) (24) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1097.
	1692.	*Stephanus* CHAVVIN*us*, ortu fortassis Gallo-Francus, habitatione Berolinas, *Lexici Philosophici*, hoc anno *Roterodami* fol. editi opifex, quod deinceps secundis curis recognitum, emendatum, & auctum fuit, *Leovardiae* 1713. fol. Ipse quoque Novas Ephemerides hominum eruditorum, (*Nouveau Journal des Savans de M. C.* (id est, *Estienne* Chau-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*Chauvin*) *Berolini* 1696.=1698. 8. in publicum prodire iussit. ⊖. 1725.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.		v. *Bibliothecae Philosophicae Struvianae*, a *Lud. Mart. Kahlio* auctae, Tomus II. c. IV. §. II. p. 390. (k)
	1692.	*Claudius* JOBERTVS, Sacerdos Jesuita, & magister numarius, hoc anno primum *Institutiones* suas *rei numariae*, (*La Science des Medailles*,) publica luce donauit, *Parisiis* 12. quae statim typis recusae sunt, *Amstelaed.* 1693. 12. (v. *Act. Erudit.* 1694. p. 214.) talemque apud homines antiquitatis studiosos gratiam inierunt, vt non modo in varias transfunderentur linguas, veluti latinam, a *Christi. Junckero*, *Lipsiae* 1695. 8. theotiscam, opera *Joachimi Negeleinii*, Lipsiae 1718. 8. sed etiam ab ipso auctore locupletarentur, *Parisiis*, 1715. 12. et *Amstelaed.* 1717. 12. tandem ab illustri *Bimardo de la Bastie* multis locis augerentur, & emendarentur, *Parisiis* 1739. 12. duobus codicibus. (v. *Nov. Act. Erud.* 1744. Jun. P. II. p. 348.) vid. *Banduri Bibliotheca Nummaria*, n. CXCII. p. 213.=215. *Bimardus*, in Praefat. ad novam *Jobertianae Scientiae* editionem, p. XVIII. =XXIII.
	1692.	*Georgius* BEYERus, Lipsiensis, ICtus, et Philologus Witebergensis, eo anno *Lipsiae* edidit Dissertationem *de Dote a plebe tumultuante direpta*, *Liciniae restituenda*, *occasione leg. 66. pr. D. sol. matrim.* Nat. 1665.=⊖. 1714. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p.

SAEC. XVII.	ANN. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		1085. — *Io. Frid. Juglers Beytraege zur Juristischen Biographie*, Tom. I. Part. n. XII. p. 184=208.
Leopoldo, *Ferdinandi* III. *Folio.* 1658. — 1705.	1692.	*Johannes Franciscus* BVDDEVS, Anclamia-Pomeranus, Theologus Lutheranus Academiae Jenensis, Historicus, et Philosophus, hoc anno Dissertationem *de Peregrinationibus Pythagorae*, *Jenae* 4. emisit. Eius vero scriptorum, qvae in vulgus nota sunt, indicem sibi dari nemo postulet. Nat. 1667.=⊖. 1729. vid. *Jo. Fabricii Hist. Bibl.* Part. III. p. 318. 319. — *C. A. Heumanni Via ad Hist. Lit.* c. IV. §. LXX. p. 210. c. V. §. L. p. 303. (2.) c. VII. §. XX. p. 449. & §. XLI. p. 487. non semel eum in Philosophis secundariis, siue, vt loqui solet, *secundanis* habens. — *Jac. Bruckeri Histor. Crit. Philosoph.* Tom. V. Period. III. Part. II. L. I. c. X. §. IV. V. p. 527.=532. & in Appendice, s. integri Volum. VI. p. 871.=874. — Eius *Isagogen Theologicam* laudat & defendit *Io. Matthi. Gesnerus*, cum in *Prooemio Isagoges* §. 32. p. 47. tum ad §. 623. p. 508. Tom. I. add. idem ad §. 34. p. 49. §. 581. p. 475. Tom. I. ad §. 694. p. 35. 36. §. 1162. p. 429. & §. 1226. p. 467. Tom. II. vel sic tamen plagii eum accusavit *Io. Aug. Ernesti*, V. C. in *Specimine Castigationum in Wetstenii editionem N. T.* p. 332. (*) *Opuscul. Philolog. & Crit.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1117.
	1692.	*Johannes Wolfgangus* JAEGERVS, Stutgardien-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Prncipibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		diensis, Theologus Lutheranus, & Historicus Academiae Tubingensis, hoc et proximo anno *Historiam Ecclesiasticam Sacculi XVII.* tribus Decadibus, *Tubingae* 4. descripsit, quae deinceps multis locis longe auctior prodiit, sub titulo: *Historia Ecclesiastica cum parallelismo profanae, in qva conclavia Pontificum Romanorum aperiuntur & Sectae omnes recensentur, etc. ab A.* 1600. *vsque ad A.* 1710. duobus Tomis, altero *Hamburgi* 1709. altero ibid. 1717. fol. typis excuso. Porro vel *Imperatorem Iosephum contra curiae Romanae bullas* defendit, *Tubingae* 1709. 4. vel *de Labadismo* Dissertationem, *Tubingae* 1710. 4. vulgavit, vel *Spinocismum* Dissertatione *de Bened. Spinosae vita & doctrina*, ibid. 1710. 4. illustrauit, vel denique *Joannae Leadae, Anglo-Britannae, Vitam, Visiones, & doctrinam, Tubingae,* 1712. 4. exposuit. Nat. 1647.=ø. 1720. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1347.
	1692.	*Christianus* JVNCKERVS, Dresenensis, Philologus & Historicus Gymnasii Schleusingensis, Isenacensis, et Altenburgensis. Inter homines scholasticos sua aetate eminuit, at inter veterum librorum interpretes, ne pedanei quidem Senatoris persona & nomine dignus esse videbatur. Interim de nonnullis argumenti historici capitibus sat probabiles subinde libros edidit, tanqvam *Schediasma Historicum de Ephemeridibus sive Diariis Eruditorum in nobilioribus Europae partibus publicatis, Lipsiae* 1692. 12. *Sansonis Iter in Persiam,* quod de francico

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, nandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		cico theotiscum fecit *Drefenae*, & *Lipſiae*, 1695. 12. *Ludovici Joberti Scientiam rei nummariae*, quam vulgari ſua minimeque caſta latinitate donavit, ſub titulo: *Notitiae rei nummariae ad erudiendos eos, qui nummorum veterum & modernorum intelligentiam ſtudere incipiunt, Lipſiae*, 1695. 8. *Epiſtolam de obitu Frid. Bened. Carpzovii*, ad *Io. Georg. Pritium, Schleuſingae*, 1699. 4. *Vitam B. Martini Lutheri, nummis atque iconibus illuſtratam, Lipſiae*, 1699. 8. (v. *Act. Erud.* 1699. p. 300.) *Diſſertatiunculam epiſtolarem de ſtatu Bibliothecae Schleuſingenſis*, in *Novis Literariis Germaniae*, 1703. Narrationem de Bibliotheca publica Gymnaſii Iſenacenſis, (*Hiſtoriſche Nachricht von der öffentlichen Bibliothec des Gymnaſii zu Eiſenach*), *Eiſenach*, 1709. 4. *Commentarium de vita, Scriptis, ac Meritis Iobi Ludolfi, Lipſiae* & *Francof.* 1710. 8. *Initia quaedam Hiſtoriae veteris et novi Teſtamenti*, (*Grundlegung zur Kirchen-Hiſtorie altes und neues Teſtaments bis auf das Jahr.* 1710. *Hamburgi*, & *Lipſiae*, 1710. 8. Iſagogen ad Geographiam medii aevi, (*Anleitung zu der Geographie der mitlern zeiten*) *Jenae* 1712. 4. ſimilesque alios, inprimis *Lineas primas Eruditionis vniuerſae et Hiſtoriae Philoſophicae, ac ſpeciatim earum disciplinarum, in quibus neceſſe eſt atque vtile inſtrui ac praeparari iuvenes ſtudioſos in Academiis, & Gymnaſiis* &c. *Altenburgi* 1714. 4. quibus vtantur, qui tralatitia *Sublimiorum Facultatum* opinione etiamnunc inflati, graecis latiniſue literis nescio quid praeparationis duntaxat, (*voorbereidende ſtudien*)

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*dien*) inesse, sibi et tironibus academicis stulte persuadent. Nat. 1668=ϴ. 1714. vid. *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. V. p. 504. 505. — *Io. Alb. Fabricius* ad *Bandurii Biblioth. Nummar.* p. 214. (e.) — *C. A. Heumanni Via ad Hist. Liter.* c. VI. §. XXV. p. 359. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1357.
	1692.	*Johannes Conradus* KNAVTHius, Historicus Dresda-Saxonicus, hoc anno *Misniae illustrandae Prodromum*, theotisco sermone, *Dresdae* 12. emisit, tum *Augustas Beichlingiorum origines* ibidem indagauit. porro *Notitiam praecipuorum Scriptorum Misnicorum*, (*Bericht von den vornehmsten Historicis des Meisner Landes, Dresden*) 1708. 8. dedit, nec non *Chronica Veteris Zellae*, (*Altzellische Chronica*) *Dresenae*, 1721. & 1722. duobus codicibus 8. in lucem protraxit, & *Gaspar. Schneideri* Descriptionem veteris Saxoniae, (*Beschreibung des alten Sachsen Lands*) obseruationibus illustravit, *Dresdae* 1727. 4.
	1692.	*Johannes Theodorus* LEVBSCHERVS, Briega-Silesius, *Sebastiani Gryphii* gener, Philologus, & Historicus Vratislaviensis, hoc anno *Magisteria veterum ex Cicerone de Senectute* demonstrauit, *Witebergae*, 1692. 4. tum *Dissertationem de numo Agrippinae, prout eum Laevin. Torrentius ad Tranqvilli Caligulam c.* 15. *et Pignorius de Servis p.* 430. *exhibent*, *Witebergae*, 1694. 4. edidit, praeterea *Historiam Scaligeranorum* exposuit, ibid. *Witebergae* 1695. 4. & tandem *de claris*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*Gryphiis* singulari *Schediasmate* egit, *Brigae*, 1702. 4. (v. *Act. Erud.* 1703. p. 139. ϴ. 1706.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1692.	*Marcus* MEIERVS vel MAYERVS, ortu fortassis Germanus, habitatione Lugdunensis Gallo-Francus, Archaeologus, ad quem hoc anno *Claud. Franc. Menestreius* Epistolam de Colo siue Cribro Mayeriano scripsit, 4. (*Lettre a Mr. Mayer sur une piece antiqve qu'il a apporté de Rome*,) in *Thesauro Sallengriano*, Tom. III. typis repetitam. Ipsius vero *Maieri* non modo est *La Sicilia di Filippo Paruta con Medaglie e con aggiunta da Leonardo Agostini in miglior ordine disposta da Marco Maier, arrichita d'una descrittione compendiosa diqvelle famosa Isola, in Lione*, 1697. fol. cum Tabul. aeneis 153. et: *Il Regno di Napoli e di Calabria descritto con Medaglie, in Lione*, 1717. et in *Roma* 1723. fol. cum tabul. aeneis 31. ambo libri rariores. vid. *Banduri Bibl. Nummaria* n. CXLVI. p. 122.
	1692.	*Godofredus* II. OLEARIVS, *Johannis* III. *Olearii*, Theologi Lipsiensis, Fil. natu maior, Lipsiensis, Theologus, & Philologus, hoc anno Dissertationem *de Philosophis exosis*, *Lipsiae*, 4. defendit, aliquot annis post *Exercitationem ad Leon. Allatii de Scriptis Socratis Dialogum* emisit, *Lipsiae* 1696. 4. in *Stanleii Historia Philosophica* recusam. tum *de Socratis Daemonio*, *Lipsiae*, 1702. 4. & *de gestis Pauli in vrbe Atheniensium ad Actor. XVII.* 16. Lipsiae 1706. 4. disseruit, quarum

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		rum alteram *Stanleii Historiae Philosophicae*, alteram *Thesauri Novi Theologico-Philologici*, Tomo II. insertam legimus. porro *Philostratorum Opera*, *Lipsiae*, 1709. fol. recognovit, & animadversionibus exornauit. tum *Thomam Stanleium* in *Historia Philosophica* latine loqui iussit *Lipsiae*, 1711. 4. mai. nec non *Memoriam Parentis* sui *Iohannis Olearii* oratione celebravit, *Lipsiae*, 1714. fol. Quas vero *Libanii Sophistae* Orationes latine interpretatus erat, observationibusque passim illustrauerat, eas *Fabricius*, *Bibl.* Gr. L. V. c. 8. p. 145.=378. Vol. VII. post eius mortem euulgavit, vti etiam *Dissertationem* de *Poëtriis Graecis*, *Ioh. Christo. Wolfius* in *Novem illustrium Feminarum Fragmentis*, *Hamburgi* 1735. 4. Nat. 1672.=⊖. 1715. vid. *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. IV. p. 492. 493. — Singularia quaedam de eo habet *Gesnerus* ad *Isagogen* §. 761. p. 74. 75. Tom. II. qui tamen, cur nonnullis Batauorum displiceret, rationem acu tetigisse non videtur. Verisimiliorem sunt, qui edere possint. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Godefroy) *Olearius*. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1476.
	1692.	*Samuel* REYHERVS, *Andreae*, (de quo supra V. 45.) Fil. Schleusingensis-Hennebergicus, ICtus, Mathematicus, et Historicus Kiloniensis, hoc anno *de Numis quibusdam ex Chymico metallo factis*, *Kiliae Holsatorum*, 4. disputavit, simul eodem anno *Monumenta Landgraviorum Thuringiae & Marchio-*

Principibus: Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.

bionum Misniae in aes incidenda curauit, *Gothae*, fol. mox *Mathesin regiam*, *Kiliae*, *Holsatorum* 1693. 4. & *tres argenteos numos vnciales antiqvissimos*, *Dissertatione Iuridico-Stathmica*, ibidem 1695. 4. descripsit, (v. *Act. Erud.* 1696. p. 86.) porro Dissertationem suam *de crucifixi Iesu titulis*, & *de hora crucifixionis ad Matth. XXII.* 37. Thesauri Theologico-Philologici, Amstelaed. 1702. fol. Tom. II. particulam esse iussit: praeterea vel de *Observationibus Astronomicis*, *tam antiquis*, *quam novis*, *Kiliae* 1703. 4. vel *de praecipuis superiorum Saeculorum Phaenomenis coelestibus*, *Kilonii*, 1703. 4. vel *de Aëre sive Origine & Progressu Pneumatices*, *Kiliae* 1712. Dissertationes conscripsit, siue *Historiam Iuris vniversalem*, *Lubecae* 1718. 4. editam, reliqvit.

Nat. 1635.=⊖. 1714.

Cf. *Morhofii Polyhistor Philosophicus*, L. II. Part. II. c. XVIII. §. 1. p. 355. c. XXII. §. 2. p. 378. it. *Polyhist. Pract.* L. VI. Sect. I. §. 3. p. 557. Tom. II.

1692. *Johannes Davides* SCHREBERVS, Misenensis, Rector et Philologus Scholae Portensis, hoc anno Dissertationem *de imaginibus virorum clarorum*, *Bibliothecarum ornamento*, *Lipsiae*, 4. prodire iussit: deinceps, ne quid dicam de aliis eius levioris momenti observationibus, bene de literis meruit, cum *vitam Georgii Fabricii Chemnicensis*, *e monumentis litterariis*, *epistolisque Mss. nec non aliorum*, *qvi eiusdem cum Fabricio aetatis fuerunt*, *doctorum virorum libris* narraret, *Lipsiae* 1717. 8. *Additionesque ad vitam Georg. Fa-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*Fabricii*, *Miscellaneorum Lipsiensium* Tomo VI. p. 330. insereret. Nat. 1669.=☉. 1731.
Leopoldo, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	1692.	*Edmundus* GIBSONus, Episcopus primum Lincolniensis, tum Londinensis, Theologus, Bibliographus, Philologus, & Historicus, hoc anno sub notis literarum E. G. *Librorum manuscriptorum in duabus insignibus Bibliothecis, altera Tenisoniana, Londini, altera Dugdaliana, Oxonii, Catalogum* instruxit, *Oxonii*, 4. eodemque anno *Chronicon Saxonicum cum versione & notis* accurauit, *Oxonii* 1692. 4. (v. A. E. 1693. p. 186) proximo vero anno *Quinctiliani Institutiones* Oratorias *ex tribus Codicibus MSS. & octo impressis* emendauit, *atque variantes Lectiones* adiecit, simul *Tribunum Marianum*, *Declamationem*, primum *ex Codice Msc.* edidit, *Oxoniae*, 1693. 4. postea *Guil. Somneri Iulii Caesaris Portum Iccium illustratum* cum *Car. du Fresne Dissertatione de Portu Iccio*, *Oxonii* 1694. 8. latine vertit & vulgauit, vitamque *Guil. Camdeni*, a se descriptam eius *Britanniae*, in anglicam dialectum conuersae, praemisit, *Londini* 1695. fol. ☉. 1748.
	1692.	*Nicolaus* CHEVALERIVS (vulgo *Chevalier*,) ortu haud dubie Gallo-Francus, habitatione vel Amstelaedamensis, vel Rheno-Traiectinus, Archaeologus, si diis placet, saltem numorum, gemmarum, aliarumque vetustatis reliquiarum mango, Museique Traiectini ostentator, hoc iam anno *Historiam Guilielmi III. Regis Anglo-Britanniae* e

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Folio.* 1658. = 1705.		numorum & titulorum monumentis consarcinavit, (*Histoire de Guillaume III. Roi d'Angleterre, Prince d'Orange par Medailles, Inscriptions, Arcs de Triomphe, et autres Monumens recueillis par N. Chevalier*) *Amstelaed.* fol. mox antiquum ex aere monumentum descripsit, (*Description sur une antique piece de bronze, avec une Description de la Chambre des Raretez de l'Auteur*) *Amstelaed.* 1694. 12. tum numos in pacis Rysvicensis memoriam cusos illustrauit, (*Dissertations sur des Médailles frappés sur la paix de Ryswick*) *Amstelaed.* 1700. 8. simul hanc quaestionem, an annus 1700. initium Saeculi XVIII. esset, definire conatus est, (*Lettre écrite à un ami d'Amsterdam sur la question, si l'an* 1700. *est le commencement du XVIII. Siecle, avec un Almanac perpetuel, frappé en medaille,*) *Amstelaed.* 1700. 12. porro Museum suum Traiectinis spectandum aperuit, satis vano sub indice: *Recherche curieuse d'Antiquités, venues d'Italie, de la Grece, d'Egypte, & trouvées a Nimegve, a Santen, au Château de Wiltenburg, proche d'Utrecht, dans le Château de Britten, proche de Leyde, & a Tongres* &c. à Utrecht 1709. fol. cum multis fig. tandem etiam narrationem suam de rebus A. 1708. & 1709. bello gestis numorum fide approbavit, (*Relation des campagnes de l'An* 1708. & 1709. *par Medailles,*) *Utrecht,* 1711. 4.
		vid. *Banduri Bibliotheca Nummaria*, n. CLXX. p. 189. — *Henr. Cannegieterus* de *Brittenburgo*, c. I. p. 3. 15. 16. 96. 117. 128. & *Nuncius* meus *de Ara Romana in meditullio vrbis Rheno-Traiectinae effossa*, p. 153. = 156.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Prnci-pibus.		156. Tomi XIX. Part. III. *Actorum Societatis Harlemensis.*
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1692.	*Petrus* RABVS, Bibliographus, & Philologus Reterodamensis, hoc anno Museum Europae, (*de Boekzaal van Europe*) *Roterodami*, adornare, & instruere coepit 8. proximo anno *Desid. Erasmi Colloqvia Familiaria* denuo recensuit, *Roterodami*, 1693. 8. (v. *Act. Erud.* 1693. p. 526.) Θ. 1702.
	1692.	*Petrus de* TOULLIEU, Parisiensis, ICtus, & Philologus Academiae Groninganae, hoc anno *Franeqverae* disceptatore *van Eckio de iure Nuptarum* differuit. Eius vero *Collectanea* post mortem, editore *Jo. Wolbers* ICto, lucem viderunt, *Groningae*, 1737. 4. in quorum limine *vita Petri de Toullieu* ex Programmate *Joannis Barbeyracii* desumta legitur. Nat. 1669 = Θ. 1734. vid. *Io. Frid. Juglers Beyträge zur Juristischen Biographie*, Tom. II. Part. I. n. 16. p. 211. = 219.
	1692.	*Jacobus de* WILDE, rei maritimae Curatoribus a Tabulis accepti et expensi, Archaeologus Amstelaedamensis, numorum saltem, gemmarum, & signorum antiquorum elegans dominus, τοῦ πάνυ *Tiberii Hemsterhusii* socer, cuius Musei *Selecta Numismata antiqva* hoc anno prodierunt, *Amstelodami* 4. Subsecuta sunt *Signa antiqua veterum Poëtarum carminibus illustrata*, *&* *per Mariam Filiam* Iacobi de Wilde *aeri inscripta*, ibidem sum-

 tibus

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		tibus Auctoris 1700. 4. in quorum Signorum vulgaribus quidem exemplis *Sacrificium Priapi* a spectantium oculis velut remotum, prorsus deest, radio tamen descriptum olim, et cultissimo *Iac. Gronovii* Epigrammate sic illustratum habeo: *Vror enim; nec adest aegrae medicina, Maritus,* *Nec mihi quam debet, praestat inermis opem.* *Nil omnes valuere artes, tua magna potestas* *In spem sola patet, sola colenda mihi.* *Hinc tibi sic statuam, sic aras, Sancte, locaui,* *O similem liceat tangere posse virum!* Tandem vero *Selectae* quoque *Gemmae antiquae* siue *L. Tabulae Diis Deabusque gentilium ornatae per Possessorem coniecturis, veterumque Poëtarum carminibus illustratae, Amstelaedami* 1703. 4. lucem aspexerunt. Imaginem eius, in limine horum librorum depictam, ornant pulchri *Iani Brouckhusii* versus: *Thesauros veteris qui sedulus exstruit aevi* *Aere suo partas promere largus opes.* *Wildius hic ille est: quem postera norit vt aetas* *Viuaci solers scripsit in aere manus.* vid. *Banduri Bibliotheca Nummaria*, p. CXXXIV. p. 113=115.
	1693.	*Dominicus* AVLISIVS *de Leon*, (vulgo: *Domenico Aulisio*,) Neapolitanus, ICtus, Mathematicus, et Archaeologus, hoc anno *De Gymnasii constructione & Mausolei Architectura Opuscula duo* vna cum *Epistola de Co-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.		*lo sive Cribro Mayerano ad Didacum Vincentium a Vidanca*, *Gymnasii Neapolitani Praefectum*, *Neapoli* 4. edidit. quae omnia *Alb. Henr. de Sallengre* in *Novi Thesauri*, Tomo III. typis recudenda curavit. Eius quoque sunt *Delle Scuole Sacre Libri II.* Neapoli 1723. 4. post mortem euulgati. Nat. 1649. ⊖. 1717. vid. *Sallengrius* in *Praefatione*, ad Tomum III. Thes. Novi ** 2. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1053.
	1693.	*Alexander de* BVRGOS, Massanensis, Episcopus Catanensis Siciliae, Historicus, et Archaeologus, tremorem telluris, qui hoc anno contigit, singulari Epistola descripsit *Lettera scritta ad un Amico, che contiene le notizie finora avute de' danni cagionati in Sicilia de Tremuoti* &c. *in Palermo*, 1693. 4. et *Venetiis* 1697. 4. eamque postea latine redditam *Thesauri Siculi*, Parti IX. inserendam curavit *Sigebertus Haverkampus*. Idem quoque *Hippolyti Angelerii Antiquitates vrbis Atestiae*, *animadversionibus et Emendationibus* suis locupletatas, ad editores *Thesauri Italiae* misit, qui has ipsas Tomo VII. intulerunt. Nat. 1666. = ⊖ 1726. vid. *Burmannus* in *Praefatione* ad Tomum VII. *Th. Ital.* p. (9.) — *Papadopoli Historia Gymnasii Patavini*, L. II. Sect. II. c. 25. p. 168. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1121. — *Jo. Maria Mazzuchelli Gli Scrittori d'Italia* Vol. II. Part. IV. voc. (Alessandro) *Burgos*, p. 2441.=2444.

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	1693.	*Fortunatus* VINACCESIVS, Marmorum Brixianorum *Octavii Rossi* hoc anno amplificator.
	1693.	*Elisabetha Sophia* CHERON*ia*, *Ludovici* soror, *Jacobi Haii* f. domini *Le Hay* coniux, cultissima radio pingendi in laminis artifex Parisiensis, sive, vti eius imagini subscriptum est: *Vxor Jacobi le Hay, Picturae, Poëseos, Musicae, ceterarumque liberalium artium laude, tum omni actione vitae clarissima.* Eius sunt *Pierres Antiques gravées tirées des Principaux Cabinets de la France*, fol. sine anni nota, fatem meo in exemplo. Nat. 1648.=ϴ. 1711. vid. *Niceron Mémoires*, Tom. XIV. p. 168. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1719. add. *Journal des Savans*, Tom. 53. A. 1713. *Januar.* p. 64. seq.
	1693.	*Petrus* COVSTANT*ius*, Monachus Benedictinus Congregationis S. Mauri Parisiensis, Philologus, et rei diplomaticae vindex, hoc anno *Vitam S. Hilarii ex ipsius scriptis ac veterum monumentis concinnatam S. Hilarii* operibus, *Parisiis*, fol. euulgatis, praemisit. tum non modo *Vindicias Manuscriptorum Codicum a Bartholomaeo Germon impugnatorum*, egit, *Parisiis*, 1707. 8. & 1737. 8. sed etiam *Vindicias veterum Codicum* confirmauit, *pluresque Patrum atque Conciliorum locos* illustrauit, *Lutet. Paris.* 1715. 8. mai. Nat. 1654 =ϴ. 1721. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1180.

Ja-

SAEC XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.	1693.	*Jacobus* DVCATIVS, (vulgo: *Le Douchat*, vel *Duchat*,) Metensis, ICtus, & Philologus Berolinensis, eo iam anno inclaruisse videtur, argumento *Elogii* eius a *Formaeo* V. C. conscripti, cuius etiam curae debemus *Ducatiana*, *ou Remarques de feu M. Le Duchat, sur divers sujets d'Histoire & de Litterature, à Amsterdam* 1738. 12. duobus codicibus. Nat. 1658.=ɵ. 1735. vic. *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jacob le) *Duchat.* — *Catal. Bibl. Bun.* T. I. Vol. II. p. 1211.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1693.	*Johannes* MARTIANAEVS, (vulgo: *Martianay*,) Severopolitanus Vasconiae, Monachus Benedictinus, Theologus, & Philologus, biennio quidem ante in Ephemeridibus Parisiensibus demonstrauerat, *Hieronymum* locos Ebraicos latinis literis expressisse (*Lettre, que S. Jerome a écrit en caracteres Latins les citations du Texte Hebreu.* Journal des Savans, 1691. Ian. p. 5.=16.) sed hoc tamen potissimum anno, eiusdem laboris participe *Antonio Pougeto*, *S. Hieronymi opera ad vetustissimos MSS. Codices* & *veteres editiones* emendare coepit, *Parisiis* 1693.=1706. fol. quinque codicibus. Nat. 1647.=ɵ. 1717. vic. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1425.
	1693.	*Franciscus* NODOT*ius*, homo militaris, forte in exercitu Francico Germaniam, tum infestante, dux quidam secundarius, integri, si diis placet, *Petronii*, & a mercatore quodam Francofurtano ad se delati hoc anno edi-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, nandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		editor: Titulus libri ita se habet: *Titi Petronii Arbitri Equitis Romani Satyricon cum Fragmentis Albae Graecae recuperatis ann.* 1688. *nunc demum integrum, Roterodami*, 1693 8. sed misere deceptum esse abunde docuit *Burmannus*, in *Praefat.* ad *Petron.* *** 3. 4. Idem verò videtur esse *Nodotius*, qui nobis Relationem de curia Romana, (*Relation de la Cour de Rome. Ensemble la visite des anciens Monumens de Rome avec les Inscriptions* &c. à *Paris* 1701. 12.) et Nouos Commentarios, seu Obseruationes veteris & Novae Romae, dedit, (*Nouveau Mémoires de Mr. Nodot, ou Obseruations, qu'il a faites pendant son voyage d'Italie sur les Monumens de l'ancienne & de la nouvelle Rome* &c. à *Amsterdam* 1706. 8.
	1693.	*Carolus Mauritius* TELLERIVS (vulgo: *Le Tellier*,) Archiepiscopus Rhemensis, hoc anno *Bibliothecam* suam *Tellerianam* vel ipse descripsit, vel describi iussit. *Parisiis.* fol. (v. *Act. Erud.* 1694. p. 353.) Nat. 1642.=⊖. 1710.
	1693.	*Christianus* SCHLEGELius, Saalfeldensis Saxo, Historicus, numorumque recentioris aevi interpres, mox Schwartzburgensis, mox Gothanus, hoc iam anno disceptatore *Gasp. Sagittario*, *Historiam vitae Georg. Spalatini, Theologi, Politici, primique Historici Saxonici, Jenae.* 4. defendit, tum praeter nonnullorum Ephororum Dresdenensium Biographias, Dresdenae, 1697. & 1698. 8. euulgatas, vel *numos antiquos Salfeldenses, Arnstadienses, & Jenenses, Dresdae*, 1697. 4. vel

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		vel *numos antiqvos Isenacenses*, *Mulhusinos*, *Nordhusanos*, & *Weissenfelsenses Exercitatione historica*, *Jenae*, 1703. 4. illustrauit. porro *de Cella veteri*, *Marchionum Misnensium conditorio*, *Dresdae*, 1703. 4. differuit, et *Initia Reformationis Coburgensis in Vita Joh. Langeri* demonstrauit, vbi simul *de Scriptis Lutheri in Pathmo Coburgensi confectis ex instituto* egit, *plurimasque Lutheri & Melanchthonis Epistolas* . . . . antea non editas subiecit. *Gothae*, 1717. 4. De eius *Bibliis* in numis vid. *Index Scriptorum de re nummaria per Classes rerum digestus ad Banduri Bibliothecam Nummariam*, p. 236. Nat. 1667.=⊖. 1722. vid. *Joh. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. V. p. 250. 251. inprimis 257. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1589.
	1693.	*Burcardus Gotthelf* STRVVIVS, *Georgii Adami*, (de quo ad V. 6. in *Analectis* suo loco) Filius, Vinariensis, ICtus, Bibliographus, et Historicus Jenensis, hoc anno *Bibliothecam Numismatum antiquiorum*, *Jenae* 12. edidit. Ceteras eius varii generis Bibliothecas, Biographias, Antiquitatis Romanae, Historiaeque Syntagmata, item disputationes Academicas hoc loco recensere velle, nihil aliud foret, nisi literis & otio abuti. De *Introductionis* eius *in Notitiam rei literariae* duplici editione *Fischeriana* & *Iugleriana*, sententiam tulit *Gesnerus* ad *Isagogen*, §. 644. p 527. f. Tom. I. *Corporis*que *Historiae Germanicae* editiones indicauit *Georg. Christo. Hambergerus* ad *Freberi Directorium Historicorum*, p. 25. ed. Gotting. 1772. 4. *Bi-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus: — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Folio.*		*bliothecam historicam* auxit et emendauit *I. G. Meuselius, Lipsiae*, 8. Nat. 1671.=Θ. 1738. vid. *Banduri Bibliotheca Nummaria*, n. CXXXVII. p. 116. 117. — *Io. Fabricii Histor. Bibliothec.* Part. V. p. 503. 504. — C. A. *Heumanni Via ad Histor. Liter.* c. II. §. XI. p. 19. 20. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1630.
1658. = 1705.	1693.	*Polycarpus* TENZELIVS, *Guilielmi Ernesti*, (de quo ad V. 297. suo loco in *Analectis*,) frater, Theologus Longosalissensis, & Archaeologus, hoc anno *Selecta Numismata aurea, argentea, et aerea maximi moduli ex Nummophylacio ill. Comitis Schwarzenburgici* adnotationibus illustravit, *Jenae*. 4. (v. *Act. Erud.* 1693. p. 193.) v. *Banduri Bibliotheca Nummaria*, n. CXXXVIII. p. 118. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1641.
	1693.	*Christianus* THOMASIVS, *Iacobi* Filius, Lipsiensis, ICtus, et Philosophus Academiae Halensis, *primus*, vt ait *Gesnerus* ad *Isagogen*, §. 91. p. 102. s. *qui prae odio literarum* (latinarum) *quod conceperat, patris Iacobi disciplinam fugiens, Halam se contulit, deditque occasionem Academiae condendae. Hic quum nesciret linguam latinam, vsus est* (in scholis suis) *Germanica*. Hoc anno *Historiam Sapientiae & Stultitiae, Halae* 8. in publicum emisit. Reliquos eius libros qui cognoscere volet, adeat *Catalogum Scriptorum Thomasiii* plusquam duodecies repetitum. Nat. 1655=Θ. 1728. Memoriam & imaginem eius servarunt tres numi

AEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Prnci-pibus. *Leo-poldo, Ferdi-nandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		numi *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. DLXV. n. IX.=XI. ad p. 274. f. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. IV. p. 140. =144. & Part. V. p. 177.=182. — *Io. Alb. Fabricius* in *Scriptorum recentiorum Decade*, n. 4. p. 100. vitae Reimarianae Fabricii. — Inuidendo contra eum elogio ornat *Heumannus* in *Via ad Histor. Liter.* c. IV. §. LVIII. p. 176. (g.) — *Jac. Bruckeri Histor. Crit. Philos.* Tom. V. Period. III. Part. II. L. I. c. IX. §. I.=XXV. p. 447. =520. & in *Appendice* seu *Vol.* VI. p. 859. =868. — *Gesnerus* ad *Isagogen*, §. 808. p. 125=127. §. 820. p. 137. Tom. II. singularia quaedam de eo narrat. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Chretien) *Thomasius*, Iurisconsulte. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1649.
	1693.	*Franciscus* OTROKOTSI FORIS, Rima-Szétfeniensis Hungarus, Theologus primum Calvinianus, tum pontificius, & Historicus Tyrnaviensis, hoc potissimum anno memoratu dignus est, quod *Origines Hungaricas, seu librum, quo vera nationis Hungaricae origo, & antiquitas e veterum monumentis & linguis praecipuis panduntur*, scripsit; *Franequerae*, duobus codicibus 8. editum. vid. *Alexius Horányi* in *Memoria Hungarorum & Provincialium*, Part. II. p. 711.=716.
	1693.	*Fridericus* ROSTGAARD*us*, ICtus, Regiq. Daniae a consiliis, Historicus, et Poëta, hoc iam anno *Delicias quorumdam Poëtarum Danorum* collegit, & in duos Tomos divi-

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 105.		fit, *Lugduni Batavorum* 12. postea consilium indicis librorum via & ratione conficiendi dedit, (*Proiet d'une nouvelle Methode pour dresser le Catalogve d'une Bibliotheqve selon les Matieres avec le Plan, à Paris* 1698. fol. teste auctore *Bibliothecae Danicae*, Part. VI. n. XII. p. 524.) tum *Emendationes in Otfridi theotiscam & metricam Paraphrasin Euangeliorum, ex antiquissimo Codice MSpto Palatino Vaticano collectas, Jo. Georgio Eccardo* in *Legibus Salicis, Francofurti* & *Lipsiae* 1720. fol. edendas concessit. ⊖. forte 1726. argumento *Bibliothecae Rostgardianae*, quae hoc anno *Hafniae*, 1726. 8. prodiit. Ingenii et virtutum eius non candidiorem novi praeconem, quam *Io. Alb. Fabricium*, qui *Bibliothecae* suae *Graecae Volumen* VII. ipsi dedicauit. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1564.
	1693.	*Iohannes* HVDSONVS, Thesauri librarii Bodleiani Praefectus, & Criticus Oxoniensis, cuius insigni opera et ingenio emendatiores legebantur *Velleius Paterculus* hoc anno, *Oxoniae* 8. mai. recognitus, *Thucydides*, *Oxoniae* 1696. fol. mai. *Geographi* minores, *Oxoniae* typis excuso *Volumine* I. 1698. *Volumine* II. 1703. *Voluminibus* III. & IV. 1712. 8. *Dionysius Halicarnasseus*, ibidem 1704. fol. duobus Tomis, *Moeris Atticista*, *Oxoniae* 1712. 8. & post mortem edita *Flavii Iosephi Opera*, *Oxonii*, 1720. fol. Nat. 1660. = ⊖. 1719. v. *Io. Alb. Fabricius Bibl. Graec.* L. VI. c. 10. p. 811. = 813. Vol. XIII. — *P. Burmannus* in

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		in *Praefat.* ad *Velleium Paterculum* * * 6. *F. G. Freytag Analecta Litteraria*, p. 471. f. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jean) *Hudson*, Fils de Jacqves Hudson. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1341.
	1693.	*Matthaeus* TINDAL*us*, primum in Christiani cultus disciplina Proteus, dein patefactae religionis cauillator. Nat. 1656.=ϴ. 1733. vid. *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Matthieu) *Tindal* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1654.
	1693.	*Hermanus* BOERHAVIVS, Voorburgensis Batavus, Medicus, Philosophus, & Philologus Academiae Leidensis, vno verbo Hippocrates rediuiuus, hoc anno iam inclarescere coepit, scripta Dissertatione *de vtilitate explorandorum in aegris excrementorum, vt signorum* &c. *Hardervici.* 4. Eius scripta passim laudavit *A. Hallerus* in *Bibliotheca Botanica*, L. IX. n. MVII. p. 96. 97. Tom. II. *Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. VII. §. DCCXIII. p. 756.=761. & in *Bibliotheca Chirurgica*, Tom. I. L. VI. n. 491. p. 583.=585. Nat. 1668.=ϴ. 1738. vid. *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Herman) *Boerhave.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1093. 1094. — *Levensbeschryving van eenige voorname Mannen en Vrouwen*, Part. II. p. 134.=160.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi-pibus: Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.	1694.	*Franciscus* FICORONIus, vel *de Ficororibus*, Lugnanensis, *Io. Petri Bellorii* discipulus, Archaeologus et Mystagoga Romanus, hoc iam anno scripsisse dicitur *Avertimenti delle Medaglie antiche*, si fides habenda titulo libri MScpti ap. *Menckenium* in *Bibliotheca*, p. 833. Cetera eius industriae monumenta haec fuerunt: *Osservazioni sopra l'antichità di Roma descritte nel Diario Italico del P. Bernardo de Montfaucon, Roma.* 1709. 4. (v. *Act. Erud.* 1710. p. 114. = 116.) — *Lettera à Giacomo Lord Johnstone sopra un nuovo Cameo, esprimente Marcello, Nipote di Augusto, Napoli.* 1718. et 1726. 4. Memorie più singolari di Roma, e sue Vicinanze notate in vna lettera al Sign. Bernard, Cavaliere Inglese colla Spiegazione d'una medaglia d'Omero, Roma 1730. fol. (v. *Nov. Act. Erud.* Suppl. Tom. II. Sect. VI. p. 277.) — *Della Bolla d'oro de Fanciulli nobili Romani* &c. in *Roma* 1732. 4. (v. *Nov. Act. Erud.* 1734. Aug. p. 348.) — *De' Tali ed altri Strumenti lusori degli antichi Romani*, *Roma* 1734. 4. (v. *Nov. Act. Erud.* 1738. Jul. p. 417.) — *Le Maschere Sceniche e Figure Comiche de' antichi Romani*, Roma 1736. 4. quam *de Larvis Scenicis & figuris comicis antiquorum Romanorum* Dissertationem *ex Italica in lingvam latinam* vertit *Dominicus Cantagallius*, *S. Eustachii in urbe Canonicus*, *Romae*, 1750. 4. verum tamen eius libri auctorem *Archangelum Contucci*, Iesuitam, fuisse perhibet *Winckelmannus*, *Monumenti Antichi.* p. 59. — *Breve Descrizione di tre particolari Statue scopertesi in Roma* l'anno 1739. 4. quae descriptio quoque inserta est

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705		eſt *Calogerae Opuſculis Scientificis & Philologicis*, Tom. XXII. a p. 491. — *Arcus Traiano dedicatus Beneventi, porta aurea dictus, ſculpturis & mole omnium facile princeps, Romae* 1739. fol. Tabulis X. — *J. Piombi antichi, Roma*, 1740. 4. quam Diſſertationem quoque *de Plumbeis Antiquorum Numiſmatibus tam ſacris quam profanis* latine vertit idem *Dominicus Cantagallius, Romae*, 1750. 4. — *Le Veſtigia e Rarita di Roma antica, ricercate e ſpiegate*, in *Roma*, 1744. 4. quem librum non modo *Vulpius* in *Veteri Latio Profano*, Tomo X. P. II. p. 409. ſed etiam *Gorius* in Vol III. *Inſcriptionum Florent.* ad Tab. II. p. CLIII. laudat. — ibidem *La Singolarità di Roma moderna Libro Secondo.* — & tandem *Memorie ritrovate nel territorio della prima e ſeconda città di Labico*, in *Roma* 1745. 4. Nat. 1664. circiter =⊖. 1747. v. Praefatio ad verſionem latinam libri de Perſonis ſ. Larvis veterum.
	1694.	*Carolus* FONTANA, Dominici nepos, Novocomenſis Italus, Eques Romanus, Architectus, cuius eſt hoc anno edita aedes Vaticana, *Il Tempio Vaticano e ſuo origine con gli edificii più conſpicui antichi e moderni, in Roma*, fol. Poſt eius vero mortem lucem vidit *L'Anfiteatro Flavio deſcritto e delineato dal Cavaliere Carlo Fontana, nella Haia*, 1725. fol. reg. tabulis XXIV. Nat. 1638. =⊖. 1714. Imaginem eius ſervauit numus *Muſei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. 156. n. II. ad p. 225. ſ.

vid.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi-pibus.		vid. *Dav. Clement Bibliotheqve Curieuse*, Tom. VIII. p. 413.=415. (84.)
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1694.	*Paulus* PEDRVSI*us* (vulgo *Pedruzzi*,) nobilis Mantuanus, Sacerdos Iesuita, ducisque Parmensis Archaeologus, hoc anno *Musei Parmensis* numos aureos, argenteos, maximi moduli recensere coepit, (*I Cesari in oro raccolti nel Farnese Museo e publicati colle loro congrue interpretazioni In Parma*, 1694. fol. quae tota Sylloge decem Tomis constat. Sex priores indicati sunt a Bandurio & Fabricio. Sextum VII. & VIII. junctim in compendium miserunt *Acta Lipsiensia* 1726. Januar. a p. 5. a *Tomo octavo* opus persecutus est *Petrus Piovenius* Jesuita (v. *Mémoires de Trevoux* 1723. Mart. p. 42. *Tomus* IX. lucem vidit Parmae, 1724. (*Mémoires de Trevoux* 1725. Aug. p. 1448.= 1484.) Tomus X. *Parmae* 1727. (*Mémoires de Trevoux*, 1728. Octobr. p. 1894. & *Act. Erud.* 1728. Septembr. p. 415.) Nat. 1644.=Θ. 1720. vid. *Banduri Bibliothec. Nummaria*, n. CLXXV. p. 188. 189. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1496.
	1694.	*Andreas* CHEVILLERIVS, (vulgo: *Chevillier*,) Doctor Sorbonnicus, & Bibliothecarius, hoc anno origines Chalcographiae Parisiensis, (*Origine de l'Imprimerie de Paris*, *Dissertation Historique et Critique divisée en qvatre Partis &c.*) indagauit, *Parisiis* 4. vid. *F. G. Freytag Analecta Litteraria* p. 241. — *David Clement Bibliotheque Curieuse*, Tom.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		Tom. VII. p. 70. 71. (39) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1151.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1694.	*Johannes* DVMONT*ius*, Baro de Carels-Croon, ortu, ni fallor, Gallo-Francus, Caesari Germanico a consiliis, Historicus, et Hodoeporicus Scriptor, hoc anno Iter suum in orientis solis regiones (*Nouveau Voyage du Levant*) *Hagae Comitum.* 8. (v. *Act. Erud.* 1695. p. 284.) & aliquot annis post Iter in Franciam, Italiam, Germaniam, &c. (*Voyage en France, Italie, Allemagne, Malthe, et Turqvie*) *Hagae Comitum*, 1699. 12. quatuor codicibus descripsit. Longe vero maiorem et certiorem sibi ad posteros famam peperit non modo Commentariis politicis ad Pacem Rysvicensem, (*Mémoires politiqves pour servir à la parfaite intelligence de la Paix de Ryswick par Mr. du Mont, à la Haye*) 1699. 12. quatuor Tomis. nec non Proeliorum ab Eugenio Principe feliciter commissorum memoria, (*Batailles gagnées par le Prince Fr. Eugene de Savoye depeintes et gravées par Jean Huchtenburg, avec les Explications histориqves par J. du Mont, La Haye*, 1725.) fol. max. sed inprimis etiam celebratissimo illo corpore Diplomatico, (*Le Grand Corps Diplomatiqve du Droit de Gens, contenans un Recueil des Traités d'Alliance, de Paix, de Treve, de de neutralité &c. depuis le regne de l'Empereur Charlemagne jusqv'à present* &c. *à Amsterdam* 1726. seq. fol. octo Tomis.
		v. *B. G. Struvii Biblioth. Historica*, c. VII. p. 142.=144.

Mmmm *Theo-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 105.	1694.	*Theodericus* RVINARTVS, (vulgo: *Thieri Ruinart*,) Remensis Gallo-Francus, Sacerdos Benedictinus Congregationis S. Mauri, Historicus, & Philologus, hoc anno *Historiam Persecutionis Vandalicae* conscripsit, ibidemque *Victorem Vitensem* ad complures Codices MSc. & veteres Editiones emendatum illustravit, *Parisiis* 8. mox *Iter literarium in Alsatiam & Lotharingiam A.* 1696. *peractum* literis mandauit, in lucem postea editum in *Ouvrages Posthumes de Jean Mabillon, et de Thieri Ruinart, par Vincent Thuillier*, à Paris, 1724. 4. Tomo III. p. 411.=499. tum *S. Gregorii Turonensis Opera omnia* recensuit, *Parisiis*, 1699. fol. (v. *Act. Erud.* 1700. p. 437.) porro *Ecclesiam Parisiensem adversus Bartholomaei Germonii duas disceptationes de antiqvis Regum Francorum Diplomatibus* vindicavit *Parisiis*, 1706. 4. deinde *Vitam Mabillonii* francice exposuit, quae post *Ruinarti* mortem a Congregationis S. Mauri Monacho in latinum sermonem conversa prodiit, *Patavii*, 1714. 8. mai. Tandem singulari laude digna sunt eius *Acta primorum Martyrum sincera et selecta, ex libris cum editis, tum manuscriptis collecta*, secundum alteram editionem *ab ipso auctore recognitam, emendatam et auctam*, *Amstelaedami* 1713. fol. Nat. 1657.=☉. 1709. vid. *Stollii Adnotationes* ad *Heumani Conspectum*, p. 825. 826. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1566.
	1694.	*Simon* THOMASSINVS, Tabularum radio scribendarum opifex regius, et Archaeologus

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		gus Parisiensis, qui hoc anno vetera et recentiorum manuum signa, statuas, symplegmata, vasa, aliaque id genus monumenta in palatio hortoue regio Versaliensi conspicua in aere depinxit, (*Recueil des Figures, Groupes, Thermes, Fontaines, Vases, &c autres Ornemens, tels qv'ils se voyent à present dans le Château et Parc de Versailles gravé d'après les Originaux, &c. à Paris*, 8. quam Syllogen Tabulis 218. absolutam nescio quis in Batauis imitari conatus est, *Hagae Comitum* 1724. 4. sed ita, vt Archetypae editionis elegantiam non assequeretur.
	1694.	*Carolus* VALESIVS, (vulgo: *de Valois de la Mare*,) *Hadriani Valesii* Fil. Archaeologus, et Philologus Parisiensis, eo anno *Valesiana*, hoc est, Observationes miscellaneas Patris sui *Hadriani* euulgavit, *Parisiis*, 12. ejusdemque ingenio debentur variae disputationes inter Academicos Parisienses lectae, et probatae, tamquam: *Dissertation sur les Neocores*, (*Histoire de l'Acad. des Inscript.* Tom. I. p. 71.=74. ed. *Amstel.*) — *Histoire des Censeurs Romains*, (*Histoir.* de l'Ac. des Inscr. Tom. I. p. 75=82.) — *Sur les differens vsage du Verre chez les Anciens*, (*Histor Ac. Inscr.* Tom. I. p. 133.) — *Des Richesses du Temple de Delphes*, (*Histor.* Tom. II. p. 109.) — *Discours, dans leqvel on prétend faire voir, que les Medailles qvi portent pour legende FL. CONSTANTINVS IVN. N. C. n'appartiennent point à Constantin le Jeune, fils de Constantin le Grand*, (*Memor. Acad. Inscr.* Tom. IV. p. 246.= 278.) — *Dissertation sur les Amphictyones*,

mmmm 2 (*Mé-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		(*Mémoir. de l'Acad.* Tom. IV. p. 265. & Tom. VII. p. 641.) — *Observations sur quelques Endroits du Livre, où Recueil de Medailles du Comte de Mezzabarba,* (*Histor. Ac. Inscr.* Tom. VI. p. 481=491.) Nat. 1671.=⊖. 1747. vid. *Banduri Bibliotheca Nummaria.* n. CLXXXVII. p. 210. — *Eloge de Mr. Valois* par *Mr. Freret*, dans *l'Histoire de l'Academie Royale des Inscriptions*, Tom. XXI. p. 234.=242. ed. *Parisiens.*
	1694.	*Henricus Ludolphus* BENTHEMIVS, Cella-Luneburgicus, Theologus Lutheranus, & Historicus Harburgensis. Quanquam aliquot iam annis ante scriptis quibusdam libris innotuerat, tamen hoc potissimum anno mihi commemorandus esse videbatur, quod nunc rerum Christianarum et scholasticarum apud Anglo-Britannos et Batauos auctor esse coepit, *Anglicarum* scilicet *Ecclesiarum et Scholarum statu*, (*Engelländischer Kirchen-und Schulen Staat*,) *Luneburgi* 1694. descripto, multisque deinceps locis auctius, *Lipsiae*, 1732. 8. mai. *Batavarum* vero *Ecclesiarum & Scholarum Statu*, (*Holländischer Kirchen- und Schulen-Staat*,) *Francofurti* & *Lipsiae* in lucem emisso, 1698. 8. Nat. 1661.=⊖. 1723. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. V. 103. 104. et Part. VI. 250. 251. — *G. Stollius* ad *Heumannum* p. 548. 549. et 1041. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1076.
	1694.	*Johannes Nicolaus* HERTIVS, (vulgo: *Hertz*,) ICtus, & Historicus Academiae Gie-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.		Giesensis, hoc anno Dissertationem *De Iurisprudentia vniuersali* in lucem emisit. Nat. 1652.=⊖. 1710. vid. *Joh. Frid. Iugleri Supplementa Biographiae Iuridicae*, Tom. V. Part. I. n. XIII. p. 131.=152.
	1694.	*Fridericus* HOFFMANNVS, Halensis, ab hoc anno natali Academiae Halensis Medicus, et Philosophus, *Medicinae rationalis*, vt loqui solent, *Systematicae* auctor, hoc est qui artem medicam certa & immutabili adstringere se posse putabat lege, siue, vt ipse ait, *demonstratiua Methodo per experientiam LVII. annorum stabilire* sibi visus est. *Opera* eius omnia *Physico-Medica* in sex Tomos distributa, prodierunt *Genevae*, 1761. fol. in quorum *Tomi* I. limine occurrit *Commentarius de vita Frederici Hoffmanni, auctore Johanne Henrico Schulze*, Philosophiae ac Medicinae Professore, p. I.=XVIII. Nat. 1660.=⊖. 1742. Imago eius in principio, Tomi I. Operum depicta cernitur. vid. *G. Stollius* ad *Heumannum*, p. 453. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1324. — *A. Haller Bibliotheca Chirurgica*, Tom. I. L. VI. §. 438. p. 531.=534. & *Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. VII. n. 685. p. 733=735. — Eum propter Medicinam illam dogmaticam reprehendit Cl. *Jo. Dav. Hahn*, in Oratione *de Medico Speculatore*, *Lugd. Bat.* 1775. 4. p. 34.=38.
	1694.	*Johannes Christianus* LVNIGius, Westphalus,

mmmm 3 mo-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Folio.* 1658. = 1705.		monumentorum Iuris publici diligens conquiſitor, & Hiſtoricus Lipſienſis, hoc anno *Syllogen negotiorum publicorum* digeſſit, *Lipſiae*, 4. deinde indefeſſo ſtudio tot codices Actis Principum, *Epiſtolis*, diplomatibus que implevit, vt non mediocris ipſi Bibliothecae vicem et ſpeciem praeſtare poſſent. Ita primum Epiſtolas *Langueti* ad *Auguſtum* Saxonem, imperii Septemvirum, in ſermonem francicum tranſtulit, (*Lettres de Languet à Auguſte, Electeur de Saxe, traduites du Latin en François, par Jean Chretien Lunig, à Cologne*, 1695. 12.) Paulo poſt chartas Regum et Principum, Orationes, Edicta, vndecunque coacervata ad vſum cognoscendi, ſcribendique ſic accommodauit, vt totius ferme Europae ſcriniorum, & ſtili inter rerum actores vſitati magiſter fuiſſe videretur. Huius autem Συναγωγῆς tabulae ſunt eiusmodi: Orationes procerum Europae, (*Reden groſſer Herren, vornehmer Miniſter, und anderer berühmten Männer*, *Lipſiae*, 1707. & 1713. 8. Tomis VI. — Formulae titulorum Principum Europae, (*Das neu eröfnete Europaeiſche Titular-Buch.*) *Lipſiae*, 1709. 8. — Tabularium imperii Germanici, (*Deutſches Reichs-Archiv*,) *Lipſiae* 1710=1722. XXIV. Tomis fol. — Literae Procerum Europae (*Angenehmer Vorath wohlſtyliſirter Schreiben*) *Lipſiae*, 1712. ex edit. tertia, 1737. 8. Tomis tribus. — Scrinium imperii, (*Reichs-Cantzley*,) *Lipſiae*, 1714. 8. Tomis VIII. — *Conſilia Status Europae*, (*Europaeiſche Staats-Conſilia*,) *Lipſiae*, 1715. fol. Tomis duobus. — Fundamenta Iuris Principum Eu-

AEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Prnci-pibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		Europae, (*Grundveste Europaeischer Potenzen Gerechtsame.*) *Lipsiae*, 1716. fol. duobus codicibus. — *Bibliotheca Deductionum S. R. Imperii*, *Lipsiae*, 1717. 8. melius deinde ordinata, emendata, & aucta a *Gottl. Aug. Jenichen*, ibid. 1745. 8. duobus codicibus. — Theatrum Historico-Politicum caerimoniarum palatinarum Europae, (*Historisch-Politischer Schauplatz des Europaeischen Hof-und Cantzley Cerimoniels*) *Lipsiae*, 1719. 1720. fol. duobus codicibus. — *Selecta Scripta illustria*, quorum pleraque sunt theotisca, *Lipsiae*, 1723. fol. et Thesaurus Iuris Comitum, & Dominorum Sacri Romani imperii, (*Thesaurus Iuris derer Grafen und Herren des Heil. Römischen Reichs*,) Lipsiae, 1725. fol.
		Nat. 1662. = ⊖1740.
		vid. *G. Stollius* ad *Heumanni Conspectum*, p. 740 = 742.
	1694.	*Johannes Burcardus* MENCKENIVS, *Ottonis* Fil. Lipsiensis, Bibliographus, Philologus, & Historicus Academiae Lipsiensis, hoc iam anno clari nominis famam assequi coepit, scripta & defensa *de Augustorum Augustarumque consecratione ex numis Dissertatione*, *Lipsiae*, 4. Librorum vero & Disputationum eius Academicarum commemorationem nemo a me postulaverit, nisi qui ante dicta ab illius filio *Friderico Ottone*, rursus a me inutiliter dici velit. Id solum liceat monere *Dissertationum* eius *Academicarum Decadem*, Lipsiae, 1734. 8. *Dissertationes Literarias olim seorsim publicatas*, ibid. eodem anno 8. simul vtriusque patris,

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		tris, & suam *Bibliothecam virorum militia aeque ac Scriptis illustrium*, itidem eodem anno iunctim edidisse *Fridericum Ottonem Menckenium*, Io. Burc. Fil.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.		Nat. 1675 = ☉. 1732.
		Imago eius ante *Bibliothecam Menckenianam*, *Lipsiae* 1727. 8. & *Dissertationum Academicarum Decadem* modo ante laudatam spectatur.
		vid. *Banduri Bibliotheca Nummaria* n. CXLIII. p. 120. et (m.) — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. V. p. 417. 418. et Part. VI. p. 368. — *G. Stollius* ad *Heumannum*, p. 476. 477. 946. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Jean Burchard) *Mencke*, fils du precedent, (Othon Mencke) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1436.
	1694.	*Johannes Christophorus* OLEARIVS, *Iohannis Godofredi*, Arnstadiensis Theologi, (de quo ad V. 61. in *Analectis*,) Filius natu secundus, Halensis Saxo, Theologus Lutheranus, Historicus, & Archaeologus Arnstadiensis, hoc anno *Isagogen ad Nummophylacium Bracteatorum*, *Jenae*, 4. vulgavit; quam postea eius generis numarii alios libros et disputationes subsequi iussit, tamquam *Epistolam de numo L. Sept. Seueri, in quo Mars cum scalis apparet e thesauro Arnstadio-Schwartzburgico*, *Jenae*, 1696. 4. item *Epistolam de numo M. Aurelii Antonini conturniato*, ibid. eod. 4. quae vtraque ap. *Christ. Woltereckium* in *Electis rei nummariae*, repetita legitur, p. 112. & 131. — *Specimen vniuersae rei nummariae scientifice*, vt barbare ait,

SAEC. XVII.	AER. CHR	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		ait, *tradendae*, *Jenae*, & *Arnstadii*, 1698. 8. quod in vsum scholarum domesticarum postea typis repetendum curauit *Io. David Koeblerus*, *Gottingae*, sine anni mentione, 8. — *Anastasin Agnesiae Abbatissae Quedlinburgensis e bracteatis*, *Ienae*. 1699. 4. — Scientiam rei numariae, (*Müntz Wissenschaft, darinne von der unfehlbaren Nutzbarkeit allerhand merkwürdigen Müntz Arten .... gehandelt wird*) *Jenae*, 1701. 8. nec non *Dissertationem Epistolicam de numo argenteo Norberti Archiepiscopi Magdeburgici*, *Arnstadii*, 1704. 4. Nat. 1668.=Θ. 1747. vid. *Banduri Bibliotheca Nummaria* n. CXXXV. p. 115. (a.) (b.) (c.) — G. *Stollius* ad *Heumanni Conspectum*, p. 834. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1476.
	1694.	*Justus Godofredus* RABENERVS, *Iusti Gothardi* Frater, Soraviensis Lusatus, Rhetor, & Philologus mox Gymnasii Freibergensis, mox Misenensis, hoc anno *Styli elegantioris rationem*, *Lipsiae*. 8. demonstrauit. Proximo vero anno *Amoenitatum Historico-Philologicarum qvinque Decades* vna cum *Orationibus* suis & *Epistolis* prodire iussit, *Lipsiae* 1695. 8. (vid. *Act. Erud.* 1695. p. 140.) Nat. 1665.=Θ. 1699. vid. *G. Stollii Adnotationes* ad *Heumanni Conspectum* p. 806. 807. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1542.
	1694.	*Johannes Jacobus* SCHEVCHZER*us*, Turicensis, Medicus, Philologus, & Philosophus, Helvetiorum Plinius, hoc anno *Surdum loquentem* descripsit, *Traiecti*, 4. *Iti*-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Folio.* 1658. — 1705.		*nera Alpina plurimis tabulis aeneis illustrata, & in quatuor Tomos distincta*, Lugd. Bat. 1723. 4. multum ei haud ambiguae laudis pepererunt. Nat. 1672.=⊖. 1733. Iconem eius seruat numus *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLXXI. No. VII. ad p. 297. et *Itinerum Alpinorum* limen. vid. *G. Stollius* ad *Heumanni Conspectum* p. 834. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1587. 1588. & Vol. III. p. 2162. — *A. Haller Bibliotheca Botanica*, L. IX. n. 952. p. 68=70. *Tom.* II. & *Bibliotheca Anatomica*, L. VII. §. DCCXX. p. 767. *Tom.* II.
	1694.	*Olaus* CELSIVS, Vpsaliensis Suecus, Theologus, Archaeologus, et Philologus Ebraeus, Arabsque, hoc anno scripsit *historiam linguae & eruditionis Arabum*, *Vpsaliae*, in *Bibliotheca Bremensi Nova*, *Class.* IV. Fasc. I. p. 1. seq. Fasc. II. p. 203. seq. et Fascic. IV. n. I. p. 373. obuiam. Deinde varii argumenti disputationibus Academicis non mediocrem apud literarum studiosos gratiam iniit, quarum praecipuas, quotquot mihi innotuerunt, nominabo. Sunt autem huiusmodi: *Epistola de Runis Helsingicis*, in *Tentzelii Colloquiis Menstruis* 1698. Jun. p. 560. seq. edita, — *Abaris Hyperboreus exercitio Academico delineatus*, *Vpsaliae* 1710. 8. — *Dissertatio de Anacharside Scytha*, *Vpsaliae*, 1712. 8. — *Dissertatio de Homeri vita et Scriptis*, ibid. 1714. 8. — *Dissertatio de Sacris Moloch*, *Vpsaliae* 1717. 8. — *Dissertatio de Arabum in Hispania regno*, *Vpsaliae*, 1720. legitur in *Bibliotheca Bremensi* Class. V. *Fasc.* I. n. II. p. 22. seq. — *Dis-*

AEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Prnci-pibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*Dissertatio de navigatione Salomonia, Vpsaliae* 1722. 8. — *Historiola Pyramidum Aegypti, Vpsaliae* 1725. 8. — *Runae Medelpadicae ab importuna crisi breviter vindicatae, Vpsaliae*, 1726. 4. — *Dissertatio de hodierno statu Ecclesiae Armenorum, Vpsaliae*, 1726. 8. — *Dissertatio de Judaeis, eorum Arca, et cimeliis, Vpsaliae*, 1727. 8. — *Oratio parentalis in memoriam Matthiae Steuchi, Archiepiscopi per Suioniam, Vpsaliae*, 1730. 4. — *Dissertatio de Baptismo Infantum, Vpsaliae* 1735. 8. — *Bibliothecae Vpsaliensis Historia, Vpsaliae* 1745. 8. mai. et fortassis plures alii libelli, quos sane in vnum redigi corpusculum velim.
		Nat. 1670.=⊖. 1756.
		vid. *Johannis Ihre, Cancellariae regiae Sveciae Consiliarii, Eloquentiae, & Politices Professoris ordinarii, Oratio funebris in memoriam Viri summe Reverendi & Celeberrimi S. S. Theologiae Doctoris*, Olai Celsii, *Archipraepositi Vpsaliensium, Professoris Theologiae ordinarii et Primarii, Societatis regiae Vpsaliensis, nec non Academiae Scientiarum Holmensis Membri, habita mense Novembri* 1756. in *Bibliotheca Bremensi Nova, Class.* III. *Fascic.* III. n. I. a p. 391. seq. — *A. Halleri Bibliotheca Botanica*, L. IX. n. 944.
	1694.	*Johannes* POTTERVS, Cantuariensis Praesul, Theologus, Philologus, & Archaeologus Graecus, quem hoc anno editorem habuit *Plutarchus de audiendis poëtis*, vti etiam *Basilii M. Oratio* de eodem argumento, graece, *cum interpretatione Hug. Grotii*, varietate lectionis & adnotationibus

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 658. = 105.		Potteri, *Oxonii*, 8. mai. praeterea *Lycophron*, *cum graecis Isaaci Tzetzis Commentariis*, *Oxonii* 1697. fol. tum *Archaeologia Graeca*, *or the Antiqvities of Grece*, *Oxfort*, 1699. 8. non modo anglice typis repetita, *Londini* 1706. 8. duobus Tomis, sed etiam latine reddita, & ab ipso auctore locupletata in *Iac. Gronovii Thesauro Graecae antiquitatis*, Tom. XII. tandem vero *Clemens Alexandrinus* graece & latine cum lectionis varietate librorum scriptorum, tum *aliorum Commentariis*, illustratus, *Oxonii*, 1715. fol. Tomis duobus. ☉. 1747. Cf. *Morhofius* VII. *Polyh. Lit.* c. II. § 22. p. 1055. Tom. I. & *G. Stollii* Adnotationes ad *Heumanni Conspectum*, p. 801. 802.
	1694.	*Guilielmus* SHERARDVS, Anglorum Consul, siue mercaturae naviculariae Procurator apud Smyrnenses, Botanicus, eo anno clarus, argumento *Bibliothecae Botanicae A. Halleri* L. IX. n. 852. p. 16. 17. Tom. II.
	1694.	*Ianus* BERKELIVS, *Abrahami* (de quo ad V. 185. in *Anal.*) Filius, Philologus, eo anno in renovata editione *Stephani Berkeliani* 1694. fol. Vindicias patris sui adversus *Le Moyne* egit. tum *Iacobi Palmerii a Grentemesnil* κριτικὸν ἐπιχείρημα *siue pro Lucano Apologiam* cum nonnullis aliis similis argumenti primus edidit, *Lugd. Batav.* 1704. 8. cuius libri titulus triennio post sic immutatus est: *Dissertationes Criticae de Poëtis Graecis & Latinis ex recensione Iani Berkelii*, *Lugd. Bat.* 1707. 8.

V.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		v. *F G. Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. III. n. CXCV. p. 707.=710.
Leopoldo, Ferdinandi III *Filio* 1658. = 1705.	1694.	*Petrus* TRONCHINVS, ICtus et Philologus, hoc anno *Disputationem de variis Capitibus Iuris, Franequerae*, 4. a *Bynckershoekio* laudatam emisit, quae postea a nobilissimo *Johanne Meermanno* in *Supplemento Thesauri Iuris Civilis & Canonici*, siue Tomo VIII. p. 599=604. typis recusa est. Θ. 1701. vid. Ipse Vir pereximius *Iohannes de Meerman*; in Praefatione ad *Supplementum*, p. IX.
	circa 1694.	*Horatius* VITRINGA, *Campegii* maioris, de quo antea, V. 313. filius natu maior, Philologus, in flore aetatis rebus humanis ereptus. Post eius mortem *Lamb. Bosius Animadversionum* eius *ad Iohannis Vorstii de Hebraismis N. Test. Commentarium Specimen* edidit, adiunxitque suis *Observationibus Miscellaneis, Franeqverae*, 1706. & 1731. Nat. 1678.=Θ. 1696. vid. *Lamb. Bos*, in Praefatione ad *Animadversiones.*
	1694.	*Eduardus à* ZVRCK, auctori *Sapientiae Hyperborealis*, p. 25. per contemtum dicitur *Eduardus ὁ Σύρκιος*, Grammatista Scholae Harlemensis, hoc anno *Ciceronis selectas Orationes* puerilibus Notis onerauit, *Harlemi*, 8. editione *altera* haud ita pridem a nescio quo, certe simili *Zurckii* homine, *denuo reuisa, & a mendis in prima editione occurrentibus ACCURATIORI MODO purgata, Vltraiecti* 1773. 8. Idem biennio post *Horatii* car-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.

Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.

carmina obſervationibus maximam partem e *Dacerio* conſarcinatis illuſtrauit, *Harlemi* 1696. 8. Extat quoque eius *Oratio de felicibus Britannorum, Batavorum, & foederatorum ſucceſſibus Anni* 1706. *habita Harlemi in aula principis. Hagae Comitis*, 1706. 4.

Θ. circa 1726.

1694. *Academiae* HALENSIS *Saxonum* FRIDERICIANAE die I. Junii inauguratae annus natalis, auctore *Friderico* III. Electore Brandenburgico. quae cauſa opportunitatem dederit Academiae condendae, indicavit *Io. Matthi. Geſnerus*, ad *Iſagogen*, §. 808. p. p. 125. Tom. II.

vid. *C. A. Heumanni Bibliotheca Hiſtorica Academica*, p. 75.=77. — *G. Stollius* ad *Heumanni Conſpectum*, p. 284. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 935. — *Bibliotheca Hiſtoriae Litterariae Selecta Struvio-Iugleriana*, Tom. III. c. X. §. III. p. 1923. et 1924.

1695. *Johannes Thomas de* ROCABERTI *de Perelata*, Dominicani ordinis Praeſul, ſive, vt vulgo dicitur Generalis, Archiepiscopus Valentianus, & Hiſtoricus, hoc anno *Bibliothecam Maximam Pontificiam* condere coepit, *in qua continentur Autores qui pro Romana ſede ſcripſerunt, Romae*, 1695.= 1699. Tomis XXI.

Nat. 1625 =Θ. 1699.

vid. *Bayle Dictionaire*, T. IV. voc. (Jean Thomas de) *Rocaberti*, Archevéqve de Valence, item quos laudauit *Jacob Bruckerus* in *Hiſtor. Crit. Philoſop.* Tom. IV. L. II. c. III.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		III. §. XXIX. p. 235. et in *Appendice* p. 727. — *F. G. Freytag Analecta Litteraria*, p. 787. 788.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio*	1695.	*Ludovicus Aloysius de* CARVALLO, Historicus Hispanus, hoc anno vulgauit *Antiguedades y cosas memorables del Principado de Asturias*, *Madriti*. fol.
1658. = 1705	1695.	*Johannes Baptista* DU BOS, Abbas, Philologus, & Historicus Parisiensis, hoc anno quatuor Gordianos fuisse demonstrare conatus est, singulari libello, (*Histoire des qvatre Gordiens prouvée et illustrée par les Medailles*, *Paris* 12.) editisque *Vindiciis pro qvatuor Gordianorum Historia*, *Parisiis* 1700. 12. circa idem quoque tempus animadversiones ad *Bergierium de publicis & militaribus imperii Romani viis* scripsit, a *Jo. Georg. Graevio* in Tomo X. *Thesauri Ant. Rom.* promulgatas, qvarum opportunitate data ab eodem laudatur in Praefatione p. m. 424. *Praef. & Epistol.* ed. *Fabric.* Huius ipsius quoque esse censentur: *Reflexions Critiqves sur la Poësie et sur la Peinture* ex noua editione multis locis auctiori, Traiecti 1732. 8. Tomis II. & *Paris*. 1733. 8. tribus Partibus.
		vid. *Banduri Bibliotheca Nummaria*, n. CL. p. 126. 127.
	1694.	*Dionysius* SAMMARTHANVS, (vulgo: *Denis de Sainte Marthe*,) Monachus Benedictinus Congregationis S. Mauri, Philologus, & Historicus Parisiensis, hoc anno vitam & res *Cassiodorii* exposuit, (*La vie de Cas-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*Caßiodore*) *Parifiis.* 8. preterea *Galliam Chriſtianam in provincias eccleſiaſticas* diſtribuit, *Parifiis* 1715. fol. Nat. 1650.=⊖. 1725. vid. *G. Stollii* Adnotat. ad *Heumanni Conſpectum*, p. 483. 484. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II p. 1572.
	1695.	*Renatus Aubertus* VERTOTius (vulgo: *René Auber de Vertot d'Auboeuf*,) Normando-Gallo-Francus, ICtus, et Hiſtoricus Parifienſis, inprimis conuerſionum, quae & ciuitatibus & rebus publicis accidere ſolent, non inconſultus animadverſor. Ita ſcripſit *Hiſtoire des Revolutions de Svede*, *Paris.* 1695. 12. duobus Tomis, *Hiſtoire des Revolutions de Portugal en* 1640. *Paris* 1711. 12. *Hiſtoire des Revolutions arrivées dans le Gouvernement de la Republiqve Romaine*, *à la Haye*, 1720. 8. tribus Tomis. item: *Hiſtoire Critiqve de l'Etabliſſement des Bretons dans les Gaules*, Paris. 1720. 12. duobus codicibus, & *Hiſtoire des Revolutions d'Espagne*, *Pariſiis*, 1726. 12. quinque Tomis, necnon *Hiſtoire des Chevalliers de Malte*, *Paris*, 1727. 4. quatuor codicibus. Nat. 1655=⊖. 1735. vid. *G. Stollii* Adnotationes ad *Heumanni Conſpectum*, p. 875. 876. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1673.
	1694.	*Georgius Sigismundus* GREENIVS, *Georgii*, de quo V. 136. Fil. Witebergenſis, Theologus Lutheranus, Ephorus, & Philologus Chemnicenſis, hoc anno *de Scholiaſte Ariſtophanis Exercitationem* ſcripſit, *Witebergae*,

AEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Prncipibus.		*gae*, 4. porro *de Anchialo ad Martialis L. XI. Epigr.* 95. ibidem, *Witebergae*, 1697. 4. differuit. Nat. 1673.=☉. 1734. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1281.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1695.	*Valentinus Ernestus* LOESCHERVS, *Gasparis*, de quo V. 85. Fil. Sandershufano-Thuringus, Theologus Lutheranus primum Witebergensis, tum Dresenensis, Historicus, et Philologus, hoc anno duplicem *Dissertationem de rei numariae vsu in explicatione sacrae antiquitatis* euulgauit, *Witebergae* 4. in eiusdem postea *Stromateo* a p. 153. repetitam. Tum non vno modo vel de doctrinarum vel rerum Christianarum caussis, humanitateque literarum bene meruit. Cuius laudis testes sunto haec praecipua eius scripta: *Fridericus Sapiens Elector Saxoniae vindicatus* Witeb. 1697. 4. *Disquisitio antiqvaria de Talismanibus*, ibid. eod. a. 4. *Bibliotheca purpurata*, *seu de scriptis Principum praesertim Germanorum Dissertatio*, *Witeberg.* 1698. 4. *Dissertatio de Babylonica, Medica, Phrygica, atque ignotis Linguis Orientalibus*, ibid. eod. a. 4. *Geographia figurata*, *seu Commentatio de Schematibus Geographicis*, ibid. eod. a. 4. *Arcana literaria & alii XXX. Libri edendi Musis consecrati, datoque Specimine propositi*, 1700. 4. *Initia Academica*, *quibus Programma & Oratio inauguralis*, *Dissertationes quaedam & Auctoris conatus Theologici continentur. Witeb.* 1707. 4. *Vollstaendige Reformations Acta und Documenta*, *Leipzig*, 1720. 4. inprimis *Stroma-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*mateus f. Dissertationes sacri & literarii argumenti*, Witebergae, 1724. 4. in quibus eminent *Lectionum Coluthianarum Liber Singularis*, & *Annotationes in Coluthum de raptu Helenae* a p. 313.=468. praeterea *Literator Celta, seu de excolenda literatura Europaea, occidentali & septentrionali Consilium ex editione Io. Augustini Egenolf, Lipsiae*, 1726. 8. item: *Theologische Annales des ersten und zweyten Decennii des XVIII Saeculi oder Begrif der Unschuldigen Nachrichten*, *Leipzig* 1715. & 1725. 8. & *Analecta et omni meliorum Literarum genere, sacro, historico, et philologico, Lipsiae*, 1725. & 1730. 4. Nat. 1672.=⊖. 1749. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. IV. p. 451. — *Jo. Alb. Fabricius* ad *Banduri Bibliothecam Numariam*, p. 226. (u.) — *G. Stollius* in Adnotat. ad *Heumanni Conspectum*, p. 409. 410. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1399.
	1695.	*Erdmannus* NEVMEISVER*us*, Weissenfelsensis Saxo, Theologus et Philologus Hamburgensis, hoc anno *de Poëtis & Poëtastris Germanicis huius Seculi, Lipsiae*, 4. disseruit. Nat. 1671.=⊖. Icon eius in duobus numis *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLXXXVI. n. 6. 7. ad p. 350. f. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. VI. p. 459. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1467.
	1695.	*Georgius* PASCHIVS, Gedanensis, Theologus, Philologus, et Philosophus Academiae Kiloniensis, hoc anno primum *Tractatum* suum

SAEC. XVII. | AER. CHR. | PARS QVINTA.

Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio* 1658. = 1705.

ſuum *de Novis inuentis, quorum accuratiori cultui facem praetulit antiquitas, Kilonii,* 8. in publicum emiſit, qui paulo poſt alia editionis forma ſub titulo *Inuentorum Nov-antiquorum, Lipſiae* 1700. 4. renouatus eſt. Nec nullius vtilitatis ſunt variae eius Diſſertationes, veluti: *de Fabulis Romanenſibus antiquis & recentioribus, Kilonii,* 1703. 4. *De Philoſophia Characteriſtica & Paraenetica,* ibid. 1705. 4. *De re litteraria pertinenti ad doctrinam moralem Socratis, Kilonii,* 1705. 4. *De re litteraria potiſſimum morali Platonis,* ibidem 1706. 4. & *De variis modis Moralia tradendi Liber.* vbi *acceſſit Introductio in rem litterariam moralem veterum Sapientiae antiſtitum, Kilonii,* 1707. 4.

Nat. 1661. = ☉. 1707.

vid. *C. A. Heumanni* Via *ad Hiſtor. Liter.* c. II. §. III. p. 14. 15. & ad eum *G. Stollius* in *Adnotationibus* p. 12. & 790. 791. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1492.

1695. *Guilielmus* BAXTER*us*, Cornavius, Philologus Scholae Merciariorum, hoc anno *Anacreontis Carmina vna cum duobus Sapphus Odariis, Londini,* 12. recognouit, quam editionem labentibus annis excepit *altera,* vt titulus prae ſe fert, *aliquanto emaculatior et elucubratior, qua commendatur etiam Ioſuae Barneſii, Cantabrigienſis Profeſſoris, lepidum et bellum ingenium, & acumen criticum, Londini,* 1710. 8. Simili faſtu ſcholaſtico *Horatium,* in eumque Scholia *Acronis* & *Porphyrionis foedis interpolationibus purgaſſe, Textumque,* vt ait, *ipſum plurimis locis, vel corruptum, vel turbatum,* ſe *reſti-*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 105.		*tuisse* gloriatur, *Londini*, 1701. 8. atque huius *ἐκδόσεως* aemula est altera, post eius mortem itidem, *Londini* 1725. 8. typis recusa, quam recensionis Baxterianae formulam cur suae editionis exemplar esse iuberet Cel. *Io. Matthi. Gesnerus*, *Lipsiae* 1752. 8. mai. rationem in Praefatione exposuit. Eiusdem quoque sunt duo Glossaria alterum *Glossarium Antiquitatum Britannicarum s. Syllabus Etymologicus Antiquitatum Veteris Britanniae atque Iberniae temporibus Romanorum*, *Oxonii* 1719. 8. & *Londini* 1733. 8. alterum *Glossarium Antiquitatum Romanarum*, cui *accedunt Vitae Auctoris ab* Ipso *conscriptae fragmentum, et selectae* eiusdem *Epistolae*, *Londini*, 1731. 8. Nat. 1650. circiter =θ. 1723. Icon eius ante editionem *Horatii* Londinensem, 1725. 8. et *Glossarium Antiquitatum Britannicarum.* vid. *G. Stollius* in Adnotat. ad *Heumanni Conspectum*, p. 541. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. I. voc. (Guillaume) *Baxter*, Grammairien. — *Dav. Clement Bibliotheque Curieuse*, Tom. II. p. 501. 502. (97.) — *Io. Matthi. Gesnerus* in Praefatione ad *Horatium*. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1068.
	1695.	*Carolus* BOYLE, dominus *Orrery*, Eques, & Philologus Anglo-Britannus, hoc anno *Phalaridis Epistolas* ex MSS. *recensuit*, *versione*, *Annotationibus*, *et vita Auctoris donavit*, *Oxonii*. 8. *mai.* item 1718. 8. cuius Phalaridis caussa cum reprehensus esset a *Rich.*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. =		*Rich Bentleio*, sui vindicias agere conatus est singulari libro, cui titulus: *R. Bentley's Dissertations on the Epistles of Phalaris and the Fables of Aesop, examind by Charles Boyle. London* 1699. 8. sed non sine maiori suo existimationis damno. ϴ. 1732. circiter. vid. *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Charles) *Boyle.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1105.
1705.	1695.	*Thomas* CREECH*ius*, Poëta, & Philologus Anglo-Britannus, hoc anno *Lucretium de Rerum natura*, *Londini* 8. recensuit, v. *Act. Erud.* 1696. p. 149. altera deinceps editione multo emendatiorem proditurum, ibidem 1717. 8. mai. Nat. 1651.=ϴ. 1700. vid. *Fabricius Bibl. Lat.* L. I. c. IV. p. 48. (h.) Tom. I. — *G. Stollius* in *Adnotat.* ad *Heumanni Conspectum.* p. 362. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Thomas) *Creech.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1182.
	1695.	*Davides* GREGORIUS, *Iacobi*, de quo V. III. cognatus, Aberdenensis Scotus, Mathematicus, et Philologus, hoc anno *Elementa latina Dioptrices*, *Catoptrices*que edidit. tum *Astronomiae*, *Physicae*, & *Geometriae Elementa*, *Oxoniae*, 1702. fol. inprimis vero *Euclidis opera*, *quae supersunt omnia* graece & latine, *Oxoniae* 1703. fol. luculenter exornari iussit. vid. *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictio-*

 naire,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*naire*, Tom. II. voc. (David) *Gregory*, naqvit à Aberdeen en Ecosse.
Leopoldo, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	1695.	*Guilielmus* HALIFAX, Theologus, & Archaeologus Londinensis. Mercatoribus quippe in orientis solis regiones, praecipue Palmyram, qvae hodie Tadmor vocatur, proficiscentibus a sacris erat, vnde in patriam redux itineris sui & commorationis Palmyrenae rationem exposuit *Transactionum Philosophicarum* auctoribus, hoc modo: *Relation of a Voyage from Aleppo to Palmyra in Syria*, quae narratio extat in *Transact. Philos.* Vol. XVIII. No. 217. n. 2. ad mens. *Octobr.* 1695. p. 83. seq. eademque relatio sic continuata est No. 218. p. 129. *An Extract of the Journals of two Several Voyages of the English Merchants of the Factory of Aleppo to Tadmor.* Sigillatim quoque eiusdem liber prodiit hoc sub titulo: *A Voyage to Tadmore*, et *Remarbs upon these antiqvities*, *Londini* 1705. vid. *Mémoires de Trevoux*, Vol. 26. 1713. mens. *Novemb.* Art 163. p. 1969. et Art. 164. p. 1980.
	circa 1695.	*Janus* vel *Johannes* BRANDT, *Gerardi* maioris, de quo IV. 520. Filius, & *Gerardi* minoris, cuius memini V. 228. frater minimus natu, Theologus Arminianus, Homileta, & Historicus mox Hornanus, mox Haganus, tandem Amstelaedamensis, hoc anno *Vitam D. Pauli* scripsit, quam cum *P. Burmannus* maior dono accepisset, gratiam ipsi retulit versiculis suis in *Poëmatum* LI. V. p. 278.=280. obuiis.

vid.

SAEC XVII.	AER. CHR	PARS QVINTA.
Principibus.		vid. *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. VI. p. 327. 328.—*Summarium* Vitae *Gerardi Brandt.* p. 8.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1695.	*Gerardus* CROESIVS, Amstelaedamensis, Theologus Calvinianus, & Philologus hoc anno *Historiam Quakerianam* literis mandauit, *siue de vulgo dictis Quakeris* egit *Amstelaedami* 12. deinde *Homerum Hebraeum* siue *Historiam Hebraeorum ab Homero Hebraicis nominibus conscriptam* esse *in Odyssea & Iliade*, *Dordraci*, 1704. 8. sibi persuasit, quo libro nihil excogitari posse stultius recte existimauit *Perizonius Origin. Babylonic.* c. IX. p. 207. vbi *Duckerum* quoque vide.
		vid. *G. Stollii Adnotationes* ad *Heumannum Conspectum*, p. 594. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1184. — *Paqvot Mémoires*, Tom. V. p. 283.=288.
	1695.	*Fredericus Guilielmus* WESTHOFIVS, Septimontano - Batauus, Grammatista, & Poëtaster Scholae Gorinchemensis, paene puer adhuc *Dordraci* dicitur *Wilhelmi* III. *Vitam & gesta heroica* hoc anno decantasse, 4. tum illius eiusdem *Wilhelmi Britanniam vindicatam* versibus laudasse *Dordraci*, 1698. 4. (v. *Adr. Pars Index Batavicus*, p. 331. 332.) ob qvae tamen carmina aliosque versus ab ipso procusos lepide vapulauit *Burmanno* in *Sapientia Hyperboreali*, a. p. 42. seq. ubi etiam Oratio eius Auspicalis *de Apparatu ad Eloquentiam Romanam*, & *Diatribe in Historiam passionis Domini nostri Etymologico - Philologico - Critica*, *Lugduni Batav.* 1733.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		1733. 4. iure meritoque risu explosa est.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1696.	*Franciscus Petrus* DYNVS, Lucinianensis, ICtus, & Historicus Senensis, hoc anno *Antiquitates Etruriae* illustrauit, seu *de situ Clanarum fragmenta Historica, deque rebus feliciter gestis ciuitatum Aretinae, Clusinae ac Cortonensis, cum Senensibus, Florentinis, exterisque* exposuit *Senogalliae*, 4. Praeterea *de Antiquitatibus Vmbrorum, Thuscorumque sede et imperio, deque Camerio, ac Camertibus a Sylla excisis dissertatione Historica* opinionibus *Blondi .... Papebrochi S. I. ac recentiorum* occurrit, *pluresque inscriptiones Gruterianas* sub examen vocauit, *Venetiis* 1701. 4. vtrumque librum *Thesauri Italiae* Tomus VIII. typis renovatum exhibet. vid. *Burmannus* in Praefat. ad *Thesauri Italiae* Tomum VIII. p. (3.) (4.)
	1696.	*Jacobus* SALOMONIVS, ortu Cretensis, Historicus Patavinus, hoc anno *Agri Patavini Inscriptiones sacras & profanas, Patavii.* 4. tum *Vrbis Patavinae Inscriptiones*, ibidem 1701. 4. et tandem *Inscriptiones Patavinas sacras & profanas, editis ab eodem duobus Voluminibus, Agri vno, Vrbis altero, addendas, Patavii.* 1708. 4. consarcinavit, qui tres libri simul apti rarius occurrunt. Nat. 1626. = ☉. 1710. vid. *Fabricii Conspectus liter. Italiae*, p. 297. — *Nic. Comnenus Papadopoli Hist. Gymn. Patavini*, Tom. II. L. II. c. LIV. p. 320. 321.

Jo-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.	1696.	*Josephus* JVVENCIVS, (vulgo: *de Jouvenci*,) Sacerdos Iesuita, & Philologus Parisiensis, qui hoc anno pro more illius sectae hominum, castitatem verbis & vultu simulantium, *Horatii* Carmina *expurgata* dedit, h. e. obscoena in eo sustulit, *Parisiis* 8. Eius quoque nonnullae sunt *Orationes*, *Parisiis*, 1701. 8. editae. (v. *Act. Erud.* 1703. p. 321.) Θ. 1720.
	1696.	*Ludovicus Antonius* RVFFI, *Antonii* Fil. Massiliensis, Historicus, hoc anno vrbis suae historiam a patre literis consignatam stilo persecutus est (*Antoine de Ruffi Histoire de la Ville de Marseille augmentée par Louis Antoine de Ruffi, son Fils, Marseille*,) fol. Nat. 1657.=Θ. 1724. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1566.
	1696.	*Jacobus* VANIERIVS, (vulgo: *Vaniere*,) Sacerdos Iesuita Tolosanus, et carminum de re rustica auctor, hoc anno descripsit *Columbas et vites*, *Parisiis*. 8. Eius *Opuscula* noua editione *Parisiis*, 1730 8. in vsum reuocata sunt, *Praedium*que *rusticum*, itidem nova editione & auctiori, a tabularum picturis ornamentum accepit, *Amstelaedami* 1731. 8. Nat. 1664.=Θ. 1739. Imago eius in numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLXIX. No. VI. ad p. 289. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1667. — *Haller Bibliotheca Botanica*, L. IX. n. 880. p. 33. Tom. I.

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 105.	1696.	*Johannes Carolus* ALBHARDTVS, Dresdensis, Philologus, hoc anno *Dissertationem* emisit *de quaestione, maiorne sit Inscriptionum vsus, an numorum in re literaria? contra Marqvardum Gudium, Witebergae* 4. Constat enim de hoc ipso praerogatiuo alterutrius monumentorum generis fructu inter se olim disceptasse duumviros egregios, *Gudium*, et *Spanbemium* praesente *Falconerio*, eamque *liticulam*, vt bene ait *Gesnerus* ad *Heineccii Fundamenta stili*, §. II. * *salutarem* fuisse *literis, cum pepererit nobis praeclara vtrivsque Opera.*
	1696.	*Godofredus* ARNOLDVS, Annabergensis, Theologus Lutheranus, & Historicus Perlebergensis in Marchionatus Brandenburgici tractu Priegnitio, hoc anno primum *Fratrum Sororumque* appellationem *inter Christianos maxime & alios quondam vsitatam, tum et cognationem Christianorum spiritualem ex Antiquitatum monimentis Commentatione* illustravit, addiditque *Christianorum ad metalla damnatorum Historiam, Francofurti* ad *Moenum*, 8. Omnium eius scriptorum et interpretationum theotiscarum *Clementis Romani*, *Macarii, Basilii, Sixti* II. *Gregorii Nazianzeni*, & aliorum censu hoc loco non est opus. Vnius duntaxat eius operis, quod in multorum hodie Theologorum reprehensionem incurrit, meminisse liceat, *Historiae* scilicet *Ecclesiasticae* vt vulgus loqui solet, *Impartialis*, (*Unpartheyische Kirchen und Ketzer Historie von Anfang des neuen Testaments, bis auf das Jahr Christi* 1688.) Francofurti ad Moenum, 1700. et 1715. fol. et 1729. 4.

AEC. XVII. | AER. CHR. | PARS QVINTA.

Prnci-pibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.

4. duobus codicibus. propter quam non semel ipsi dies a Theologis, doctrinarum suarum formulae tenacibus, dicta est. De Scriptis aliquot *Anti-Arnoldianis* egit *Ioh. Fabricius* in *Histor. Bibl.* Part. IV. p. 455.=457. vid. quoque *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. III. Vol. I p. 303.=305.

Nat. 1665.=Θ. 1714.

vid. *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. II. p. 452.=474. et Part. IV. p. 443. — *C. A. Heumanni Via ad Hist. Liter.* c. IV. §. LX. p. 182. (a.) et ad eum *Gottl. Stollius, in Adnotat.* p. 348. 933. 996. 1035. et 1459. —*Moshemius Histor. Eccles.* Saec. XVII. Sect. II. Part. II. c. I. §. XXXII. (k.) — *Io. Matthi. Gesnerus*, ad *Isagog.* §. 582. p. 476. Tom. I. et eum, inquit, *accusant calumniari et defendere omnes studere, qui excusari non possunt*, ad §. 1181. p. 440. Tom. II. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. I. voc. (Godefroi) *Arnold, Theologien.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1044.

1696. *Sebastianus* KORTHOLT*ius*, *Christiani*, de quo ante V. 143. Filius, Kiloniensis, Rhetor, et Philologus Academiae eiusdem vrbis, plurium et elegantium disputationum auctor, veluti hoc anno, *De Enthusiasmo Poëtico*, *Kilonii* 4. *De studio senili*, ibidem 1701. 4. *qua Poëticam veterem Romanam & Graecam a contemtu Scriptoris Parrhasianorum vindicauit*, *Kilonii* 1703. 4. *vtrum Lotichius obsidionem vrbis Magdeburgi praedixerit*, ibid. eodem 4. quam, me proxeneta, in *Lotichii Poëmatum*, Tomo II. a p. 318.=330.

 typis

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		typis repetendam curauit *Burmannus.* — *De Scriptoribus, quorum virtus singularibus in morum doctrinam meritis illustratur, Kilonii* 1706. 4. & tandem: *vtrum de Poëtica recte iudicare possit, qui non est poëta, Kilonii*, 1708. 4. ad quam dissertationem aliquoties a se laudatam respexit *Burmannus* maior, in Praefat. ad *Lucanum* *** 3. Nat. 1675.=Θ. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. IV. p. 435. =438. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1368.
	1696.	*Georgius* RAPHELIVS, Lubenensis Silesius, Theologus Lutheranus, Antistes sacrorum, & Philologus Luneburgensis, hoc anno *Orationem* habuit *de Socratis studio contra Cardanum, Hamburgi* editam 4. Ceteros eius libros & disputationes si enarrare velim post indicem eorum a filio eius datum, quis hanc περιεργίαν ferat? Sufficit me animadvertere, *Annotationes* eius *in Sacram Scripturam, Historicas, in vetus Philologicas in Novum Testamentum antea seorsim* vulgatas in vnum corpus redactas esse, cum praefatione *Brandani Ludolphi Raphelii*, Georg. Filii. *Lugduni Batavorum* 1750. 8. mai. duobus codicibus, nec non *Arrianum de expeditione Alexandri* graece & latine cum eiusdem annotationibus, *Amstelaedami*, 1757. 8. lucem vidisse. Nat. 1673.=Θ. 1740. Icon eius depicta cernitur in limine *Annotationum* ed. Lugdunensis. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibliothec.* Part. VI. p. 410. 411. — *G. Stolle* ad *Heumanni Conspe-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.		*spectum*, p. 518. 519. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1545. — *Vita Georgii Raphelii* ab eius filio fortassis descripta in principio *Annotationum.*
	1696.	*Thomas* COCKMAN, Philologus Oxoniensis, hoc anno *Ciceronis de Oratore* Libros ad Q. Fratrem recensuit, *Oxonii*, 8.
	1696.	*Johannes* TOLANDVS, gente Hibernus, Philologus, & Philosophus, librorum divinorum subinde impius censor, item Scriptor πολιτικὸς, hoc anno promulgavit *Christianity not Mysterious by I. Toland, London*, 8. paulo post praeter *Vitam Jo. Miltoni* (*The Life of Iohn Milton containing besides the History of his works several extraordinary Characters of Men and Books, Sects, Parties and opinions, London* 1699. 8. mai.) et *Pantheisticon, sive Formulam celebrandae Sodalitatis Socraticae, Londini*. 1700. 8. non modo *Dissertationes duas, Adeisidaemona*, et *Origines Judaicas, Hagae Comitis*, 1708. exire iussit, propter quas *Eliae Benedicto*, (*Benoist*,) Theologo Delphensi, poenas dare debuit in *Melange des Remarqves critiqves, historiqves Philosophiqves, Theologiqves sur les deux Dissertations de Mr. Toland, à Delft*, 1712. 8. sed etiam non paucas varii argumenti disputationes criticas, et historicas in commentariis suis reliquit, quae demum post mortem eius lucem viderunt in *A Collection of Several Pieces of Iohn Toland now first publish'd from his original Manuscripts with some Memoirs of his Life and Writings, London*, 1726. 8. mai. duobus codicibus.

 Nat.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Folio.* 1658. — 1705.		Nat. 1670.=⊖. 1722. vid. *Mosbemii Institutiones Histor. Eccles.* Saec. XVII. Sect. I. §. XXII. (l.) — *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 867. 868. et 977. — *F. G. Freytag Analecta Litteraria*, p. 997.=1000. — *Iac. Georg de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Jean) *Toland* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1655.
	1696.	*Guilielmus* WHISTON*us*, Mathematicus, Physicus, & Philologus Cantabrigiensis, hoc anno *Theoriam telluris*, (*A new theory of the Earts*) scripsit, *Londini* 8. multisque aliis postea scriptis clarus fuit, quae singula commemorare *Ernest. Ludovici Rathlefii* diligentia vetat. Nat. circa A. 1670. =⊖. post 1740. vid. *Gottl. Stollii Adnotationes* ad *Heumanni Conspectum*, p. 889. 890. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1698.
	1696.	*Petrus* BVRMANNVS, I. siue Maior, *Francisci* I., de quo ante V. 71. Filius, Rheno-Traiectinus, Rhetor, Poëta, et Criticus cum Academiae nostrae, tum Leidensis. Integram viri huius maxime inclyti Bibliographiam me scribere oporteret, si Nomenclaturae meae immemor omnium eius librorum, libellorum, Orationum, carminum, Satirarum causas, naturam, & indolem, sparsaque inde controuersiarum & discordiarum semina pluribus demonstrare vellem. Mori igitur meo etiamnunc obsecuturus illorum duntaxat indicem Chronographicum, quoniam nusquam quemquam, praeterquam aliquem apud *Stollium*, relatum legi,

SAEC. XVII.	AER. CHR	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		gi, asperfis fubinde obfervationibus meis, dabo. Quamquam vero iam hoc anno citius vitae Academicae tirocinia positurus, disceptatore *Iohanne van Muyden*, Iuris in hac Academicae Antecessore, *Disputationem Iuridicam ad Legem Juliam de Vicesima Haereditatium, Traiecti ad Rhenum*, 1687. 4. & honorum in Iure capiendorum gratia *Disputationem Iuridicam Inauguralem de Transactionibus, Trai. Rhen.* 1688. 4. fcripferat & defenderat, fimul *Differtationem de vectigalibus Populi Romani, Trai. Rhen.* 1694. 12. emiferat, (v. *Act. Erud.* 1695. p. 178.) tamen hoc potiffimum anno extra ordinem creatus literarum Profeffor, latiusque famae fuae curriculum ingreffus, Orationem habuit *de Eloquentia & Poetice, Trai. Rh.* 1696. 4. quae eius *Orationum* a *Nicol. Bondtio* digeftarum, *Hagae Comit.*, 1759. 4. prima eft. a quo tempore nullus propemodum praeteriit annus, quo non aliquem vel librum, vel Carmen, vel Orationem, Praefationemue ederet. Sunt autem Scripta eius, notis temporum distincta, huiusmodi: *Gudii & Sarravii Epiftolae, Vltraiecti* 1697. 4. (v. *Act. Erud.* 1697. p. 139.) quarum Epiftolarum exempla quoque funt *Lugd. Bat.* 1711. 4. & *Hagae Comitum*, 1714. 4. verum folenni, vt puto, Sofiorum hodiernorum ludibrio. — *Phaedri Fabularum Aefopiarum Libri V. cum integris Commentariis M. Gudii & aliorum*, it. *P. Burmanni, Amftel.*, 1698. iterum 1718. et tertium *Lugd. Batav.* 1745. 8. — *Q. Horatius Flaccus*, cum *Iani Rutgerfii Lectionibus Venufinis, Traiecti Batavorum*, 1699. 12. — *Oratio de fapientia Romanorum in conftituenda republi-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*ca* habita 1698. in eius *Orationibus* p. 24.=34. — Ζεὺς καταιβάτης, *siue Iupiter Fulgurator*, *Trai. Rh.* 1700. 4. (v. *Act. Erud.* 1701. p. 36.) Eam vero diatriben, secundis curis, vti etiam Dissertationem *de Vectigalibus Populi Romani*, iterum recognitam, *Trai. Rh.* 1714. 12. tertium multis locis auctam typis renovari iussit, *Leidae* 1734. 4. eo modo apud *Polenum* in *Supplemento nouo Thesauri Antiqv. Rom. & Graec.* Tom. I. a p. 911. obuiam. — *Oratio funebris in obitum Hermanni van Halen*, Theologi, *Trai.* ad *Rhen.* 1701. 4. & in *Oratt.* p. 35.=51. — *Oratio* pro *Pigritia* habita *Trai. ad Rh.* 1702. 4. & in *Oratt.* p. 52.=64. — *Oratio in obitum viri illustrissimi Everardi de Weede*, *Trai. ad Rh.* 1702. 4. eadem in *I. E. Kappi Orationibus Clarorum virorum*, Part. III. p. 1333. & in *Oratt. Burmanni*, p. 65.=66. — *Oratio de auspicatissima terra marique A.* 1712. *Batavorum et Sociorum militia*, *dicta* 1702. *Trai. Rh.* 1703. fol. & in *Orationibus Burmanni* p. 66* =82. * — *Oratio funebris in obitum viri Clarissimi Io. Georgii Graevii*, *Trai. ad Rhen.* 1703. 4. in *Orationibus Graevii* a p. 559. & in *Orationibus Burmanni*, p. 83. =109. — *Oratio de feliciori viuendi conditione in rebus publicis*, *quam in regnis*, *Traiecti ad Rhen.* habita 1704. in Orationibus iunctim editis, p. 110.=130. — *Oratio de auspicatissima terra marique Anni* 1706. *Batavorum & Foederatorum militia*, & *praeclaris a communi hoste reportatis victoriis*, *Trai. Rh.* 1706. fol. cum in *Kappii Orationibus*, Part. II. p. 1680. tum in *Orationibus* *Bur-*

SAEC. XVII	SAER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*Burmanni*, p. 131.=157. — *Vnum dulce Epistolium vnius domini studiosi Amstel. ad suum Reverend. Dom. Magistrum* (h. e. *Melchiorem Leidekkerum*, Theol. Professorem) sine anno & loco. 4. mox: *Vnum Epistolium Epistoliorum dulcissimorum dulcissimum vnius fidelissimi discipuli & olim scholaris ad suum Magistrum. Coppenhagae* 1706. 4. — *Seuerini a Clamoribus Epistola ad Amicum de vita, studiis, & moribus Thomae Crenii, Excellentissimi viri et Polyhistoris, Amstelaed.* 1706. 4. — *Praefatio* ad *Iani Gruteri Inscriptiones Amstelaedami*, iterum editas 1707. fol. — *Oratio in obitum viri optimi et poëtarum sui temporis Principis Jani Brouckhusii, Trai. Rh.* 1708. 4. et in *Oratt.* eius p. 158.=168. cuius praefationem qui legerit, non mirabitur tum prodiisse chartam inscriptam: *Conspiratio Medico Voetiana in Petr. Burmannum*, et *Fragmentum ex M.... IANIS* (h. e. *Muydenianis.*) — *Petronii Satyricon cum integris doctorum virorum Commentariis, Trai Rh.* 1709 4. et *Amstelaedami* 1743. 4. duobus codicibus. — *Somnium, siue Iter in Arcadiam Nouam publice narratum in maiori Academiae Vltraiectinae auditorio.* 1710. 4. et in *Oratt.* p. 187.= 215 Efferbuit tum maxime bilis in *Johannem Clericum.* Vnde non modo tum nati esse videntur *tres Dialogi inter Spudaeum et Gorallum*, sine loco & anno, 4. sed etiam *Praefatio* ad *Emendationes in Menandri et Philemonis reliquias ex nupera editione Joannis Clerici auctore Phileleuthero Lipsiensi*, (h. e. *Richardo Beutleio*,) *Trai. ad Rhen.* 1710. 8. nec non: *Le Gazettier Menteur ou*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
	1697.	*Tussanus* RVAEVS, (vulgo: *de la Rue*,) Caussarum patronus, & Philologus Parisiensis, cuius *Amoenae iuris Observationes Parisiis* hoc anno sigillatim editae, deinceps bono publico in societatem aliorum id genus librorum venerunt in *Ever. Ottonis Thesauro Iuris Romani*, Tomo V. p. 1489. =1518. vid. Otto in Praefat. p. 38.

SAEC. XVII.	SAER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.	1697.	*Josephus Pittonus* de TOVRNEFORT, Aguensis Gallo-Francus, Medicus rei herbariae peritissimus, Archaeologus, & Hodoeporicus Scriptor, hoc anno Elementa Botanices, (*Elemens de Botanique, où Methode pour connoitre les plantes,*) *Parisiis*. 8. in lucem exire iussit; praeterea memoratu dignum est eius Iter orientis, (*Relation d'un Voyage du Levant,*) quod primum *Parisiis*, 1718. 4. tum *Amstelaed*, 1717. 4. duobus codicibus, & tandem accuratissime, *Lugduni* in Francia, 1727. tribus codicibus 8. prodiit. De titulis lapidum vetustis merita eius laudat subinde *Bern. Montefalco*, cum in *Palaeographia Graeca*, L. II. c. VI. p. 154. seq. & in *Supplementorum Antiquit. Explic.* Tom. V. L. I. c. 9. p. 25. nec silentio praetereunda est eius disputatio de Epocha nuditatis Athletarum (*Epoque de la nudité des Athletes dans les Jeux de la Grece*) in *Historia Acad. Inscript. Paris.* Tom. I. p. 236.
		Nat. 1656.=⊕. 1708.
		vid. *G. Stolle* ad *Heumann. Conspect.* p. 455. & 1042. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Joseph Pitton de) *Tournefort*, un Botaniste. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1657. — *A. Haller Bibl. Botan.* L. IX. n. 831. p. 1.=7. Tom. II.
	1697.	*Ludovicus Christianus* CRELLIVS, Neostadio-Coburgensis, Rhetor, carminum Scriptor, & Philologus Scholae Nicolaitanae, Lipsiensis, hoc anno *Dissertationem de Scytala Laconica*, *Lipsiae*, 4. scripsit, ali-

Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 105.

aliaque deinceps non minoris momenti, nec iniucundioris argumenti scripta reliquit, veluti *Orationem parentalem Frid. Bened. Carpzovii*, Senatoris Lipsiensis *memoriae sacram*, *Lipsiae*, 1700. fol. *Dissertationem de eo, quod in Anacreonte venustum et delicatum est*, *Lipsiae* 1706. 4. *Marmoream memoriam Gottl. Frid. Seligmanni portentosis calculis, quae ipsi fata properarunt, aeternitati conservata, carmine elegiaco, Lipsiae* 1708. 4. Dissertationes *de L. Iunio Bruto reipublicae Romanae auctore*, *Lipsiae*, 1721. 4. *de Caio Mucio Scaevola Cordo, regis parricida*, ibid 1722. 4. *de C. Mario Coriolano Tribunatus et Patriae hoste*, ibid. 1722. 4. *Antonium Musam Observationibus varii generis illustratum*, *Lipsiae*, 1725, 4. *Programma de M. Aurelio Antonino*, ibid. eod. a. 4. Dissertationem *de primitiis legum poëticis*, *Witebergae*, 1725. 4. *Programma de Antisthene Cynico*, *Lipsiae*, 1728. 4. *Puteal Libonis ex antiquitate erutum*, *Witebergae* 1729. 4. *De publica Caerimonia, qua vrbes condebantur*, *Witeb.* 1731. 4. & de *Saliaribus Carminibus*, ibid. 1732. 4. Cuiusmodi disputationes in vnum redactas esse corpusculum *Halae*, 1776. 4. nunciatum mihi est.

Nat. 1671. = ☉. 1733.

vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1182.

1697. *Johannes Crafto* HIEGELL*ius*, Medicus, Physicus, & Archaeologus, primum Moguntinus, tum Confluentinus in Treuiris, hoc anno edidit libellum, cui index: *Collectaneorum naturae, artis, & Antiquitatis Specimen primum. Antiquitatis, siue vrnae* *se-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705.		*sepulchralis nuper extra vrbem Moguntinam erutae descriptio, Moguntiae.* 4. (v. *Io. Georgii Keysleri Antiqvitat. Septentrional.* p. 113.) Penes me est *Museum Hiegellianum, sive Designatio Generalis Naturae, Artis, & Antiquitatis Collectaneorum, quae . . . . grato visui, eruditae disquisitioni Confluentiae asservat Ioannes Crafto Hiegell, M. E. T. Confluentiae,* (*Coblentz*) 1714. 4. cum tabula radio scripta.
	1697.	*Jacobus Christophorus* ISELINVS, sive ISELIVS, Basileensis, Theologus Calvinianus, Philologus, & Archaeologus Academiae Basileensis, hoc iam anno promulgauit *Specimen de Historicis latinis melioris aeui.* Reliquos eius libros secundum Clar. *Beckium* et alios rursus indicare hoc loco non est necesse. Haec duntaxat mihi observare liceat, eumdem *de antiquo lapide Tergestino* disseruisse *cum non vno in Romanam antiquitatem excursu, Basileae,* 1711. 4. (v. *Giornale de Letterati,* Tom. VII. p. 457. seq.) item titulum lapidis *Minnodunensis*, qui extat apud *Murator.* MCII. 5. illustrasse in *Mercurio Helvetico,* (*Mercure Suisse* 1735. *Avril*) p. 79. seq. nec non titulos *Muratorianos,* 886. 6. & 905. 7. in Epistola, quae penes me MSc. est, quanqvam nescio an satis feliciter explicuisse, & tandem *Coniecturam* eius *in locum Dialogi de causis corruptae Eloquentiae,* c. 6. & 7. in *Tempe Helveticis,* Tom. II. Sect. I. n. III.a. p. 53. legi. Nat. 1681. = ☉. 1737. vid. *G. Stolle,* ad *Heumanni Conspect.* p. 700. = *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire,*

SAEC. XVII. | AER. CHR. | PARS QVINTA.

Principibus: Leopoldo, Ferdinandi III. Filio 1658. = 1705.

mae de Arabico latinum fecit, *Trai. Rhen.* 8. repetitum poſtea a *Fabricio* in *Codice Apocrypho Novi Teſtamenti*, Tom. I. p. 127. = 212. ſed etiam communiter cum *L. Kuſtero Bibliothecam Novorum librorum* hac in vrbe noſtra inſtruere coepit. Poſtea in Angliam tranſlatus literarum orientis doctor publicus in Academia Cantabrigienſi extitit, vbi exprobratam ſibi, quam olim meruerat, crucis poenam indigne ferens, laqueo ſibi ipſe gulam domi fregit. A. 1713. al. 1711.

vid. *Io. Burcard. & Frid. Otton. Menckeniorum Bibliotheca doctorum militum*, n. CCXXIII. p. 427 = 429. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1608. 1609.

1697. *Sebaſtianus Godofredus* STARCKIVS, Freibergenſis Saxo, Philologus Arabs, Ebraeus, & Graecus, ſiue Gryphiswaldenſis, ſive Berolinenſis, hoc anno *Specimen Sapientiae Indorum veterum ex codice Holſteniano graeco* exhibuit *Berolini*, 8. item proximo anno *Laudationem panegyricam Linguarum, ſive de vſu earum in ſtudio ſapientiae Orationem, Coloniae Brandenburgicae.* 8. habuit.

Nat. 1668. = ☉. 1710.

v. *Bibliotheca Philoſophica Struviana L. M. Kahlii*, Tom. I. p. 168.

1697. *Johannes* PERINGERVS, (vulgo *Peringskiöld*,) Stregneſio Sudermannus, Hiſtoricus & Archaeologus Suecus, hoc anno *Snorronis Sturlonidis Hiſtoriam Regum Septentrionalium* verſione latina illuſtravit *Stokholmiae*, fol. duobus Tomis. Eidem deben-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		bentur. *Ioh. Cochlaeus de vita Theodorici Regis Ostrogothorum* & *Italiae* cum eius annotationibus Holmiae 1699. 4. *Monumenta Sueo-Gothica*, cum *antiquitatibus* & *Inscriptionibus*. Latine & Suecice, *Stokholmiae*, 1710. fol. *Historia Wilkinensium*, *Theodorici Veronensis ac Niflungorum Regum Gothicorum* e lingua veteri *Scantica* latine reddita ibid. 1715. fol. *Monumenta Ullerakerensia cum Upsalia nova illustrata*, ibid. 1719. fol. Hortus Genealogicus Regis Sueciae Caroli XII. fine loco & anno fol. Nat. 1654.=Θ. 1720. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. I. p. 253. 254. fol. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1497. 1498.
	1697.	*Thormodus* TORFFAEVS, gente Islandus, Historiographus Daniae, hoc anno *Historiae rerum Orcadensium Libros III.* scripsit *quibus insularum harum situs, numerus, procerum origines, familiae, & gesta ad A.* 1469. *exponuntur, Hafniae*, fol. De ceteris eius scriptis praecipue memorabilis est *Historia Vinlandiae antiqvae*, Hafniae 1705. 8. *Historia Hrolfi Krakii*, *Regis Daniae*, ibid. eod. a. 8. *Trifolium Historicum*, seu *Dissertatio histor. Chronolog. Critica de tribus Daniae regibus*, ibid. 1707. 4. & *Gronlandia antiqva* seu *veteris Gronlandiae descriptio*, *Hafniae* 1715. 8. Θ. 1712. v. *G. Stolle* in *Adnotat.* ad *Heumannum*, p. 868. 869.
	1697.	PETRVS I. *Alexiewitz*, h. e. Alexii Filius, Russorum Αὐτοκράτωρ, artium bonarum, in-

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.		imprimis Mathematicarum, reique militaris & nauticae fautor. hoc anno iter suum in exteras regiones, praecipue Bataviam, & Franciam instituere coepit. Nat. 1672. = ☉. 1725. Imago eius in duobus numis *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLXIII. No. I. II. ad p. 261. f. vid. *C. A. Heumanni Via ad Histor. Lit.* c. IV. §. LXV. p. 194. 195. (c.) (d.) — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. *Pierre* I. Czar de Russie.
	1697.	*Johannes* ARBVTHNOT, gente Scotus, Medicus & Philologus Londinensis, hoc anno *Examen opinionis Woodwardianae de diluvio* edidit, 8. ☉ 1735. vid. *Haller Bibliotheca Anatomica*, Tom. II. L. VIII. n. 820. p. 68.
	1697.	*Guilielmus* LLOYD*ius*, Theologus & Chronologus Cantabrigiensis postea Episcopus Vigorniensis, iam ab aliquot annis claritatem nominis adeptus fuisse videtur, etsi Dissertatio eius Chronologica *de vita Pythagorae*, (*A Chronological Account of the Life of Pythagoras* &c.) *Londini*, 1699. 8. & *Series Chronologica Olympiadum, Pythiadum, Isthmiadum, Nemeadum, quibus veteres Graeci tempora sua metiebantur*, *Oxoniae*, 1700. fol. prodierit. *Anton.* enim *Pagius* ad eum scripsit, cum *Johannis Malelae* Chronicon nondum editum esset, ipsum vocans *Episcopum Asaphensem e Secta Protestantium vi-*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. —— *Leopoldo, Ferdi-*		*rum solidissimi Criterii.* in *Critica Baron.* ad A. C. 107. n. III. p. 45. Tom. II. Nat. 1627.=Θ. 1717. vid. *Jac. Georg de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Gvillaume) Lloyd.
nandi III. *Filio.* 1658. = 105.	1697.	*Eduardus* THWAITES, Collegii Reginae Socius Oxoniensis, & Philologus, hoc anno *Dionysium Periegeten cum veterum Scholiis & Eustathii Commentariis* tabulisque Geographicis recensuit, *Oxoniae*, 8. mai. tum *Heptateuchum*, *Librum Iob*, & *Euangelium Nicodemi*, *Anglo-Saxonice*, item *Historiae Iudith*, *Fragmentum Dano-Saxonice primum* ex *MScptis Codicibus edidit*, *Oxoniae*, 1699. 4. nec non *Ephraemi Syri Graecam versionem antiquam* eximiis theatri Scheldoniani typis excudi iussit 1709. fol. de qua editione v. *Fabricius Bibl. Graec.* L. V. c. II. p. 321.= 325. Vol. V.
	1697.	*Robertus* WELSTED, Collegii Magdalenae Oxoniensis Socius, iunctis *Richardi WEST*, eiusdem Collegii socii operis *Pindari* hoc anno, *Oxoniae* fol. editor. (v. *Act. Erud.* 1698. p. 118. & *Fabricii Bibl. Gr.* L. II. c. XV. p. m. 536. Vol. I.)
	1697.	*Guilielmus* WOTTONVS, Literator, & Biographus Londinensis, procul dubio iam inclaruit, quoniam Observationes eius de veteri & recentiori eruditione (*Reflections upon ancient and modern Learning*) hoc anno iterum prodierunt, *Londini* 1697. 8. vt taceam vitas *Stanleii*, *Burnetii* ab eo conscrip-

AEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Prnci pibus.		ſcriptas, non negligenda eſt eius *Hiſtoria Romana*, (*Hiſtory of Rome, from the Death of Antoninus Pius, to the Death of Severus Alexander*, *Londini*, 1701. 8. & *Lingvarum veterum Septentrionalium Theſauri Grammatico-Critici & Archaeologici*, *auctore Georgio Hickeſio Conſpectus brevis*, *Londini*, 1708. 8. Θ. 1727.
Leo poldo, *Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	1697.	*Menſo* ALTINGIVS, Conſul Groninganus, Hiſtoricus, & Philologus, Antiquitatis Batauae conſultiſſimus, hoc anno *Deſcriptionem ſecundum antiquos agri Bataui & Friſii a Julio Caeſare* vsque *ad Iuſtinianum*, *Amſtelaedami* fol. euulgauit (v. *Act. Erudit.* 1698. p. 20. & *Bibliotheca Novorum Libror.* 1697. Tom. I. p. 159.) cui paulo poſt ſucceſſit *Deſcriptio Friſiae ſiue Pars altera Notitiae Germaniae inferioris*, *Amſtelaed.* 1701. fol. (*Journal des Savans*, Tom. XXXI. p. 475.) De ſuperſtite eius *Commentario* MSc. in *Tabulam Peutingerianam* vide quae ſupra commemoraui in *Onomaſtic. Part.* I. p. 502. Nat. 1636. = Θ 1712. vid. *A. Pars Index Bataυicus*, p. 454. = 456.
	1697.	*Cornelius* van BYNCKERSHOECK, Medioburgenſis, Curiae Supremae apud Hollandos Praeſul, ICtus, Philologus, & Criticus Haganus, vno ore laudatus vel ab hominibus artium intelligentibus, vel ab his, qui eius gratiam ambierunt, velut *Heineccio*, in *Dedicatione Commentarii ad Legem Juliam & Papiam*, *Ottone*, in *Dedicatione Theſauri Iuris*, & aliis. Hoc iam anno inclareſtere coepit edito ſingulari libro ad *L. Lecta*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		40. *de rebus creditis & Dissertatione de pactis Iuris stricti contractibus in continenti adiectis, Hagae Comitum*, 8. Reliqua eius opuscula, varii argumenti Obseruationes, Quaestiones cum priuati tum publici Iuris meo non indigent Nomenclatore. quae antea sigillatim colligi solebant eius Scripta, ea demum in vnum redacta sunt corpus a *B. Philippo Vicat*, Iuris in Academia Lausannensi Professore, *Coloniae Allobrogum* 1761. fol. tum *Lugduni Batauorum*, 1766. fol. duobus Tomis.
		Nat. 1673 = ϴ. 1745.
		vid. *G. Stolle* ad *Heumanni Conspectum* p. 495. — *Jo. Frid. Juglers Beytraege zur Juristischen Biographie*, Tom. I. Part. I. n. II. p. 24 = 37.
	1698.	*Hieronymus* BARUFFALDI, Ferrariensis, Medicus, Philologus, & Archaeologus, Epistolam de vsu Stapedae, & calcarium *Lettere circa l'antichità et vso de le Staffe e Sproni vsati nel cavalcare*, scripsit in *Portico Minervae*, Tom. III. Part. I. p. 59 = 67. editam, sic hoc potissimum anno *Dissertationem* de *Poëtis Ferrariensibus* concinnavit, *Ferrariae*, 4, *Thesauri Italiae* Tomi IX. Partis VIII. sociam futuram. Tum praeter varias Biographias *Antonii Musae Brasavoli*, *Ferrariae*, 1704. 4. *Josephi Lanzonii* in *Calogerae Opusculis scientificis*, Tom. XII. Venetiis 1735. 12. p. 141. = 214. item *Franc. Mariae Negrisoli*, in Ephemeridibus literariis, (*Giornale de' Letterati*) Tom. XXXVIII. p. 105 = 116. promulgatas, non vno modo veteribus qvibus:

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III Filio* 1658. = 1705.		busdam monumentis lucem attulit, tanquam coniectura in veterem titulum, (*Opinione intorno ad una Antica Inscrizione che trovasi nella Marca in Monte Giorgio,*) quam servat Porticus Minervae, (*Galleria di Minerva,*) Tomi IV. Pars VI. p. 117=120. *Dissertatione de Praeficis, ad illustrationem Vrnae Sepulcralis Fl. Qvartillae Praeficae, Ferrariae,* 1713. 8. *Sallengriano* deinceps corpori, T. III. p. 745=780. inserta, porro *Jos. Lanzoni* Libro *de coronis et vnguentis in antiquorum conviviis* latine reddito, *Ferrariae* 1715. 8. eiusdem *Sallengriani* Thesauri participe facto, Tom. III. p. 669=744. adhaec Interpretatione fragmenti vasis antiqui A. 1728. instituta, (*Interpretazione d'un antico framento di vaso trovato nella città di Modena*) in *Calogerae Opusculis*, Tom. VIII. p. 304=322. nec non Disputatione de vi et potestate locutionis: *fide constitutus* in titulo cippi Christiani obviae, (*Dissertazione intorno al significato delle parole Fide constitutus le quali si leggono nel Sepolcro d'un antico Christiano nomato Ilaro*, in iisdem *Calogerae Opusculis*, Tom. XXXVII. p. 305.=323.
		Nat. 1675=☉ 1755.
		vid. *P. Burmannus* in Praefatione ad *Thes. Ital.*, *Tomum* IX. Partem VI p. (17.) (18.) — *Io. Maria Mazzuchelli gli Scrittori d'Italia*, Vol. II. Part. I. voc. (Girolamo) *Baruffaldi*, p. 483.=493. — *A. Haller Biblioth. Botanica*, L. IX. p. MXLIX. p. 117. Tom. II.
	1698.	*Philippus* BONARROTA vel BVONAROTI,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. 1705.		ROTI, Senator Florentinus, ICtus, Historicus, & Archaeologus, cuius sunt hoc anno Obseruationes in Numismata Cardin. Carpegnae, (*Osservazioni Istoriche sopra alcuni Medaglioni antiche del Museo del Card. Gasparo Carpegna*, in *Roma*. 4. (vid. *Act. Erudit.* 1699. p 417) eiusdemque solertiae debemus *Osservazioni sopra alcuni Frammenti di Vasi antichi di Vetro ornati di figure, trovati ne Ciniteri di Roma &c. e sopra tre Dittici antichi d'Avorio*, in *Firenze*, 1716. 4. nec non *Explicationes & Coniecturas, ad Monumenta Etrusca operi Dempsteriano addita*, *Florentiae* 1726. fol. Nat. 1661. ⊖. 1733. Imago eius in numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLXVI. n. V. p. 296. vid. *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CXLVIII. p. 123. — *Jo. Maria Mazzuchelli, Gli Scrittori d'Italia*, Vol. II. Part. IV. voc. (Filippo) *Buonarroti* o *Bonarroti*, p. 2339 = 2343. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1120.
	1698.	*Alexander* BORGIA, Patricius Romanus, Episcopus Firmanus, Historicus, hoc anno vitam S. Geraldi Episcopi Velitrensis, (*Vita di S. Geraldo Vescovo e Protettore di Velletri*) descripsit, *in Velletri*. 8. Eiusdem quoque est *Istoria della Chiesa e Città di Velletri descritta in quattro Libri*, *in Nozera*, 1723. 4. & *Concilium Provinciale Firmanum*, A. 1726. *Firmi*, 1727. 4. Nat. 1682. ⊖. vid. *Io. Maria Mazzuchelli Gli Scritori d'Italia*,

SAEC. XVII	SAER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*talia*, Vol. II. Part. III. voc. (Alessandro) *Borgia*, p. 1745.=1747.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1698.	*Johannes Maria* CRESCIMBENIVS, Macerata - Anconitanus, Rhetor, poëta Italus, Academiae Arcadum conditor, hoc anno Historiam vernaculae Poëseos (*Istoria della volgar Poësia*) *Romae*. 4. euulgare coepit, quae sensim paulatimque locupletata facie demum nova prodiit, *Venetiis*, 1731. 4. tribus codicibus. Non minoris momenti sunt eius vitae illustrium Arcadum (*Vite degli Arcadi illustri, scritte da diversi Autori e pubblicate d'ordine della generale adunanza*, in *Roma*, 1708.=1727. quatuor Partibus. 4. Nat. 1663.=⊖ 1728. vid. *Io. Alb. Fabricii Conspectus Thesauri Italiae*, p. 256. (h.) — *Io. Fabricii Historia Biblioth.* Part. VI. p. 206. 207. — *G. Stolle* ad *Heumanni Conspect.* p. 593. et 1004. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1183.
	1698.	*Irenaeus della* CROCE, Sacerdos Carmelitanus, Historicus, & Archaeologus Tergestanus, hoc anno suae ciuitatis historiam, (*Historia Antica e Moderna, Sacra, e Profana della città di Trieste*) literis consignatam, *Venetiis*, fol. euulgauit, qui liber, veteribus passim monumentis instructus, hodie rarior esse incipit.
	1698.	*Franciscus Maria* NIGRISOLI*us*, vel Italica lingua NEGRISOLI, Ferrariensis, Medicus, & Philologus, hoc anno eruditam *de charta, eiusque vsu apud antiquos* Epistolam ad

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		ad *Liborium* Brixianum, misit, in Porticu Minervae, (*Galleria di Minerva*) Tom. III. Part. VII. p. 249.=260. editam. Nat. 1648.=Θ. 1727. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1465.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1698.	*Laurentius Alexander* ZACCAGNIVS, ordinis S. Augustini Abbas, Praefectus Bibliothecae Vaticanae, & Philologus Romanus, hoc anno *Collectanea monumentorum veterum Ecclesiae Graecae ac Latinae, qvae hactenus in Vaticana Bibliotheca delituerunt*, edidit, *Graeca latina fecit, et notis illustravit*, quorum tamen non nisi Tomus I. *Romae* 4. lucem vidit. (v. *Act. Erudit.* 1698. p. 393.) Immature enim anno aetatis LV. obiit. A. 1712.
	1698.	*Justus Christophorus* BOEHMERVS, Theologus Lutheranus, Historicus, & Philologus Helmstadiensis, hoc anno *de Providentia Augustorum ex numis*, *Helmstadii*, 4. disseruit, qvae diatribe auctior prodiit in *Programmatibus tribus auspicalibus*, *Helmstad*, 1717. 4. Reliqua eius Scripta commemorare non est opus. Nat. 1671.=Θ. 1732. Eius imago in numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLXXI. n. I. ad p. 294. vid. *A. Bandurii Bibliotheca Nummaria*, p. 226. 227. (x.) — *Io. Fabricii Histor. Bibliotb.* Part V. p. 527. — *Stolle* ad *Heumanni Conspectum*, p. 560. 561. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1093.

Io-

SAEC. XVII.	SAER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	1698.	*Johannes Conradus* DIPPELIVS, Darmstadio-Hassus, *Christiani Democriti* sub persona notus, Theologaster impius, & Medicus, huc atque illuc in Germanis & Batauis vagatus. Nat. 1672.=Θ. 1734. vid. *Joh. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. IV. p. 483.=489. — *Moshemii Institut. Histor. Eccles. Saec.* XVII. Sect. II. Part. II. c. I. §. XXXIII. (l.) — *Stolle* ad *Heumanni Conspect.* p. 601.
	1698.	*Christianus* GRYPHIVS, Fraustadiensis Polonus, Poëta theotiscus, & Philologus Vratislaviensis, hoc anno Silvas suas Poëticas, (*Poëtische Waelder*) *Lipsiae* 8. euulgare coepit, (v. *Act. Erudit.* 1699. p. 59. f.) Eundem quoque vel auctorem vel editorem habet *Apparatus, sive dissertatio Isagogica de Scriptoribus historiam Saec. XVII. illustrantibus*, *Lipsiae*, 1710. 8. et Sylloge *Vitarum Selectarum illustrium virorum*, *Vratislaviae*, 1711. 8. Nat. 1649.=Θ. 1706. vid. *G. Stolle* ad *Heumann. Conspectum*, p. 387. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1289.
	circa 1698.	*Matthaeus* HILLERVS, Stutgardiensis, Theologus Lutheranus, & Philologus Ebraeus Academiae Tubingensis, *Hierophytici* auctor. Nat. 1646 =Θ. 1725. vid. *Jo. Fabricii Histor. Bibl.* Part. VI. p. 44. 45. — *G. Stolle* ad *Heumanni Conspect.* p. 517. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1318, 1319. — *Aug. Frid. Bök Histo-*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*ria Academiae Tubingensis*, §. 67. p. 136. 137. — *A. Halleri Bibliotheca Botanica*, L. IX. §. 1169. p. 195. Tom. II.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 105.	1698.	*Rudolphus Martinus* MEELFVHRERVS, Philologus Onoldinus, hoc anno *Prodromum Germaniae Orientalis seu de Germanorum in literaturam Orientalem meritis dissertationem*, *Altorfii*, 4. proximis vero annis *de meritis Hebraeorum in rem literariam Dissertationem*, *Witebergae* 1699. 4 Porro *Accessiones ad Almeloweenii Bibliothecam promissam et latentem*, *Norimberg.* 1699. 8. item *Dissertationem de Fatis eruditionis orientalis*, *Witebergae* 1700. 4. et *Io. Christian. de Boineburg Epistolas ad Io. Conr. Dietericum ex autographis* in medium protulit, *Norimbergae*, 1703. 12. ϴ. 1708.
	1698.	*Joachimus* MEIERVS, Perlebergensis Marcanus, Historicus, & Philologus Gymnasii Gottingensis, vti tribus ante annis *De claris Fischeris, nec non de Piscinis, Piscibus & Piscatoribus memorabilia* quaedam collegit, *Gottingae* 1695. 4. sic hoc anno *de Patriciis Germanicis, claris Bernbardis, et Thilonibus, & de Dransfeldiorum gente*, ibidem, 8. similia conduxit. Ad eum quoque modum *Antiquitates Meierianas, siue de Meieris Dissertationem* elaborauit, *qua, quicquid ad hoc nomen illustrandum ex iure, antiquitate & historia afferri potuit*, explicatur, Gottingae, 1700. 8. (v. *Act. Erudit.* 1701. p. 446.) et *de Boiorum Migrationibus* disseruit ibidem, eod. anno, 4. paulo maioris momenti est *Commentatio de nummo quodam aureo Pos-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio* 1658. = 1705.		*Postumi*, *Gothae* 1713. 4. (v. *Act. Erud.* 1713. p. 297. parum vero eximii habet editio *Officiorum Ciceronis*, *Lipsiae* & *Goslariae*, 1721. 8. Nat. 1661.=☉. 1732. vid. *Bandurii Bibliotheca Nummaria* n. CLXXXVI. p. 203. 204. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. III. p. 534. & Part. VI. p. 110. — *G. Stolle ad Heumanni Consp.* p. 1028.
	1698.	*Jacobus* MELLIVS *à* MELLE, Lubecensis, Theologus Lutheranus, et Historicus, hoc anno *Nova Literaria maris Balthici & Septentrionalis*, *Lubecae*, 4. aperire, simul *Lubecam literatam*, ibidem, 8. posteritatis memoriae consecrare coepit. Nat. 1659.=☉. circa 1743. vid. *G. Stolle* ad *Heumanni Conspectum*, p. 759. 760. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1435.
	1698.	*Iacobus* WENCKERVS, Argentoratensis, Iuris publici Germanici homo consultissimus, hoc anno *Dissertationem de Pfalburgeris &c. ad cap. XVI. Aureae Bullae*, *Argentorati*, 4. vulgauit. Idem *Apparatum et Instructionem Archivorum ex vsu nostri temporis*, *Argentorati*, 1713. 4. inprimis *Collecta Archivi & Cancellariae Iura* cum virorum doctorum *Commentationibus de Archi-Cancellariis & Secretariis* digessit, ibidem, 1715. 4.
	circa 1698.	*Guilielmus* DERHAM*us*, Windsoriensis Anglus, Theologus, & Physicus, cuius inpri-

 mis

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		mis est Astro-Theologia & Physico-Theologia. ⊖. 1735.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.		vid. *I. A. Fabricii Vita Reimariana*, p. 173. =175. — *Stollii Adnotationes* ad *Heumanni Conspectum*, p. 461. — *A. Haller Bibliothec. Botanica*, L. X. n. 1054. p. 120. Tom. II.
	1698.	*Johannes Ernestus* GRABIVS, Regiomontano-Borussus, Theologus primum Lutheranus, postea Eclecticus, et Criticus, in Angliam abiit, ibique privatus vixit, hoc anno *Spicilegium SS. — Patrum vt & haereticorum Saeculi post Christum natum I. II. III.* vulgauit, *Oxoniae* 1698. 1699. 8. duobus codicibus, (v. *Act. Erud.* 1699. p. 256. et 1700. p. 271. seq. et *Fabric. Bibl. Gr.* L. V. c. I. p. 3. Vol. V.) postea *S. Irenaeum* graece & latine adnotationibus cum variorum tum suis illustravit *Oxoniae*, 1702. fol. *Daubuzii* libro *pro testimonio Iosephi* praefatus est, *Londini* 1706. 8. & *Septuaginta Interpretes e Codice* Alexandrino recognovit, *Oxonii* 1707. seq. quatuor codicibus, 8. (Cf. *Bibl. Graec.* L. III. c. XII. p. 329. Vol. II.) Nat. 1666. = ⊖. 1711.
		vid. *Jo. Fabricii Histor. Bibliothec.* Part. VI. p. 167. — *Stolle* ad *Heumanni Conspect.* p. 659. =660. — *Jac. Georg. de Chaufepié, Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jean-Ernest) *Grabe*, Ecrivain. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1279.
	1698.	*Lambertus* BOS, Worcomensis Frisius, Philologus Graecus Academiae Franeqveranae, hoc anno edidit *Thomae Magistri Dictionum At-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III Filio* 1658. = 1705.		*Atticarum Eclogas*, Franeqverae 8. In libris eius a *Vriemoetio* commemoratis, haud praetereundum est aditialis eius orationis argumentum, *de eruditione Graecorum per colonias eorum propagata*, neque omitti debet cum *Ellipsium* eius *Graecarum* editio *Nicol. Schwebelii*, *Norimb.* 1763. 8. mai. tum *Antiquitatum Graecarum* repetita *Leisneri* editio, *Lipsiensis*, 1767. 8. & *Franeqverana* 1773. 8. Nat. 1670 = ☉. 1717. vid. *J. A. Fabricius Bibl. Graec.* L. V. c. XL. p. 647. Vol. IX. vbi *virum paucis comparandum, & cum magno literarum detrimento extinctum* luget. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. VI. p. 155. 156. — *Ti. Hemsterhusius* in *Oratione de Lingvae Graecae praestantia, ex ingenio Graecorum & moribus probata*, p. 79. eius *excellentem Graecarum literarum cognitionem egregiis ingenii monumentis immortalitati consecratam* laudat. — *G. Stolle* ad *Heumanni Conspect.* p. 510. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Lambert) *Bos.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1101. — *Elogium* in *Emonis Lucii Vriemoet Athenis Frisiacis*, n. XCII. p. 723.=727.
	1698.	*Cornelius* le BRVN, siue BRVYN, Haganus Pictor, et Hodoeporicus Scriptor siue Amstelaedamensis, siue Haganus, siue Rheno-Traiectinus, hoc anno *Iter* suum in orientem descripsit (*Reizen door de vermaardste Deelen van klein Asia de Eylanden Scio, Rhodus, Cyprus, Medelino, Stanchio &c. mitsgaders de voornaamste Steden van Ae-*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		*Aegypten, Syrien, en Palestina &c. met meer dan* 200. *kopere Konstplaten* &c. *alles door den Autheur selfs na het Leven afgetekend. tot Delft,*) fol. quod *Iter* deinceps vti etiam *Iter Moscoviticum* et *Persicum* eius francica civitate donatum est: *Voyage au Levant*, à Paris 1714. fol. & Parisiis 1725. 4. quinque Tomis, (v. *Journal des Savans* 1715. *Octobr.* p. 430. et Nov. p. 483. it. 1726. Januar. p 80.) item: *Voyage par la Moscovie en Perse, et aux Indes, à Amsterdam.* 1718. duobus codicibus (*Journal des Savans*, 1719. *April.* p. 363.) Nat. 1652. circiter =Θ. 1719. vid. *Paqvot Mémoires*, Tom. V. p. 213.= 218.
	1699.	*Marcus Antonius* FERRATIVS, (vulgo: *Ferracci*,) Rhetor, & Philologus Patavinus, hoc anno *Epistolarum Libros* III, hoc est, *de Romana Republica selectas Quaestiones, Patavii*, 8. emisit, quibus postea totidem accesserunt libri, vbi *omnia fere, quae in Orationibus M. Tullii, dubia occurrunt, polemice illustrantur, Venetiis* 1738. 4. mai. Θ. 1748.
	1699.	*Scipio* MAFFEIus, Marchio Veronensis, Historicus, Archaeologus, & Criticus. hoc iam anno *Genethliacon in natales Principis Pedemontani*, etrusce scripsit, *Romae*, 12. editum. Deinde tot praeclaris ingenii monumentis de omni antiquitate meruit, vt cum paucis tum in Italia literarum principatum teneret. Quae opera recensentur in calce Elogii apud *Sebastian. Donatum.*

Nat.

AEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Prncipibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		Nat. 1675.=Θ. 1755. Icon eius est in Numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. I. Tab CXC. n. V. ad p. 371. & passim alicubi, velut ante eius *Elogium* in *Seb. Donati Supplemento*, ad p. XXI. vid. *Frider. Reiffenbergii*, Soc. Iesu, *Elogium Scipionis Maffei*, quod extat in *Sebast. Donati* ad *Novum Thesaurum veterum Inscriptionum Lud. Ant. Muratorii Supplemento* Tom. I. *Lucae*, 1765. fol. p. XXI.=XXXII. — *Io. Burc. & Frid. Otton. Menckeniorum Bibliotheca doctorum militum*, n. CXLII. p. 282.=284. — *Jo. Lami Memorabilia Italorum eruditione praestantium*, Tom. I. p. 251. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1413. — *Eloge de Msr. le Marquis Scipion Maffei par Mr. Bongainville Histor. Acad. Reg. Parisiensis*, Tom. XXVII. p. 228.=241.
	1699.	*Michaël* Le VASSOR, Aurelianensis, Theologus pontificius, & Historicus, eo anno *Franciscum de Vargas* in Epistolis et Commentariis suis francice loqui iussit. (*Lettres & Mémoires de François de Vargas touchant le Concile de Trente, traduites par Michel le Vassor, Amsterdam* 1699. 8. Eiusdem quoque est Historia Ludovici XIII. regis Franciae, (*Histoire de Louis XIII.*) Amstelaedami 1701.=1711. decem codicibus. 12. Θ. 1718. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. VI. p. 220. — *G. Stolle* ad *Heumanni Conspectum*, p. 488.

Er-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Folio.* 1658. = 1705.	1699.	*Ernestus Salomo* CYPRIANVS, Ostheimensis Francus, Theologus, Historicus, & Philologus Gothanus, hoc anno iam librum singularem de *Ecclesia subterranea*, *Helmstadii* 4. publici iuris fecit. Plurima eius scripta ex *Goetteno*, & aliis, discere licet. Nat. 1673 = ⊖ 1745. vid. *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. IV. p. 455. 456. Part. V. p. 315. 505. 506. et Part. VI. p. 208. 524. — *G. Stolle* ad *Heumanni Conspectum*, p. 402. 403. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1189. — Icon et vita in *Ioh. Matthi. Schroekh Abbildungen*, &c. Tom. II. Fasc. III. n. XLIV. p. 377. f. et Tomo III. *Fascic.* I. p. 1. = 47.
	1699.	*Andreas Julius* DORNMEYER*us*, Lauenstadiensis Hannoveranus, Rhetor, et Philologus Scholae Berolinensis, hoc anno *Philologiam Sacram*, *Lipsiae*, 8. prodire iussit. Non inculta est eius Dissertatio de *vitioso Ciceronis imitatore*, mox in *Io. Vorstii* libro *de Latinitate selecta & vulgo fere neglecta*, *Berolini*, 1718. 8. et 1738. 8. a p. m. 257. = 318. mox in *Frid. Andr. Hallbaueri Collectione Praestantissimorum Opusculorum de imitatione Oratoria*, *Jenae* 1726. 8. p. 181. = 233. edita. ⊖. 1717. vid. G. *Stolle* ad *Heumanni Conspectum*, p. 604.
	1699.	*Augustus Hermannus* FRANCKIVS, Lubecensis, Theologus Lutheranus Academiae Halensis, Pietistarum, vt per contemtum vulgo nominantur, siue antesignanus, siue assecla. Nat. 1663 = ⊖ 1727.

Icon

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		Icon eius in numis tribus *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLXIV. No. IV.=VI. ad p. 270. f. vid. *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. V. p. 97=99. — *G. Stolle* ad *Heumanni Conspectum*, p. 405. 406. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1250.
Leopoldo, Ferdinandi III *Filio* 1658. = 1705.	1699.	*Johannes Ludovicus* FREY, Theologus Calvinianus, Philosophus, & Philologus Academiae Basileensis, hoc anno *Dissertationem de natura mentis humanae* emisit. Nat. 1682.=⊖. 1759. vid. *De vita & meritis Philologi et Theologi incomparabilis Io. Ludovici Freyi SS. Theol. D. et Professoris Oratio Funebris, quam d. XVIII. April Anni Saecularis tertii Academiae Basileensis* 1760. *publice recitauit Iac. Christoph. Beckius, S. Theol. D. et Prof. Basileae*, 1760. 4. v *Nov. Act. Erud.* 1762. *Mart.* Part. I. p. 115.=120. — *Neue Gelehrte Europa*, Part. IX. p. 22.=29. et Part. XVIII. p. 472.=475. — Auctor *Athenarum Rauricarum*, in Professoribus veteris Testamenti, n. XX. p. 61.=64.
	1699.	*Christophorus* HENDREICH*ius*, Gedanensis, Historicus, & Bibliographus Berolinensis, hoc anno *Pandectas Brandenburgicas* in vulgus prodire iussit, *Berolini*, fol. vid. *Dan. Gerdes Florilegium Libr. rar.* p. 165. — *Frid. Gottbilf Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. III. p. 88. 208. 209. — *David Clement Bibliotheque curieuse*, Tom. IX. p. 387.=390. (30.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1309.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.	1699.	*Daniel Ernestus* JABLONSKY, Theologus Calvinianus, Historicus, & Philologus Berolinensis, hoc anno *Biblia Ebraica cum notis Ebraicis, et lemmatibus latinis* recognovit, *Berolini*, 8. Nat. 1660.=ϴ. 1741. vid. *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. VI. p. 502. 503. — *G. Stolle* ad *Heumanni Conspectum*, p. 691. 692.
	1699.	*Gottlob* KRANTZIVS, Lusatus, Historicus Vratislaviensis, hoc anno *Memorabilia Bibliothecae publicae Elisabethanae Vratislaviensis, Wratislaviae* 4. indicavit, tum *Herm. Conringii de Scriptoribus XVI. post Christum Natum Seculorum Commentarium, notis perpetuis et additionibus* recensuit, *Vratislaviae*, 1714. & 1727. 4. tandem *Compendium Historiae civilis ab Orbe condito ad A.* 1720. *Vratislaviae* 1721. 8. architectatus est. Nat. 1660.=ϴ. 1733. vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. V. p. 207. — *G. Stolle* ad *Heumanni Conspect.* p. 13. 14. 716. — *Io. Matthi. Gesnerus* ad *Isagogen*, §. 485. p. 394. Tom. I.
	1699.	*Georgius Nicolaus* KRIEGK*ius*, Gehusa-Isenacensis, Rhetor, et Philologus Gymnasii Ilefeldensis, hoc anno *de inclarescendi modis apud veteres Graecos*, *Jenae*, 4. disseruit. Ne quid dicam de aliis eius studiis, quibus vel *Io. Lud. Praschii Roseto, seu Praeceptis stili latini, Jenae*, 1702. 12. vel eiusdem *de Latinismis et Barbarismis Commentariolo*, ibidem, 1704. 12. vti etiam *Paganini Gaudentii Obstetrici literariae* profuit, Lipsiae 1704.

SAEC. XVII.	SAER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		1704. 12. non faue indignae lectu sunt eius dissertationes *de A. Persio Flacco, Poëta Satirico, Jenae* 1701. 4. *de Sophistarum eloquentia*, ibid. 1702. 4. & *Diatribe de peregrinationibus Romanorum Academicis*, ibidem 1704. 4. Nat. 1676.=Θ. 1730. vid. *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. V. p. 485. =487. — *G. Stolle* ad *Heumanni Consp.* p. 717. 718. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1370.
	1699.	*Cornelius ab* ALKEMADE, Historicus, & Archaeologus rerum Bataurum Roterodamensis, hoc anno *Aemilii Stokii Chronicon*, (*Melis Stoke Rym-Chronyk*) *Leidae*, fol. vulgauit, nec vno postea libro vel priscas Batauorum consuetudines, vel numos interpretatus est, edita quippe Defensione causarum per gladium, (*Behandelinge van 't Kampregt*) *Delphis* 1699. 8. Numis aureis argenteisque Comitum Hollandiae, (*Goude en Zilvere gangbare Penningen der Graven en Gravinnen van Holland*) *Delphis* 1700. fol. item Isagoge caerimoniarum sepulchralium, (*Inleidinge tot het Ceremonieel en de plegtigheden der Begraavenissen*) *Delphis*, 1713. 8. Θ. 1737. v. *Pars Index Batavicus*, p. 456. 457. Cf. *Burmanni Traiectum eruditum*, p 363.
	1699.	*Ludovicus* SMIDS, Medicinae Doctor, Historicus, & Philologus numarius. Tametsi iam A. 1693. de numismatibus Romanorum, (*over de Roomsche Gedenk-Penningen*)

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Folio.* 1658. = 1705.		*Amstelaedami*, 8. egerit, tamen hoc potissimum anno *Romanorum Imperatorum Pinacothecam*, sive *duodecim Imperatorum simulacra*, *Elogiis*, *Numismatibus*, & *Historia Suetoniana* illustravit atque exornauit, *Amstelaedami*, 4. quam postea *Sigeb. Haverkampus* cum Iac. de Bie Imperat. Rom. Numismatibus sociari passus est *Amstelaed.* 1738. 4. Idem *Martialis* editionem *Collessianam*, additis *numismatibus*, *historias atque ritus illustrantibus*, recudendam curauit, *Amstelaedami*, 1701. 8. Ceterum inter scriptos Bibliothecae Rheno-Traiectinae libros haec eiusdem munere *Goensiano* Autographa reperiuntur: *Excerpta luculenta e Sam. Petiti Observationibus ineditis ad Fl. Josephum e MSc. Bibliothecae Bodleianae*, *manu Lud. Smids*, in *forma* 4. *Oedipus Numismaticus*, *sive Nomenclator Geographicus numorum Graecorum*, &c. *Amstel.* 1700. 4 et eiusdem *Pars II. Amstel.* 1718. *Vlysses*, *sive Geographia antiqua & nova carmine perpetuo conscripta*, *scholiisque illustrata.* —— *Justini*, *Flori*, & *Taciti Geographia*; *Amstel.* 1702. 4. — *Pospborus Historicus*, *Amstelaed.* 1702. 4. — tandem *Observationes in Imperatorum Romanorum numismata*, *aliaque*, manu *Cornelii Nicolai*, quibus varia adscripsit *L. Smids.*
	circa 1700.	*Johannes Gaspar* BERETTA, Mediolanensis, Historicus, operis Scriptorum Italicorum *Muratoriani* socius, *Dissertationis Chorographicae de Italia medii aeui* auctor, hoc anno *Lychnum Chronologico-Iuridicum*, *Mediolani*, 4. edidit. Nat. 1660. = ϴ. 1736.

vid.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		vid. *Io. Maria Mazzuchelli Gli Scrittori* d'Italia Vol. II. Part. II. p. 921.=923. voc. (Gio. Gasparo) *Beretta.*
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio* 1658. = 1705.	circa 1700.	*Johannes Paulus* MAZZVCHELLI*us*, Mediolanenſis, Monachus Clericorum regularium Congregationis Somaſchae, Hiſtoricus, et Archaeologus, aſcito ſibi *Iuſti Vice-Comitis* nomine varias edidit Diſſertationes, veluti Diſſertationem Apologeticam, *Mediolanum, Secunda Roma,* inſcriptam, *Bergomi,* 1711. 8. (v. *Giornale de' Letterati*, Tom. VIII. Art. 13. p. 368. et *Act. Erudit.* 1712. menſ. *Octobr.* p. 474.) cui *Stephanus* quidam *Abdua Admonitionem* oppoſuit, de qua vid. ibidem *Acta Lipſienſia*, eod. A. p. 478. tum *pro Bernardino Corio, Mediolanenſi hiſtorico Diſſertationem, Bergomi,* 1712 8. (v. *Act. Erud.* 1712. menſe *Nov.* p. 502.) iterumque editam in *Calogerae Opuſculis ſcientificis et Philologicis*, Tom. IX. p. 1.=93. praeterea *Coloniae Ticinae Romanae commentum exſufflatnm, pro regia Ticinenſi vrbe, Bergomi*, 1712. 8. aduerſus *Antonium Gattum*, qui in *Gymnaſii Ticinenſis hiſtoria, Ticinum*, Romanorum Coloniam fuiſſe contenderat, (v. *Act. Erudit.* 1712. *Novembri* p. 504. & *Giornale de' Letterati*, Tom. XII. Art. XII. p. 379.) item Diſſertationem, cui titulus: *Novaria in tribu Claudia*, apud Turlinos, 1713. d. 3. *Januar.* 8. (v. *Giornale de' Letterati*, Tom. XIV. *Art.* 6. p. 148. ſeq.) adornauit. Nat. 1672.=Θ. 1714. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1430.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. =	circa 1700.	*Julius* NIGER, vulgo: (*Giulio Negri*,) Ferrarienſis, Sacerdos Jeſuita, Bibliographus Florentinus, poſt cuius demum mortem prodiit *Iſtoria degli Scrittori Fiorentini*, *la qvale abraccia intorno a due mila Autori, che nelli vltimi cinqve Secoli hanno il'uſtrata &c. Ferrara* 1722. fol. Nat. 1643.=Θ. 1720. vid. *I. A. Fabricii Bibliotheca med: & inf. Latin.* Tom. V. p. 405. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1465.
1705.	1700.	*Johannes Chryſoſtomus* SCARFO, Mammulenſis Calaber, Theologus Pontificius, Philologus, Philoſophus, & Archaeologus πολυγραφώτατος Neapolitanus, hoc iam anno in *Speculum Marianum* lectores intueri iusſit, hoc eſt Divam Mariam verſibus celebrauit, *Neapoli* 8. Reliqua eius ſcripta non commemorabo. Satis erit vnum alterumue duntaxat indicare a *Strodtmanno* ineius vita omiſſum. Legi certe *Sermones* eius *Geographicos* in *Calogerae Opuſculis Scientificis & Philologicis*, Tom. XIV. p. 139.= 198. A. 1737. editos. Neque mihi deſunt aut eius *in Collectanea Antiquitatum Romanarum C. tabulis aeneis inciſarum Rodulphi Venuti*, *& Anton. Borioni Obſervationes Criticae*, *Venetiis* 1739. 4. (v. *Mémoir. de Trevoux*, 1741. menſ. *Maio*, Art. 43. p. 830. ſeq. et *Nov. Act. Erud.* 1740. *Novembr.* p. 629.) aut Literae ad Alex. Albanum, Cardin. datae, in quibus varia antiquitatis monumenta, Icones, titulos lapidum, gemmas, numosque explicuit. (*Lettera nella qvale vengono espreſſi colle figure in rame e dilucidati colle Annotazioni dal P. D. Giangriſoſtomo*

Scar-

AEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Prncipibus.		*Scarfo, Dottor Teologo Basiliano, vari antichi Monumenti*, in *Venezia*,) 1739. 4. (v. *Mémoires de Trevoux* 1741. *Aug.* Art. 32. p. 581.) Nat. 1685 = ϴ. vid. *Io. Christo. Strodtmanni Noua erudita Europa*, Part. IV. p. 1510. = 1049.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1700.	*Philippus a* TVRRE, (vulgo: *Filippo del Torre*,) Foroiuliensis, Episcopus Adriensis, Historicus, & Archaeologus, hoc ipso anno, (non A. 1699. vt legimus apud *Fabricium Bibl. Lat.* IV. c. 5. p. 759. Tom. I. errore tamen fideliter repetito in editione *Lipsiensi*, Tom. III. p. 301.) praeclara sua *Monumenta veteris Antii* in lucem prodire iussit. (vid. *la Galleria di Minerva*, Tom. IV. Part. II. p. 9. *Act. Erudit* 1701. p. 257. *Mémoires de Trevoux* 1703. Tom. V. Part. IV. Art. 6. p. 278. seq.) cuius libri non modo *Dissertationes de Beleno, & aliis quibusdam Diis Aquileiensibus*, De Colonia *Foroiuliensi* cum *Fragmentis Inscriptionum Fratrum Arvalium*, vt & pluribus *Inscriptionibus Aquileiensibus*, & *Foroiuliensibus* transierunt in *Thesauri Italiae Tomi* VI. Partem IV. sed ipsa quoque *Monumenta veteris Antii*, recens tunc addita *eiusdem Auctoris Explicatione Inscriptionis cuiusdam antiqvae de Taurobolio*, *A.* 1704. repertae, quae tamen iam paulo ante A. 1719. *Sallengriani Thesauri*, Tom. III. p. (853.) = (864.) particula facta erat, in illius eiusdem *Thesauri Italiae*, Tomi VIII. Partis IV. societatem recepta sunt. Postea horum *Monumentorum Editio III. novis curis recognita*, prae-

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Princi pibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 105.		praemissa *Auctoris vita, Romae* 1724. 4. prodiit. Adhaec duo alii eius libri non sunt praetermittendi, alter eo adhuc viuo, alter post eius mortem vulgatus. Prioris index huiusmodi est: *De annis imperii M. Antonini Elagabali ac de initio imperii Iustini Iunioris Dissertatio Apologetica, item ad numum Anniae Faustinae, Patavii*, 1713. 4. (v. *Giornale de' Letterati*, Tom. IV. p. 360. *Act. Erud.* 1714. Jul. p. 307. *Mémoires de Trevoux* 1713. Aug. p. 1416.) alterius is est: *De annis imperii M. Antonini Elagabali ac de initio Imperii Severi Alexandri Dissertatio Apologetica II. &c. opus posthumum addita auctoris vita a Cl. Iusto Fontanino edita, nunc Notis aucta*, rel. *Venetiis* 1741. 4. (v. *Act. Erud.* 1743. *Nov.* p. 630.) Similiter post eius fata lucem aspexerunt (1.) *Lettera del fu Msgr. Filippo del Torre, Vescovo d'Adria, sopra una pubblica Iscrizione di Confini, che sta registrata a Lettere antiche nel Palazzo publico d'Asolo, e sopra un Frammento d'altra Iscrizione pur d'Asolo al Sign. Jacopo Facciolati*, in *Supplementi al Giornale de' Letterati d'Italia*, Tom. I. Art. 2. p. 31.=71. Inscriptio ipsa est ap. *Murat.* 468. 1. (2.) *Osservazioni sopra una Iscrizione della Città di Capo d'Istria* (quae est apud *Gruter* 164. 5.) in *Calogerae Opusculis Scientificis & Philologicis*, Tom. XXVI. p. I.=XVIII. (3.) *Observationes in antiquum lapidem ex Raph. Fabretto Inscriptionum*, c. III. p. 168. in iisdem *Calogerae Opusculis*, Tom. XXVIII. p. 129.=139. Nat. 1657 =Θ. 1717. *Icon eius est ante Dissertationem Apologeticam secundam.*

vid.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III *Filio* 1658. = 1705.		vid. *Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CLXXXVIII. p. 210. 211. — *P. Burmanni* Praefatio ad *Thes. Ital. Tomum* VI. p. (11.) (12.) & Tomum VIII. p. (18.) — *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. V. p. 388.=370. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Philippe della) *Torre.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1662. add. *Dominici Georgi ad Scipionem Maffeium Epistola in obitu Philippi a Turre*, scripta 1717. in *Symbolis Literariis F. A. Gorii*, Tom. VIII. p. 87.=93. et Vitarum Italorum doctrina *excellentium, qui Saeculo XVIII. floruerunt, Decas III. auctore Angelo Fabronio, Romae*, 1770. 8. p. 307.=320.
	1700.	*Antonius* VALLISNIERVS, de nobilibus *de Valisnera*, Regiensis, Medicus, et Physicus Patavinus, hoc anno *Diologos* (*Diologhi*,) *Venetiis* 8. edidit. Nat. 1661.=☉. 1730. Imago eius in duobus numis *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CLXVIII. No. I. II. ad p. 281. vid. *G. Stolle* ad *Heumanni Conspectum*, p. 456. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Antoine) *Vallisnieri*, Medecin. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1667. — *A. Haller Bibliotheca Botanica*, L. IX. n. 921. p. 49. Tom. I. & *Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. VII. §. DCCXL. p. 791.=795.
	circa 1700.	*Johannes Franciscus* BALTVS, ortu Gallo-Francus, Sacerdos Jesuita, & Philologus

Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 105.

gus, primum, vt videtur Parisiensis, tum Argentoratensis, *Fontenellianae* inprimis Oraculorum Historiae oppugnator. Scripsit enim *Responsionem* primam ad *Historiam oraculorum Fontenelli*, (*Reponse à l'histoire des Oracles de Msr. de Fontenelle, dans la quelle on refute le Systeme de Msr. van Dale sur les Auteurs des Oracles du Paganisme, sur la cause et le tems de leur silence* &c. quo examussim anno & loco prodierit, me latet. Id scio secundam editionem, *Argentorati* 1709. 8. typis excusam, & a *Georgio Hikesio* anglice redditam esse, *Londini* 1709. Illi vero successit Responsio secunda, siue *Suite de la Reponse à l'histoire des oracles, dans laquelle on refute les obiections inserées dans le XIII. Tome de la Bibliotheqve choisie, et dans l'Article II. de la Republiqve des Lettres du Mois de Juin* 1707. *à Strasbourg*. 1708. 8. Ab eodem auctore profecta est Apologia Patrum, Platonismi accusatorum, *Defense des SS. Peres accusez de Platonisme, à Paris* 1711. 4. et *Jugement des SS. Peres sur la Morale de la Philosophie payenne*, à *Strasbourg* 1719. 4.

ɵ. 1743.

vid. *G. Stolle* ad *Heumann. Conspect.* p. 539. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1058.

1700. *Fabio* BRVLART de SILLERY, Episcopus Abrincensis, tum Soissonensis, Theologus, Rhetor, & Philologus, hoc anno duabus epistolis scripsisse dicitur *Reflexions sur l'Eloqvence*.

Nat. 1655. = ɵ. 1714.

Y.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		v. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1690.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio* 1658. = 1705.	circa 1700.	*Franciscus de la* CHAIZE, Sacerdos Iesuita, regi Franciae a confessione, et Archaeologus Parisiensis, saltem quicquid monumentorum ueterum inuenerat, id ad Sodales Academiae regiae Inscriptionum deferebat, cui rei argumento fuerunt siue eius, siue alius Obseruationes in Inscriptiones Etruscas, &c. *Remarqves sur qvelqves Inscriptions en Langves Etrusqve, Puniqve et Palmyréniéne*, in Historia Acad. Reg. Inscript. Tom. I. p. 204. ed. Paris. vel p. 252.=258. ed. Haganae, tum Obseruationes in titulum vrnae antiquae, (*Sur l'Inscription d'une vrne antiqve*) D. M. SVLPICIO NOTO ADESTE SVPERI. in eadem *Historia*, Tom. I. p. 209. ed. Paris. vel p. 258.=261. ed. *Hagan.* repetitae etiam a *Bern. Montefalcone* in *Antiqvit. Explic. Supplemento*, Tom. V. p. 72. 73. Nat. 1625 =θ. 1709. v. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1148.
	circa 1700.	*Ludovicus Du* FOVR de LONGVERVE, Abbas S. Iohannis ad Melodunum, et Septem Fontium in Therascia, Chronologus, & Philologus, hoc circiter tempore *de variis Epochis et anni forma veterum orientalium*

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo*, *Ferdinandi* III. *Folio.* 1658. = 1705.		privatim differuisse videtur, cuius deinceps schedas *Iohannes Dietericus Wincklerus*, Hildesiensis Theologus, *Lipsiae* promulgavit 1750. 4. Quid de *Tatiano* scripserit, ex editione *Worthiana* cognoscetur. Cf. *Fabricii Bibl. Gr.* L. V. c. I. p. 83. Vol. V. Eidem quoque debentur *Annales Arsacidarum*, *Argentorati* typis descripti 1732. 4. Nat. 1652. = ☉. 1733. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1248. — *Io. Dieteric. Wincklerus* in Praefatione in *Dissertationes de variis Epochis*, p. III. = XI.
	circa 1700.	*Iacobus le* LONG, Parisiensis, Congregationis Oratorii Presbyter, Bibliothecae Praefectus, & Bibliographus, eo iam circiter anno orbi literato notus esse videtur. Non multo certe post *Bibliothecam Sacram* Parisiis edidit, quae non modo auctior cura *Christ. Frid. Boerneri*, *Lipsiae* 1709. 8. sed etiam *in binos Syllabos distincta*, *Parisiis*, 1723. fol. duobus codicibus prodiit. Non minus luculentam ille industriam suam approbauit cum *Scriptorum Historiae naturalis Galliae* censu, quem suis adiunxit *Scriptoribus Historiae naturalis Joh. Jac. Scheuchzerus*, *Tiguri*, 1716. 8. tum *Bibliotheca Historica Franciae*, *Bibliotheqve Historiqve de la France*, *contenant le Catalogve de tous les Ouvrages tant imprimèz*, *qve Manuscrits*, *à* Paris 1719. fol. Nat. 1665. = ☉. 1721. vid. *I. A. Fabricii Biblioth. Med. et inf. Lat.* Tom. II. p. 567. 568. — *Io. Fabricii Hist. Biblioth.* Part. VI. p. 159. = 162. — *Stolle*

ad

AEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Prnci pibus.		ad *Heumanni Conspect.* p. 737. 738.— *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1400.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	circa 1700.	*Guilielmus* MASSIAEVS, (vulgo: *Massieu*,) Cadomensis, Sacerdos Iesuita, Philologus & Poëta Parisiensis, cuius non vna in conuentu Academicorum literario recitata fuit disputatio, tanquam iudicium Platonis de Poësi, *Des Sentimens de Platon sur la Poësie*, (*Histor. Acad. reg. Inscript.* Tom. I. p. 206.=210.) *De l'histoire de la Poësie Françoise*, ibid. p. 383. ed. *Hagan.* De clypeis votivis, *Sur les Boucliers votifs*, (*Mémor.* T. I. p. 227.=243.) *Sur les sermens des Anciens*, (ibid. p. 244 =270.) *Parallele d'Homere & de Platon*, (*Memor.* Tom. II. p. 1.=21.) *Defense de la Poësie*, ibid. p. 210.=245. *Dissertation sur les Graces, les Hesperides, & les Gorgones*, (*Memoriar.* Tom. IV. p. 10.=115.) *Sur les Jeux Isthmiques* (*Histor.* Tom. III. p. 62.=69. *Reflexions Critiques sur Pindare*, ibid. p. 138.=143. Sur le Mot ἰσόψηφος, ibid. p. 311.=313. ode XII. et XIV *Des olympiques de Pindare, traduite en François avec des Remarques* Memor. Tom. VI. p. 188.=238. Variae rursus odae Olympionicon et Isthonionicon Pindari francice redditae obseruationibusque illustratae in *Memoriis*, Tom. VIII. p. 446.=586. Nat. 1665.=⊖. 1722. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1427.
	1700.	*Johannes* MASSONUS, *Samuelis frater*, *Philippi* consobrinus, ortu Gallo-Francus, deinde religionis forsitan causa Franciae fini-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		finibus egressus, primum ad Batauos, tum ad Anglo-Britannos migrauit, quo munere functus sit, mihi non constat. Nomini suo has literarum notas semper subscripsit, A. M. & E. A. P. quae nescio an vim habeant Artium Magistri, et Ecclesiae Anglicanae Presbyteri, argumento subscriptionis in titulo *Iani templi reserati.* Id scio ex *Cuperi Literis Criticis*, p. 369. eum *Burneti*, Episcopi *Sarisberiensis* filiorum mores rexisse, & cum iis per Bataviam iter fecisse, circa A. 1710. deinde quoque Italiam salutasse videri, vnde Ἡμερολόγιον μηνῶν Διαφόρων πόλεων asportauit, quod edendum promiserat circa A. 1715. Saltem eius spem fecerat in *Historiae Criticae reipublicae Literariae* Tomo II. p. 291.=295. sub titulo: *Anni Solaris antiqui* &c. An revera post reditum ex Italia vel in Batavia vel in Anglia ediderit, de eo valde dubito, quoniam in nullo uspiam librorum Indice, neque Harleiano, neque Bunaviano, neque Crevenniano eius mentionem iniectam esse memini. Vel sic tamen *G. Stollius* in *Adnotationibus* vernaculis ad *Heumanni Conspectum*, p. 754. commemorat *Kalendarium, menses variarum gentium cum Romanis collatos exhibens*, Amstel. 1713. fol. quod numquam vidi. Scripsit autem vulgauitque hic Philologus, Criticus, et Chronologus huiusmodi potissimum libros, & disputationes: *Iani templum Christo nascente reseratum, seu Tractatum Chronologico Historicum vulgarem* refellentem *opinionem existimantium, pacem toto terrarum orbe sub tempus Servatoris natale stabilitam fuisse* &c. Roterodami, 1700. 4. & 8. *Lettre*

SAEC. XVII.	SAER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*tre sur la double maniere de compter les années de Tibere.* in *Nouvelles de la Republique des lettres* 1700. mense Februario p. 236=240. — *Vitam Plinii ordine Chronologico digestam*, quae primum vna cum *Plinii Epistolis* & *Panegyrico*, editore *Thoma Hearne*, *Oxonii*, e theatro Scheldoniano 1703. 8. lucem vidit, postea sigillatim multis in locis auctior, *Amstelaedami* 1709. 8. tertiumque in *Plinii Panegyrico*, editionis *Arntzenianae*, *Amstelaed.* 1738 4. typis recusa est. — *Vitam P. Ovidii Nasonis ordine Chronologico sic delineatam, vt Poëtae fata & opera veris adsignentur annis notisque philologicis & historicis illustrentur, atque Augustei aevi ritus moresque varii elucidentur. Amstelaed.* 1708. 8. tum ab ipso emendatam & auctam in *Ovidii Burmanniani*, Tomo IV. & quidem in *Appendice Ovidiana*, p. 29=120. — *Vitam Horatii sic delineatam, vt sit vice Commentarii Historico-Critici in praecipua Poëtae Carmina. Lugd. Bat.* 1708 8. — *Lettre à Mr. de Valincourt touchant les Nouveaux Eclairciſſement de Mſr. Dacier* (v. supra p. 280.) *sur les Oeuvres d'Horace*, item *Remarques de Critique et de Litterature contre Mr. Dacier, où l'on explique quelques passages d'Horace.* scriptae sunt *Londini*, A. 1710. editaeque in *Historia Critica* (Histoire Critique de la Republique des Lettres) Tom. II. p. 164=242. Tom. III. p. 3=28. & Tom. VIII. p. 215=254. — *Eclairciſſement sur deux Médaillons d'Annie Faustine avec une Reponse aux objections du P. Hardouin*, in eadem *Historia critica Reipublicae Literariae*, Tom. V. p. 289=353. — *Defense d'un paſſage d'Ovide*,
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658. = 1705.		

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*vide*, V. Faſtor. 593. *touchant les Parthes contre la Critiqve de Jaqves Basnage*, ibidem in *Hiſtoria Critica*, Tom. XIII. p. 89.=125. — *Collectanea hiſtorica Ariſtidis annum & vitam ſpectantia, ordine, quantum licuit, Chronologico digeſta*, quae *Ariſtidis* editioni *Jebbianae, Oxonii* 1721. 4. praemiſſa ſunt. — *Inſcriptionem graecam antiqvam ex Syriae monumentis a Dno. Maundrel excerptam, obſervationibus criticis & hiſtoricis illuſtratam*; in *Bibliotheca Litteraria, being a Collection of Inſcriptions, Medals* &c. *Number* I. *London* 1722. 4. p. 2.=6. — *Animadverſiones Critico-hiſtoricas in Nic. Toinardi Diſſertationem de Traiani & Caracallae Alexandrinis Numismatis*, ibidem in *Bibliotheca Litteraria* No. III. *Londini* 1723. 4. p. 36.=48. euulgatas. — *Diſſertationem* (*Londini* ſcriptam A. 1724. VII. Id. Apriles) *de antiquo Veidii Pollionis nummo, quem viri celeberrimi perperam Ovidio Naſoni adſcripſerunt*, in *Ovidii Burmanni*, Tomo IV. & quidem *Appendice Ovidiana*, p. 121.=127. & tandem *Lettre a Mſr. Des-Maizeaux contenant de nouvelles Reflexions ſur les Medailles de Vaballathus*, in *Bibliotheca ratiocinante*, Tom. XIII. p. 150.=172. Cum autem viri docti ſumtibus Wetſtenii ratiocinari coeperint A. 1728. ad coniiciendum facilis eſt ratio, circa hoc tempus adhuc in viuis fuiſſe *Maſſonum*, quando autem natus, mortuusue ſit, me ignorare fateor.
Leopoldo, Ferdinandi III. Filio. 1658.=1705.		vid. nonnulla de eo in *Cuperi Literis Criticis* ad *Abbatem Bignonium*, p. 323. & 369. it. in *Burmanni* Praefatione altera ad *Ovidium* *** opiſtogr. & ſub perſona *Sinceri Hollandi*

SAEC. XVII.	SAER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*landi*, in *Miscellaneis Obſervationibus*, Vol. VI. Tom. I. p. 235. 236.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 1705.	1700.	*Nicolaus Hubertus* MONGALTIVS, (vulgari dialecto: *Mongault*,) Pariſienſis, Philologus, *Herodiani* hoc anno interpres Francicus, (*v. Fabricii Bibl. Graec.* L. V. c. 7. p. 23. Vol. VII.) aliarumque non inelegantium de antiquitate Romana disputationum auctor, tanquam de honoribus divinis, in bonos Proconſules, Propraetoresque collatis, (*Sur les bonneurs divins, qui ont été rendus aux Gouverneurs des Provinces* &c.) in *Memor. Acad. Inſcript. Paris.* Tom. I. p. 450.=472. ed. Hagan. item de Fano Tulliae, Ciceronis filiae, (*Remarqves ſur le Fanum de Tullia, Fille de Ciceron*,) ibidem Tom. I. p. 473.=491. Nat. 1674.=Θ. 1746. vid. *Eloge de Mr. l'Abbé Mongault, par Mr. Freret*, (*Hiſtoire de l'Acad. des belles lettres*) Tom. XVIII. p. 447.=457. ed. Paris.
	circa 1700.	*Johannes La* PLACETTE, Pontaco-Bearnenſis Gallo-Francus, Theologus Calvinianus, Orator, et Philoſophus mox Hafnienſis, mox Batauus. Praeter varios libros, quibus Chriſtianae morum doctrinae cauſam ſtrenue egit, nota mihi eſt eius Epiſtola de quibusdam qvaeſtionibus Chronologicis, (*Lettres ſur qvelqves Qveſtions Chronologiqves*) in *Novis Reipublicae literariae* 1709. *Februar.* p. 191. & *Mart.* p. 256. Nat. 1639=Θ. 1718. vid. *Stolle* ad *Heumann. Conſpect.* p. 428. —

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1516.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio.* 1658. = 105.	circa 1700.	*Natalis Stephanus* SANADONIVS, (vulgo: *Noël Etienne Sanadon,*) Rothomagensis, Sacerdos Iesuita, Rhetor, Carminum scriptor & Grammaticus Parisiensis, *Horatii* non infelix interpres, nimium tamen morosus subinde aestimator. Vt autem nihil dicam de carminibus, circa hunc & proximos annos ab ipso editis, nulla certe re maiorem nominis & ingenii sui laudem suscitauit, quam *Thesibus* primum *Horatianis*, Parisiis 1717. 4. tum ipsis *Horatii Flacci Carminibus ad suum ordinem et nitorem reuocatis*, vbi simul incerti auctoris *Pervigilium Veneris* Francice conuersum animadversionibus criticis illustrauit, *Paris* 1728. 4. Haec autem interpretatio vti paulo post cum omnibus *Dacerii* copiolis, observationibusque indissolubili vinculo eleganter nexa fuit, *Amstelaedami* 1735. 12. octo codicillis, sic *Parisiis* quoque 1756. itidem octo codicibus renovata esse dicitur, 8. quam editionem nondum vidi. Nat. 1676.=Θ. 1733. vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1575. — *Theophilus Christoph. Harlesius* V. C. cum in *vitis Philologorum nostra aetate clarissimorum*, Vol. IV. p. 58.=73. tum in *Introductione* in *Notitiam Literaturae Romanae*, p. 388. 389.
	circa 1700.	*Johannes Fridericus* BREITHAVPT*ius*, Gothanus, ICtus, illius regionis duci a consiliis,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio* 1658. = 1705.		liis, Historicus, & Philologus Rabbinicus, a quo duplex liber & *Josephi* cuiusdam *Gorionidis*, & *Salomonis Jarchi* lucem accepit. De priori, *Gothae* & *Lipsiae* 1710. 4. edito. v. *Catal. Bibl. Bunav.* T. III. Vol. I. p. 10. de altero, *Gothae* 1713. typis excuso, vid. *Jo. Fabricius* in *Histor. Bibl.* Part. IV. p. 17. 18. ϴ. 1713. v. *G. Stolle* ad *Heumanni Conspectum*, p. 510. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1107.
	1700.	*Gaspar* CALVOER*ius*, Hildesiensis, Theologus Lutheranus, et Historicus, mox Clausenthalensis, mox Grubenhaganus eo anno *Fissuras Sionis*, *Lipsiae*, 4. rimatus est, nec paulo minori iudicii sanitate aut *Rituale Ecclesiasticum*, *Jenae*, 1705. 4. duobus codicibus, aut *Saxoniam* inferiorem antiquam, gentilem & Christianam, (*Altes Heydnisches und Christliches Neder-Sachsen*) *Goslariae*, 1714. fol. descripsit. Nat. 1650 = ϴ. 1725. v. *Ioh. Fabricii Histor. Bibl.* Part. II. p. 421. 422. & *Part.* IV. p. 448. 449. — *G. Stolle* ad *Heumanni Consp.* p. 401. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1129.
	circa 1700.	*Theodorus* DASSOVIVS, Hamburgensis, Theologus Lutheranus, & Philologus Ebraicus Academiae Kiloniensis. ϴ. post 1721. vid. *Morhofius* in *Polyh. Literar.* IV. c. VI. §. 19. p. 790. Tom. I. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1195.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.	circa 1700.	*Johannes* DIECMANNVS, Stadenſis, Theologus Lutheranus, Bremenſis & Verdenſis regionum tractus Ephorus, Philologus, & Philoſophus. Disputationem eius, quam vocant, inauguralem *de Naturalismo cum aliorum, tum maxime Iohannis Bodini, ex opere eius MScto &c.* laudat *Morhoſius* in *Polyhiſt. Liter.* L. I. c. VIII. §. 9. p. 71. Tom. I. Praeter alias quasdam disputationes, tanquam *Inqviſitionem in genuinos natales vocis Teutonicae* Kirche, *qua eos non in Graecia, ſed Germania conſtituendos eſſe probatur*, *Stadae*, 1718. 4. longe vtiliſſimum eſt eius *Specimen Gloſſarii MSS. Latino-Theotiſci, quod Rabano Mauro inſcribitur*, *Bremae*, 1721. 4. Θ. 1721. v. *Io. Fabricii Hiſtor. Biblioth.* Part. VI. p. 46.=48.
	circa 1700.	*Albertus a* FELDE, (vulgo: *zum Felde*,) Hamburgenſis, Theologus Lutheranus et Philologus Academiae Kilonienſis, hoc certe anno *Epiſtolam ad Chriſt. Gottl. Koch de Dialogo* Iuſtini Martyris *cum* Tryphone, *Slesvici*, 8. ſcripſit. Nat. 1675.=Θ. 1720. vid. *G. Stolle* ad *Heumanni Conſpect.* p. 633. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1238.
	1700.	*Johannes Fridericus* LVDOVICI, Wacholtzhagenſis Pomeranus, *Chriſtophori Cellarii* gener, ICtus, et magnae ſuo tempore auctoritatis Pragmaticus Academiae Halenſis, hoc anno honores in Iure ſummos diſſertatione *de*

Prae-

AEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Prnci pibus. — *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		*Praesumtione bonitatis*, *Halae*, 4. auspicatus est. Eius *Doctrinam Pandectarum* in scholis explicantium vocibus aures & conventus Academicorum mea aetate circumsonabant. Nat. 1671.=Θ. 1723. vid. *G. Stolle* ad *Heumanni Conspectum*, p. 446. — *Io. Frid. Jugleri Supplementa Biographiae Iuridicae*, Tom. I. Part. I. n. IX. p. 130.=150.
	1700.	*Fridericus* MENZ*ius*, Lutgena-Marcanus Westphaliae, Philosophus, & Philologus Academiae Lipsiensis, eo anno iam disputatione singulari *Sardanapalum laudabilem Principem Assyriorum*, *Lipsiae*, 4. aliis persuadere conatus est. Cetera eius non vulgaris argumenti scripta, alicubi iam commememorata, repetere nolo. Hanc duntaxat disputationem, quae eius ingenium a Sophistarum disciplina non vsquequaque alienum demonstrat, hoc loco preterire non possum, id est, *Socratem nec officiosum maritum*, *nec laudandum patrem familias* fuisse, *Lipsiae*, 1716. 4. Interim alia eius Dissertatio de *Socratis methodo docendi e Scholis non omnino proscribenda*, *Lipsiae*, 1740. 4. mihi semper placuit. Nat. . . . . Θ. 1749. vid. *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. V. p. 472. 473. & in *Addendis*, Part. VI. p. 556. 557. — *G. Stolle* ad *Heumanni Conspectum*, p. 761. 762. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1438.
	circa 1700.	*Johannes Christianus* NEV, Lorchensis Wurtenbergicus, Rhetor, et Historicus Academiae Tubingensis. Eius forte consilio, ope-

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. =: 1705.		operaue, *Degorei Whear Relectiones biemales de ratione & methodo legendi historias, Tubingae* 1700. 8. typis renouatae sunt. Ad easdem certe *Accessiones, Tubingae*, 1704. 8. *Mantissam*, ibidem 1706. 8. & *Accessionum Partem* II. *cum Mantissa de Scriptoribus gentium particularium*, ibid. 1708. 8. dedit. Nat. 1668.=⊖. 1720. vid. *Aug. Frid. Bök Histor. Acad. Tubingensis*, §. 77. p. 175. 176.
	1700.	*Johannes Fridericus* OSTERVALD*ius*, Theologus, Homileta, & Philosophus Neocastrensis (vulgo: *Neufchatel*,) eo iam anno fontes corruptelae Christianorum, (*Traité des sources de la corruption, qvi regne aujourd'hui parmi les Chrétiens*,) *Amstelaedami* 8. indagauit. Memorabilis est *Bibliorum* eius editio, quae vti antea iam, *Amstelaedami* 1724. fol. prodierat, sic nunc elegantiorem accepit formam, hoc sub indice: *La Sainte Bible qvi contient le vieux et le Nouveau Testament, c'est à dire l'ancienne et la nouvelle Alliance revuë et corrigée sur le Text Hebreu, et Grec, par les Pasteurs, et les Professeurs de l'Eglise de Geneve, avec les Nouveaux Argumens et les nouvelles Reflexions sur chaqve chapitre de l'Ecriture Sainte par I. F. Ostervald, Pasteur de l'Eglise de Neufchatel, augmentée de qvatre Tables Geographiqves, Genealogiqves, et Chronologiqves pour l'intelligence de l'histoire, de l'Ancien, & du Nouveau Testament*, à *Amsterdam*, 1772. fol. Nat. 1664. circiter ⊖. 1747. vid. *Stolle* ad *Heumanni Conspect.* p. 785. 786.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		786. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1482. — add. *Beytraege zur Historie der Gelahrtheit, vierder Theil.* p. 246.
Leopoldo, Ferdinandi III Filio 1658. = 1705.	1700.	*Eucharius Gottlieb* RINK*ius*, Lipsiensis, ICtus, Philologus, Historicus, et Archaeologus Altorfinus, hoc anno *Dissertationem de Carociis ex iure militari Medii aevi* in vulgus emisit, *Altorfi* 4. proximo anno *De veteris Numismatis potentia et qualitate lucubrationem* elaborauit, *siue Cognitionem totius rei nummariae ad intelligentiam Iuris* accommodauit, *Altorfi*, & *Norimbergae*, 1701. 4. Nat. 1670. =Θ. 1746. Effigies eius in numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. 184. No. I. ad p. 339. vid. *Bandurii Bibl. Nummaria*, n. CLX. p. 140. =143. — *Io. Fabricii Histor. Bibliotb.* Part. V. p. 244. — *G. Stolle* ad *Heumanni Conspect.* p. 819. 820.
	1700.	*Gaspar* THVRMANN*us*, Rostochiensis, ICtus, & Bibliographus, hoc anno varias instruere coepit Bibliothecas, tanqvam *Bibliothecam Academicam de rebus & iuribus Academiarum & Academicorum* &c. *Halae Magdeburgicae*, 1700. 4. *Bibliothecam Canonicam, Halae Magdeb.* 1700. 4. *Duellicam, seu de barbara, & belluina duellandi consuetudine*, ibid. eod. anno. 4. *Bibliothecam Statisticam*, f. *auctores praecipuos, qui de ratione status, & quae eo pertinent* .... scripserunt, *Halae Magdeb.* 1701. 4. *Bibliothecam Salinarium physico-iuridicam, in qua exhibentur auctores fere omnes, qui de Salibus et Salinis* ... *commentati sunt*, ibidem 1702. 4.

Nat.

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi III. Filio.* 1658. = 1705.		Nat. 1634.=θ. 1704. v. *Morhofii Polybist. Literar.* L. I. c. XVIII. §. 64. p. 209. Tom. I. *Polyb. Pract.* f. Tom. III. L. VI. Sect. VI. §. 1. p. 579. g. et Sect. VII. §. 14. p. 589. Tom. II.
	circa 1700.	*Christianus Theophilus* UNGERus, Theologus & Philologus Silesius, cuius est *De Aldi Pii Manutii Romani vita meritisque* in rem literatam Liber *singularis*, *auctus cura & studio Samuel. Lutheri Geret*, *Witebergae*, 1753. 4. Nat. 1671.=θ. 1719. v. *Stolle* ad *Heumann. Conspect.* p. 879. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1681.
	1700.	*Johannes Christophorus* WICHMANSHAVSENus, Ilsenburgo-Wernigerodensis, Theologus, & Philologus Ebraeus, Arabsque, Academiae Vitembergensis, haud dubie *hoc* ipso anno inclaruit, quoniam non paucis iam ante annis *de extinctione ordinis Templariorum*, *Lipsiae* 1685. 4. disseruit. Eam vero nominis & famae laudem his potissimum libellis tuitus est: *Lingua Ebraea de Cananaea triumphante*, *Vitebergae* 1704. 4. *Philologematibus de Teraphim*, ibid. 1705 4. *Dissertatione de Nergal Cuthaeorum*, ibid. 1707. 4. *Positionibus Philologicis de Alcorano* ib. 1718. 4. *de Navigatione Ophiritica*, ib. 1709. 4. *Exercitatione Philologica de* כמרים, *peregrinorum Deorum ministris*, ibid. 1713. 4. *Schediasmate Philologico de Samaria*, ibid. 1714. 4. *de abominando Moabi sacrificio*, ibid. 1716. 4. *de laceratione vestium apud Hebraeos vsitata*, ibid. eod. a. 4. *de lotione manuum*, ibid.

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Prncipibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		ibid. eod. A. 4. de *velis tabernaculi & templi*, ibid. 1718. 4. *de Aspergillo Hebraeorum sacro*, ibid. 1719. 4. *de operculo Arcae foederis propitiatorio* ibid. 1720. 4. *De curribus bellicis in oriente vsitatis* ib. 1722. 4. et *Gymnasio Arabico, in quo tres priores Davidis Odae Notis Critico-Analyticis exhibentur*, ibid. 1724. 4. Nat. 1663 =ϴ. 1727. Icon eius in numo *Mufei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab CLXII. No. VII. ad p. 260. vid. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 890 — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1699.
	1700.	*Gualtherus* MOYLIVS, Philologus, & Hiftoricus Anglus, cui duo inprimis memorabilia Epiftolarum genera debemus, alterum de aetate Philopatridis, (*Differtation upon the Age of the Philopatris, a Dialogue commonly attribuited to Lucian in feveral Letters*,) alterum de legione fulminatrice, (*The Miracle of the thundering Legion examined, London*, 1726. 8. v. *Clerici Bibl. ancienne et moderne*, T. XXVII. Part. I p. 175. feq. vtrumque legitur in eius Operibus iunctim editis, (*Works none of which were ever before publish'd*) *Londini*, 1726. 8. mai. alterutrum vero ex anglico latine vertit, obfervationibusque illuftravit *Jo. Laur. Moshemius*, in *Syntagmate Differtationum Sacrarum*, p 621. feq Nat. 1672 =ϴ. 1721. v. *Stolle* ad *Heumannum*, p. 769. 770. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, T. III. voc. (Gautier) *Moyle*, Ecrivain Anglois.
	circa 1700.	*Antonius* ASHLEY, Earl of SHAFTESBVRY,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		RY, Comes Londinensis, Philosophus, & Philologus. Noti sunt eius Caracteres (*Characteristiks of Men, Manners, Opinions and Times*) non semel editi, inprimis *Londini*, 1715. 8. 1733. 8. tribus codicibus. Nat. 1671. = ⊖. 1713. vid. *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Antoine Ashley Cooper, Comte de) *Shaftesbury.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1607.
	1700.	*Guilielmus* WORTH, Theologus, & Philologus Wigorniensis Aaglo-Britannus, *Tatiani orationis ad Graecos*, & *Hermiae irrisionis Gentilium Philosophorum* graece & latine, Oxoniae 8. hoc anno editor (v. *Act. Erudit.* 1701. p. 268.) vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. VI. p. 164.
	1700.	*Johannes* ALSTORPHIVS, Groninganus, ICtus & Philologus non maximae sagaritatis & iudicii, hoc anno *de lectis & lecticis, Harderovici*, disseruisse videtur, quae disputatio mox in iusti libelli formam commutata est, *Amstelaedami*, 1704. 12. postea aliud sibi antiquitatis argumentum, *de hastis* quippe, illustrandum sumsit, eoque circa A. 1718. (arg. L. II. *Occupationum Tusculanarum*, L. II. c. IX. p. 106.) progressus est, vt *Libri* etiam *tertii capitisque* VI maxima pars typorum machinis exiret, paginis 66. iam excusis. Verumtamen absolutionis spem consiliumque interveniens eius mors destituisse videtur. Cum vero huiusmodi chartae in operis redemtorum scriniis tamdiu sine lucro haesissent, multumque aeris ad

SAEC. XVII.	SAER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		ad imagines, quotquot vacuefacta orationis loca inseri iubebant, radio describendas, erogandum fuisset, libri tum illius domini cetera, me invito, strangulare, quam maiorem damni fortunam subire maluerunt. Affectum igitur, truncatumque opusculum in lucem protruserunt, hoc sub titulo: *Ioh. Alstrophii, ICti, de Hastis veterum opus posthumum nnnc primum in lucem editum cum multis tabularum aenearum Iconibus, Amstelaedami & Lipsiae* 1757. 4. Interim curaui, ne foliorum residuae partis, quae iam antea typorum formulis expressa fuit, penes me servandae, memoria prorsus interiret. Vide, si tanti est, quae Bibliopolarum nomine ad hunc librum praefatus sum.
	circa 1700.	*Johannes* HEYMAN*us*, Philologus Ebraeus Academiae Leidensis, & Archaeologus. Eius Iter in orientis solis regiones institutum e schedis patrui sui descripsit *Johannes Wilhelmus Heymanus*, (*Reizen door een gedeelte van Europa, klein Asien, verscheide Eilanden van de Archipel &c. in den beginne van deze Eeuw gedaan door Johan Aegidius van Egmond van der Nyenburg, en Johannes Heyman,*) *Lugduni Batavorum*, 1757. 4. duabus Partibus.
	circa 1700.	*Johanna* KOERTEN, Mulier graphidos peritissima. Nat. 1650.=ɵ. 1715. vid. *Levensbeschryving van eenige voornaame Mannen en Vrouwen*, Part. I. p. 90.=92.
	1700.	*Adrianus* RELANDVS, Rypa-Westfrisius,

SAEC. XVII.	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus. — *Leopoldo, Ferdinandi* III. *Filio.* 1658. = 1705.		Philoſophus primum Hardervicenae, tum Philologus, & Archaeologus Ebraeus noſtrae Academiae, hoc anno *Orationem de incremento, quod Philoſophia cepit hoc ſaeculo dictam publice* 1699. *cum Philoſophiae docendae provinciam ſuſciperet, Amſtelaedami* 4. edidit. Scriptorum eius praeſtantiſſimorum hoc loco cenſum agere ſecundum alios non eſt neceſſe. Id monere ſufficit, *Poëmata* eius omnia, quotquot reperiri potuerunt, ab ampliſſ. *A. Perrenoto* digeſta, & vulgata fuiſſe, *Traiecti ad Rhen.* 1748. 8. vbi etiam Epitaphium, quod ſibi ipſe poſuerat, legitur, p. 149. Vno ore laudatur a Batauis, & exteris, velut a *Broukhuſio*, ad *Tibulli* II. Eleg. II. 15. *publico literarum bono natus*, *Burmanno* ad *Propert.* II. El. IV. 4. p. 243. *inter principes Bataviae noſtrae eruditos cenſendus, ſi vitam ei fata produxiſſent*, & *Henr. Alberto Schultenſio* V. C. in oratione p. 36. *inſigne Academiae Traiectinae Ornamentum, vir politiſſimi ingenii & doctrinae plane exquiſitae*: a *La Croſio* in *Entretiens ſur divers ſuiets d'Hiſtoire*, p. 205. vocatur: *Homme fort ſavant, et fort iudicieux*, & *Ioh. Alb. Fabricius* in *Indice*, Tom. III. *Bibl. Latin.* voc. *Auctor Itinerarii. Dolendum eſt*, inquit, *conſilio eruditiſſimi Relandi, qui veterum Itinerariorum novam ἔκδοσιν nuper parabat, praematurum fatum A.* 1717. *interceſſiſſe* (Cf. quae adnotaui ſupra, Part. I. ad *Tabulam Peutingeranam*, p. 502. Nat. 1676 = ⊖. 1718. vid. *A. Pars Index Batavicus*, p. 331. & 424. — *Io. Fabricii Hiſtor. Bibliothecae*, Part. VI. p. 120 = 122. — *Gaſp. Burmanni Traiectum*

SAEC. XVII	AER. CHR.	PARS QVINTA.
Principibus.		*tum eruditum*, p. 293 = 301. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Adrien) *Reland.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1550. 1551. — *Paquot Mémoires*, Tom. I. p. 9. = 22.
Leopoldo, Ferdinandi III. *Filio* 1658. = 1705.	circa 1700.	*Gerlacus* SVIKER, Helmonda-Batauus, ICtus, et Historicus Lugdunensis. Eius Chronicon Catholicum (*Algemeene Kerkelyke en Wereldlyke Geschiedenissen des bekenden Aard Kloots ... van de Schepping der Wereldt tot de doodt van Willem den III. Koning van Engeland* &c.) in lucem protulit *Isaacus Verburgius*, *Amstelaedami* 1721. = 1724. fol. decem Partibus. Nat. 1669. = ⊖. 1717.
	1700.	Regia *Societas* BEROLINENSIS sub auspiciis *Friderici*, primi Borussorum Regis, originem & incrementa cepit. v. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. I. p. 984. 985.

HACTENVS PARS QVINTA.



DVAE APPENDICVLAE NOVAE
TERTIAE
et QVARTAE PARTIS
cum
ANALECTIS QVINTAE PARTIS.

APPENDICVLA PARTIS III.

Ad pag. 58. | circa | 1515. | *Balthasar* CASTILIONEVS, (vulgo: de *Castiglione*,) Mantuanus, illustri gente ortus, variis principibus & Pontifici a consiliis, legationibusque, Orator, & Poëta cultissimus, maritus *Hippolytae Taurellae*, itidem feminae eruditae, sub cuius nomine Epistolam versibus scripsit, praeter alios a Paulo Colomesio in Cim. Liter. c. 36. p. 79=87. vulgatam.

Nat. 1478.=ϴ. 1529.

v. *Paul. Jovius*, in *Elogiis doctorum virorum*, n. LXXVII. p. m. 177.=180. — *Morhofii* Polyh. Practic. L. I. c. I. §. 9. p. 486. Tom. II. — *Brouckhusius* ad *Propert.* IV. III. 1. p. 343. f. — *Menckeniorum Bibliotheca doctorum militum*, n. LXI. p. 140.=142. — *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1143. — *Biörnstählii Iter*, Part. V. p. 134. ed. Batav.

Ad pag. 60. | circa | 1515. | *Paulus* LANGIVS, Zuiccaviensis, Sacerdos Benedictinus, Chronographus, Chronici Citizensis auctor.

Nat. 1487.=ϴ. post A. 1536.

vid. *Ger. Ioh. Vossius* de *Historicis Latinis*, L. III. p. m. 579. 580. — *Bayle Dictionaire Tom.* III. voc. (Paul) *Langius*, Moine Allemand. — *G. Stolle* in *Adnotationibus* ad *Heumanni*

manni Conſpectum, p. 256. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1380.

Ad p. 61. poſt *Michaëlem* | 1516. | *Bernardinus* ARLVNVS, Patricius Mediolanenſis, Hiſtoricus, *De bello Veneto Libros* VI. ab A. MD. vsque ad hunc annum MDXVI. ſcripſit, qui *Theſauri Italiae*, Tomo V. Parti IV. inſerti fuerunt.

Θ. poſt A. 1535.

vid. *P. Burmannus*, maior, ad *Theſauri Italiae*, Tom. IV. Part. I. p. (29.) 30. — *I. A. Fabricii Conſpect. Theſ. Ital.* p. 97. = *Jo. Maria Mazzuchelli Gli Scrittori d'Italia*, Vol. I. Part. II. p. 1099. 1100.

Ad p. 97. ante *Franciscum Campanum* | circa 1523. | *Johannes* SCHORELIVS, Alcmaranus, pictor Rheno-Traiectinus. Nat. 1495. = Θ. 1562.

vid. *Gaspar. Burmanni Traiectum eruditum*, p. 342. = 345.

Ad p. 109. poſt *Piſtorium*, | 1525. | *Franciscus* LAMBERTVS, Avenionenſis, Theologus Pontificius, & Philologus. Eius Commentarius in *Lucam*, *Argentorati*, 1525. 8. & *Francofurti*, 1693. 8. item in *Apocalypſin*, *Baſileae* 1528. & 1539. 8. laudatur. — vid. *Königii Bibliotheca Vet. & Nov.* voc. — *Bayle Dictionaire*, Tom. III. voc. (François) *Lambert*. — *Gerdes Florilegium*, p. 217. = 222. — — *Freytag Analecta* p. 508. = 511. — *Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (François) *Lambert*, Theologien. — *Catal. Biblioth. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1376.

Ad p. 132. poſt *Landum*, | 1530. | *Ferrantes* LOFFREDVS, Marchio Trevicus, Carolo V, tanquam regi Hispaniae, vt videtur, a conſiliis bellicis, Hiſtoricus, et Archaelogus, hoc anno, teſte *Pompeio Sarnello* in Praefatione ad editionem A. 1675. primum prodiit *Antiquitas* eius *Puteolorum & diſſertatio de Situ Palaepolis ac Neapolis*, ſaepius deinde recuſus liber. De etruſco autem latinum fecit, *Theſaurique Italiae*, Tomo IX. Parti IV. inferendum curauit *Sigebertus Hauerkampus*. vid. omnino *P. Burmannus* in Praefat. ad *Theſ. Ital.* Tomum IX. p. (10.)

Ad

Ad p. 149. post *Janum Secundum*, | 1530. | *Regnerus* PRAEDINIVS, Winsumo Ommelandius, Theologus, & Philologus Gymnasii Groningani. *Opera* eius edita sunt, *Basilae*, 1530. & 1563. fol. — Nat. 1509 =Θ. 1559. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Jo. Fr. Foppens Biblioth. Belg.* Tom. II. p. 1058. — *Gerdes Florilegium*, p. 282. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1531.

Ad p. 325. post *Christophorsonum* | 1554. | *Bonaventura* ANGELVS, (vulgo: *Bonaventura Angeli*,) Historicus Parmensis. Hoc anno dicitur euulgasse: *La Vita di Lodovico Cati, Gentiluomo Ferrarese, profondo Dottor di Leggi, e principal Ministro degli Estensi. In Ferrara*, 1554. Post eius mortem haud dubie prodiit: *Istoria della città di Parma e descrizione del Fiume Parma Libri VIII. in Parma*, 1591. 4. Θ. 1576.

vid. *David Clement, Bibliotheqve Curieuse*, Tom. I. p. 325. — *Jo. Maria Mazzucchelli Gli Scrittori d'Italia*, Vol. I. Part. II. voc. (Bonaventura) *Angeli*, Storico rinomato, p. 734. 735.

Ad pag. 358. post *Labittum*, | 1557. | *Johannes* ROBERTVS, ICtus Aurelianensis, regi Franciae a consiliis, & Philologus, *Iacobi Cuiacii* adversarius, hoc anno *Sententiarum Libros IV. Lutetiae*, apud *Michaëlem Vascosanum*, recusos postea 1588. fol. tum *Receptae Iuris Ciuilis Lectionis Libros II.* forte *Aureliae*, 1566. argumento subscriptionis Epistolae ad *Hieronymum Thennerum*, ibidem in lucem prodire iussit, *Helmstadii* postea 1586. 8. typis repetitos. porro *Animadversionum Iuris Civilis Libros III.* itidem, vt reor, *Aureliae* 1579. promulgauit. Ad quos libros *Iacobus Cuiacius* sub nomine *Antonii Mercatoris*, *Notata*, *Avarici Biturigum*, edidit: non quiescente *Roberto*, qui *Notas* ad *Notata Iacobi Cuiasii Mercatoris* reposuit. *Aureliani*, 1582. quae omnia sub titulo *Controuersiarum Iohannis Roberti Aurelianensis*, & *Iacobi Cuiacii Bituricensis*, typis renovata fuerunt Marpurgi Cattorum, 1592. 8. vid. *Bayle Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Jean) *Robert*. Professeur.

Ad pag. 437. post *Belleforestum* | 1568. | *Joachimus* GRELLIVS,

LIVS, nescio cuias, forte Spirensis, qui in *Epistola* ad *Leonmannum Schiller*, *Camerae*, vt dicitur, *Imperialis Spirae Assessorem*, auunculum suum Kalendis Nouembribus A. 1568. scripta, huius *Schilleri* collegam se esse ait p. 286. editionis mox laudandae *Drakenborchianae*, Chronologus, & Philologus Scripsit autem *Chronologiam in T. Livii historiam*, *accommodatam ad Tabulas Capitolinas*. & hoc ipso anno edidit in fol. eaque Chronologia deinceps editioni *Livii Francofurtanae* eodem anno vulgatae accessisse videtur. Pauci vel nomen eius norunt. Cum enim in *Miscellaneis Lipsiensibus Novis*, Vol. II. Part. IV. p. 643. et Vol. III. Part. IV. p. 275. nonnulla ex eius *Chronologia ad T. Livii Historiam*, & *Epistola nuncupatoria* dedissem excerpta, *Jo. Matthi. Gesnerus* meus ad me circa A. 1746. sic scripsit: Quis est *Joachimus Grellius? & vbi illa Chronologia in Livii Historiam? Forte in editione Crevierii*, *quam nondum satis inspexi*. Immo vero eius *Praefationem Chronologiae praefixam* descripsit *Arn. Drakenborchius* in praeclarae editionis suae, *Tomo* VII. p. 284=287.

Ad pag. 455. post *Maldonadum* | circa 1570. | *Hector* PINTVS, Covilhanoënsis Lusitanus, Theologus Pontificius, et Philologus Academiae Coimbricensis. Eius *Commentarius* in *Esaiam*, *Ezechielem*, *Danielem*, *Nahum* ab intelligentibus harum rerum laudatur.

Θ. 1584.

vid. *Königii Bibliotheca Vetus & Nova*. voc.

Ad eand. pag. | circa 1570. | *Franciscus* RIBERA, Villacastinensis Hispanus, Sacerdos Jesuita, Theologus, Historicus, & Philologus Academiae Salamanticensis. Eius libri V. *de templo Hierosolymitano*, *& de iis quae ad Templum pertinent*, *Lugduni* 1593. 4. & *Antwerpiae* 1602. item *Commentarii* in *Apocalypsin*, *Lugduni* 1592. 4. eruditis hominibus probantur — Θ. 1591. vid. *Königii Bibliothec. Vet. & Nov.* voc. — *Crenii Animadvers.* Part. X. p. 260. et Part. XV. p. 99. qui eius Commentarios laudat. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. VI. p. 513. 514.

Ad pag. 459. post STVPPAM | circa 1570. | *Menso* ALTIN-

 GI-

GIVS, avus *Iacobi*, facerdos primum Emdanus, mox oraculorum divinorum ab A. 1566. Praeco Groninganus, vir pius, & doctus, qui multum ftudii & operae in emendandis ritibus facris collocauit. ☉. 1612. Epiftolam eius ad *Abrahamum van der Milen*, vel *Mylen* edidit *Crenius* in *Animadverfionibus Philologicis*, Part. XI. p. 126. f. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1020. — *Joh. Henric. Andreae*, vir doctiff. in *Commentatione Hiftorico-Literaria de quibusdam eruditorum luminibus & Palatinatum et Belgium quondam docendo illuftrantibus*, *Specimine* II. §. III. p. 14.

Ad p. 473. poft *Vidum Fabrum*, | circa 1573. | *Blafius* et *Johannes* MONLVCII, duo fratres nobiliffimi, alter exercituum dux Francicus, alter Episcopus Valentinus. Prioris funt: *Commentaires de Blaife de Monluc, Maréchal de France, où font decrits les Combats, Rencontres, Batailles, Sieges, et autres faits de guerre fignalés, où il s'eft trouvé depuis l'an.* 1521. jusqv'en 1572. fol. & 8. Alterius eft: *Harangve de Jean de Monluc pour l'Election du nouveau Roi de Pologne, Paris.* 1573. 8. *Jo. Monlucii, Epifcopi Valentini, Defenfio pro illuftriffimo Andium Duce aduerfus calumnias quorumdam: alia aduerfus huius ipfius defenfionis calumnias, Zachariae Furftneri defenfio pro innocente tot millium animarum fanguine in Gallia effufo, Lufiniani Pictonum*, 1574. 8. item *Remontrance aux Etâts de Langvedoc, tenu à Bezieres, par Jean de Montluc Evêqve de Valence.* 1578. 8. — vid. *Scaevolae Sammarthani Elogiorum Liber* III. n. II. p. 124.=127. — *Lenglet du Fresnoi Catalogve des Hiftoriens.* p. 68. 69. 72.

Ad pag. 476. poft *Moralem* | 1573. | *Franciscus* TOLETVS, Cordubenfis Hispanus, facerdos Jefuita, Theologus Pontificius, & Philologus, hoc anno *Commentaria in Libr. VIII. Phyficorum Ariftotelis* fcripfiffe dicitur, tum *Inftructionem Sacerdotum et poenitentium, Venetiis*, 1575. editam, nec non *Commentarium in Lucae & Johannis Euangelium*, a *Cafaubono* in Epiftola ad *Frontonem Ducaeum*, n. DCCXXX. p. 394. laudatum. Nat. 1532.=☉. 1596.

vid. *Königii Bibl. Vet. et Nov.* voc. — *Anton. Teiffier Eloges des Hommes Savans.* Part. II. p. 219.=222. & in *Addend.*

dend. p. 425. — *Morhofius* in *Polyh. Philosoph.* L. I. c. XI. §. 21. p. 60. Tom. II. — *Pope-Blount*, p. 814.=817. — *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. III. p. 408. 409. — *Krantzius* ad *Conringium* Saec. XVI. c. I. p. 163. (29)

Ad pag. 551. post *Burchelatum* | 1582. | *Guilielmus* ESTIVS, Gorcumo-Batauus, Theologus Pontificius, et Philologus cum Academiae Louaniensis, tum Duacensis, hoc anno *Martyrium Edmundi Campiani*, *Soc. Iesu* de francico sermone latinum fecit, *Lovanii* 8. Eius inprimis *Commentarius* in *omnes B. Pauli Epistolas*, ipso quidem viuo edi coeptus, et post mortem demum eius absolutus *Duaci*, item *Coloniae* 1631. fol. a iudicibus idoneis vehementer laudatur. Nat. 1543. circiter =θ. 1613. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. (Gvilh.) *Esthius.* — *Io. Franc. Foppens Bibliotheca Belgica*, Tom. I. p. 399. 400. vbi eius Icon. — *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. I. p. 270. 271. *Part.* II. p. 103. & Part. IV. p. 21. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1227.

Ad pag. 563. post *Claverium* | 1584. | *Michaël* AITSINGERVS, (theotisca dialecto *Eytzinger*, vel *Eyzinger*, sic enim ipse se scripsit,) nobilis Austriacus, *Carolo* V. *Ferdinando* I. *Maximiliano* II. et *Rudolpho* II. a consiliis, rerum Belgicarum Scriptor minime contemnendus, tantoque magis a me commemorandus esse videtur, quod nusquam a quoquam domesticorum Batauiae Scriptorum eius mentionem factam esse reperi. Hoc autem anno theotisce vulgauit: *Niederlaendische Geschichts Beschreibung von A.* 1559. *bis* 1584. *Coeln.* 1584. 4. eodemque circiter, vel superiori iam anno res Belgicas et Batavas descripsit, imagine *Leonis Belgici* vsus, qui alia deinceps forma apparuit sub hoc memorabili titulo: *Nouus ad Hispaniae et Hungariae Reges ter maximos de Leone Belgico, eiusque Topographica atque historica descriptione Liber quinque partibus Gubernatorum Philippi Regis Hispaniarum, ordine, distinctus, insuper et elegantissimi illius artificis* Francisci Hogenbergii *bis centum et octo figuris ornatus*: *rerumque in Belgio maxime gestarum inde ab anno Christi MDLIX. vsque ad Annum MDLXXXVII. perpetua narratione continuatus*, Michäele Aitsingero, Au-

 stria-

ſtriaco, *auctior et locupletior*, *acceſſione quinque annorum*, *et nonaginta ſex chartarum* 1588. 4. et in fine legitur: *Coloniae impreſſit* Gerardus Campenſis. Ex cuius libri, admodum rari, Dedicatione ad *Rudolphum* II. Imperatorem, & *Philippum* Regem haec decerpere placet: *In laudem et gloriam divini nominis*, *atque vtilitatem proximi ſuſceptum Deſcriptionis Topographicae et Hiſtoricae Leonis Belgici opus*, *qua potui reuerentia*, *&* *humilitate veſtris Maieſtatibus ante quinque plus minus annos in perpetuum devotionis*, *fidei*, *et obſervantiae meae erga Maieſtates veſtras teſtimonium conſecraui*, *inſcripſi* &c et ex Praefatione *ad Lectorem*: *cum primum*, inquit, *Anno Chriſti Salvatoris noſtri milleſimo qvingenteſimo qvinqvageſimo tertio iuuenis adhuc a parente mihi chariſſimo atque obſervantiſſimo*, *deinde*, *poſt obitum eiusdem ab Imperatore Maximiliano* II. *glorioſiſſimae memoriae*, *Domino meo Clementiſſimo*, *Anno eiusdem Salvatoris noſtri* 1568. *in Belgium miſſus*, *ſpatio plusquam viginti annorum*, *varias ibidem rerum*, *perſonarum*, *ac temporum viciſſitudines obſervaſſem* &c. *Operae pretium me facturum tandem exiſtimaui*, *ſi noua quadam*, *atque hactenus inaudita ratione totam inferiorem Germaniam*, *ſive Belgium in Leonis formam redigerem*, *eundemque ſingulari quodam libro topographice atque hiſtorice deſcribendo explicarem* &c. — Eiusdem quoque *Eyzingeri* ſive *Aitſingeri* eſt: *Jaehrige Geſchicht-Beſchreibung von Anno* 1589. *bis* 1599. *Cölln* 1594. 4. duobus codicibus.

Ad pag. 574. poſt *Harium* | 1585. | *Simon* STEVINVS, ſive STEPHANVS, Brugenſis, aggerum Batauorum Praefectus, inſignis Mathematicus, quo magiſtro vſus eſt *Mauricius* princeps, Batauorum Gubernator. Hoc anno *Arithmeticam*, *ſeu Artem ſupputandi* promulgauit typis *Plantinianis*. 8. Eius quoque Libri de *Architectura militari* in pretio haberi ſolent. Notentur eius *Oeuvres Mathematiques*, Leyde. 1634. fol. apud *Elzevier*. — v. *Bayle Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Simon) *Stevin*, Mathematicien. — *Foppens Biblioth. Belgic.* Tom. II. p. 1102.

APPENDICVLA PARTIS IV.

Ad pag. 21. poſt *Colvium* | 1588. | *Chriſtophorus* VLADE-RAC-

RACCIVS, Geffenfis Brabantus, primum Rector Scholae Amisfurtenfis, tum Silvaducenfis, Philologus. Eo anno *Chriftophori Vladeracci*, *Ducis Sylvii Polyonyma Ciceroniana fub Gallicis vocabulis literarum ordine pofitis* digefta prodierunt, *Antwerpiae* 1588. 8. et *Rothomagi* 1620. 12. (v. *Fabricii Bibl. Lat.* L. I. c. 8. p. 162. Tom. II. — ⊖. 1601. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Io. Fr. Foppens Bibliotheca Belgica*, Tom. I. p. 181.

Ad pag. 28. poft *Broffeum* | 1598 | *Franciscus* ADAMVS, Firmanus, Hiftoricus, hoc anno edidit *De rebus geftis in Civitate Firmana Fragmentorum Libros duo ex Bibliotheca D. Caefaris Ottinelli*, *Romae*, 1590. 8. et 1591. 8. poftea in *Thefauro Italiae Tom. VII.* Part. II. repetitos.
vid. *Burmanni* maioris *Praefatio ad Tom.* VII. Part. I. — *Io. Maria Mazzuchelli Gli Scrittori d'Italia*, Vol. I. Part. I. voc. (Francefco) *Adami*, p. 129. 130.

Ad pag. 29. poft *Donatum* | circa 1590. | *Benedictus* JVSTINIANVS, Genuenfis, Sacerdos Jefuita, Theologus, Rhetor, & Philologus Romanus, Commentarium in *omnes Epiftolas Catholicas N. T.* fcripfit. — ⊖. 1622. — vid. *Königii Bibliotheca Vet. & Nov.* voc. — *Simonis Hiftor. Crit.* N. T.

Ad pag. 37. poft *Hunnium* | circa 1590. | *Nicolaus* ISTVANFIVS, nobilis Hungarus in arce paterna prope Quinqve-Ecclefias natus, regibus aliquot Hungaris a confiliis, praeclarae fidei Scriptor *rerum Hungaricarum.* — Nat. 1538. =⊖. 1615. — vid. *Menckeniorum Bibliotheca doctorum militum*, n. CXXIV. p. 253 = 255. — *Alexii Horányi Memoria Hungarorum*, Part II. p. 247. = 264.

Ad pag. 38. poft *Schindlerum* | circa 1590. | *Barholomaeus* SCHOBINGERVS, San-Gallenfis Heluetius, ICtus, et Hiftoricus, cuius extant Adnotationes in *Joachimi Vadiani Farraginem Antiquitatum Alemannicarum*, *Hanoviae* 1661. fol. Tom. III. obviam. Ex eius quoque Bibliotheca prodierunt *Paraenetici veteres cum Notis Melchior. Heimensfel-*

 di

di Goldasti, Insulae, 1604. 4. — Θ. 1604. — *Io. Fabricii Histor. Bibliothec.* Part. III. p. 8.

Ad pag. 54 post *Canisium* | 1592. | *Georgius* EBERLINVS, ICtus, & Philologus, qui hoc anno primum *De Origine Iuris & omnium Magistratum et successione Prudentium Explicationem* cum historica Iuris consultorum ab Hadriano vsque ad Imperatorum Maximinum συνεχεια edidisse videtur *Henricopoli*. 4. vid. *Catalogus Bibliothec. Iac. van Vaassen, Quarto.* n. 38. p. 10.) qui liber iterum, *Vitembergae* 1613. 4. et tertium *Plaviae Variscorvm* prodiit 1672. 4.

Ad pag. 91. post *Arcerium* | 1598. | *Pancratius* CASTRICOMIVS, (vulgo: *à Castricum*) Alcmaranus, vrbi Groninganae ab epistolis & causarum publicarum patrocinio, Grammaticus et Bibliographus Batavus. Hoc anno prodierunt eius ad *Willerami Paraphrasin Cantici Canticorum Notae* a *Paulo Merula*, *Lugd. Batavorum*, 1598. 8. editae. vbi *Castricomius* p. 36. laudat *doctissimum virum Paulum Merulam*, *amicum suum:* qui ipse *Paulus Merula Castricomium* vicissim in *Commentario ad L. VII. Annal.* p. CCCCVI. laudans, quamvis forensibus turbis immistum, secretiorum tamen litterarum diligentissimum scrutatorem & acutissime ibi divinasse ait. — Θ. 1619. — v. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Pars Index Batavicus*, p. 348. =350. 402. 403. — Postquam vero hac ipsa in Parte IV. ad A. 1601. p. 137. *Valerium Gouthovium* et *Pancratium Castricomium* miscueram, auctoritate *Molleri* in *Homonymoscopia* deceptus, multum sane gratiae debui Clarissimo nostro mihique amicissimo M. *Tydemanno*, cum illius mihi erroris indicium privatis literis faceret. Digna certe est eius animadversio, quae a me hoc loco referatur. Sic autem ait: *Doleo equidem*, *Mollerum haut indicasse*, *cur eumdem hominem fuisse scripserit Valerium* Gouthovium, (*errore forsan*, *librarii*) *et* Pancratium Castricomum 1 — *neque illam inter vtrumque nomen agnosco convenientiam*, *quae est inter Belgica* Gerhardi Gerhardi filii, *et Latino-Graecum* Desiderii Erasmi. *Molleri fidem interim secutus est etiam* Jöcher *in* Lexico Eruditorum, (*teutonice scripto*) *voc.* Castricomius: *Sed praeter hunc*, *ex Valerio Andrea*, ne-

notauit Gouthovium (Valerium). *Interim alium ab hoc fuisse* Castricomium *haut dubito: non tantum propter rationes a Te redditas in Epistola ad me dulcissima, sed et propter fidem Valerii Andreae Bibl. Belg.* p. 710. & 842. *et Foppensii, qui quoque vtriusque meminit, Bibl. Belg.* Tom. II. p. 938 & p. 1149. — *Quod priori loco notauit, A.* 1614. *in Academia Groningana constituenda Castricomium verba fecisse, refertur itidem in Vitis Professor. Groningens.* p. 7. *Stylo Vbbonis Emmii, nulla tamen, quae nec abesse debebat* Ordinum Foederatorum *mentione facta. Laudauit Emmius & alibi Castricomium, libr. de Agro Frisiae inter Lavicam & Amasin p.* 63. *ed. mai. p.* 227. *ed. min.* — *Eius Epistolae binae ad Scriverium editae sunt inter Insignium Virorum Epistolas selectas ab Jano Gvil. Meelio editas (Amstel.* 1701. 8.) p. 77. 80. — *atque tanquam communis Scriverii, et Iac. Hovii amicus laudatur ibid. p.* 95. — *Epistola Castricomii ad Camdemum est I. p.* 61. *inter Camdenianas (Londini* 1691. 4.) *qua ait, se superioribus annis (ante* 1597.) *vrbis Enchusanae fuisse Syndicum.* — *Laudatur et a Marc. Lycklama Membran. L. VII. Ecl.* 38. *p.* 334. *b. Pancratius Castractius: hunc vero nostrum esse Castricomium,* dubitare non licet ex adiecta (Syndici Groningensis) muneris mentione. *Quid Cornelius van der Woude de eo notauerit, ex Parsio* p. 402. *novisti: nescio vero, qua fide is adferat, tribunali Iudicum supremo Hollandico consiliarium Castricomium: eius certe nomen omittitur in eorum Judicum Catalogis, qui sunt in Gouthoevii Chronico, et Lewii Batavia illustrata. Castricomium vernacule vertisse, et adnotationibut illustrasse Willerami Paraphrasin Cantici Salomonaei, editam a P. Merula, Lugd. Bat.* 1598. 8. *satis constat, tam testimonio Pontani Origg. Franc.* p. 582. (*apud Parsium* p. 350.) *quam designatione Merulae, sive in dedicatione et Praefatione Willerami, sive in Epistola ad Camden.* p. 63. — *Idem ostendisse Stadenium, in Praefat. in Explic. Vocab. Bibl. Germ.* p. 46. *seq. scribit Jo. Ge. Scherzius, Praef. in Willer. in Schilteri Thesauro Antiqq. Germ.* Vol. II. — *Perperam igitur hanc versionem* Jano Houteno *tribuunt* Franc. Iunius *in Observatt. in Willer. p.* 17. 303. *atque alibi, et Gvil. Cave Hist. Litt. Script. Eccles.*

Ecclef. Vol. II. p. m. 148. *dubiusque loquitur Hamberger, Zuverläff. Nachr. Tom. III. p.* 787. — *In his ad Willeramum Adnotatt.* p. 5. *fuum* Alphabetum Hebraicum; et p. 134. Notas ad Epitomen Hiftoriae Frifiorum *excitat.* — *Memini quoque, de Caftricomio, adnotationum in Willeramum auctore,* Diecmannum, *in Ind. Abbrev. voc. Caftr. ad Will. poft praefationem ad* Specimen Gloffarii Latino-Theotisci, *laudare Cafaubonum de Lingva Sax. vet* p. 144. — *Idem docuit Cl. Kluit in Maendelykfche Bydrag,* Tom. I. p. 372. feq. — *Plura de Caftricomio mihi non innotuerunt.* Hactenus Cl. *Tydemannus.*

Ad pag. 113. poft *Pignorium* | circa 1600. | *Ludovicus de* ALCAZAR, Hispalenfis, Sacerdos Iefuita, Theologus & Philologus, Scripfit. Commentarium in Apocalypfin Iohannis. — Nat. 1554.=Θ. 1613. — vid. *Bayle Dictionaire*, Tom. I. voc. (Louis de) *Alcafar.* Jefuite Espagnol.

Ad pag 118. poft *Malherbam* | circa 1600. | *Nicolaus* de VILLA NOVA, dominus VILLAE REGIAE, (vulgo: De *Neuville*, Seigneur *de Villeroy,*) ICtus, Regibus *Henrico* IV. & *Ludovico* XIII. a confiliis, Hiftoricus, Commentarios rerum fuae aetatis fcripfit. (*Mémoires fervant à l'hiftoire de notre temps, avec la confirmation, fous le titre de Mémoires d'Etât à la fuite de ceux de Mr. de Villeroy.*) *Sedani* 1622. *Parif.* 1624. 8. 1636. 8. & 1685. 12. quatuor codicibus; tandem *Amftelaedami*, 1723. 12. feptem codicibus fub titulo: *Mémoires d'Etât de Nicol. de Neufville, Seigneur de Villeroy fous Charles IX. Henri III. Henri IV. Louis XIII.* (1567.=1604.) *publiés par Auger de Mauleon de Garnier, avec d'autres Mémoires recueillis enfuite de ceux de Mr. Villeroy depuis* 1572.=1620. *publiées par du Mesnil Bafire. Amfteld.* 1723. 12. — Θ. 1617. — vid. *Remarqves d'Etât, et d'Hiftoires fur la Vie et les Services de Mr. de Villeroy, Paris* 1618. 12. (*Lenglet du Fresnoy Catalogve des Hiftoricus, Tom.* IV. p. m. 89.)

Pag. 137. totus ille locus | 1601. | Valerius GOVTHOVIVS, five *Pancratius* Caftricomus, cum reliquis expungatur.

Ad

Ad pag. 179. poſt *Braſichellenſem* | 1607. | *Michaël Angelus* BVCCIVS, Romanus, Sacerdos Congregationis Oratorii, Biographus, hoc anno in funere ill. D. *Caeſaris Baronii Cardinalis* Orationem habuit Romae, 1607. 4. item *Moguntiae* eodem anno editam. 4. — vid. *Io. Maria Mazzuchelli*, *Gli Scrittori d'Italia*, *Vol.* II. Part. IV. voc. (Michele Angelo) *Buccio*, p. 2265.

Ad pag. 201. poſt Borromaeum | circa 1609. | *Rudolphus* BOTEREIVS, (vulgo: *Bouthrays*,) Aurelianenſis, ICtus, & Hiſtoricus Pariſienſis, cuius Commentarii de rebus toto orbe geſtis, ab A. 1594. vſque ad A. 1609. prodierunt in *Hiſtoriopolitographia*, *ſive Opere Hiſtorico-Politico duorum clariſſimorum Hiſtoricorum Rudolphi Boterei*, & *Petri Matthaei*, *Francof.* 1610. 4. Is ipſe quoque *veterum recentiorumque Scriptorum de Auguſta Aurelia*, *et Ligeri*, *et tractu ſuburbano*, *et vicino Elogia*, *Pariſiis*, 1615. 8. tum *Ludovici* XIII. *quadrimeſtre Itinerarium ab Oceano Neuſtriaco ad Montes Pyrenaeos A.* 1620. *collegit ex tertio Tomo Annalium ac ſeorſim publicauit*, *Pariſ.* 1621. 8. nec non *Vrbis gentisque Carnutum Hiſtoriam* concinnavit *Pariſiis*. 1620. 8 & *Caſtellodunum*, *ſeu primariam vrbem Dunenſis Comitatus verſibus celebrauit Pariſiis*, 1627. 8. — vid. *Bayle Dictionaire Hiſtorique*, Tom. I. voc. (Rodolphe) *Botereius*, Avocat à Paris. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1105.

Pag. 206. totus ille locus | circa 1610. | *Theodorus Agrippa* ALBINAEVS, collatus cum pag. 285. omnino tollatur.

Ad pag. 208. poſt *Chifletium*, | 1610. | *Henricus* IVSTELLVS, *Chriſtophori*, de quo infra Part. IV. p. 245. Filius, patre ſuo citius ſcribendo inclaruit, ortu Gallo-Francus, habitatione Londinenſis, Regis Franciae Oratori ad Anglo-Britannos miſſo ab epiſtolis, poſtea Regi Anglo-Britanniae a Bibliotheca, ICtus Londinenſis, Iuris Canonici veteris peritiſſimus, hoc anno *Codicem Canonum Eccleſiae uniuerſae* adnotationibus illuſtratum edidit *Pariſiis*, 8. qui poſtea locupletior, ibidem 1618. 8. prodiit, & in Tomo

I. *Bibliothecae* eius *Iuris Canonici Veteris*, curante *Guil. Voëllo*, & eodem *Henrico Iustello*, *Parisiis*, 1661. fol. typis recusus est. Idem quoque *Codicem Ecclesiae Africanae* suis animadversionibus ornauit, *Parisiis* 1615. 8. quem itidem typis repetitum exhibet *Bibliothecae Iuris Canonici veteris*, Tomus I. — ϴ. 1692. — vid. omnino *Fabricius* VI. *Bibl. Graec.* c. I. p. 41. 43. inprimis p. 50. (a.)=52. Vol. XI. — *Morhofii Polyhistor Practicus*, L. VI. Sect. VII. §. 13. p. 588. Tom. II. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Vol. III. voc. (Henri) *Justel*, Fils de Christophle Justel, Secretaire du Roi de France — *Catalog. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1359.

Ad eandem pag. post *Iustellum*, | 1610. | *Johannes* LORINVS, Avenionensis Gallo-Francus, Theologus, et Philologus Parisiensis, tum Romanus, tandem Mediolanensis, *Commentarium* in *III. Epistolas Johannis & duas Petri* scripsit *Moguntiae*, hoc anno editum, laudatumque *Richard. Simoni* in Histor. Critica. Nat. 1559.=ϴ. 1634. — vid. *Crenius* in *Animadvers. Philolog.* Part. III. p. 201. 202. qui *non parui* aestimat *Lorinum*, *veluti vnum ex optimis*. — *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. III. p. 342.

Ad eandem Paginam post *Lorinum* | circa 1610. | *Petrus* MATTHAEVS, (vulgo: *Matthieu*,) ortu Burgundus, ICtus, et Historicus Parisiensis. Eius Historia Henrici IV. ab A. 1598.=1600. prodiit in *Historiopolitographia*, *sive opere Historico-Politico duorum clarissimorum Historicorum Rudolphi Boterei*, & *Petri Matthaei*, *Francof.* 1610. 4. Singulari quoque libro mortem *Henrici* IV. Regis deflevit. (*Histoire de la Mort deplorable de Henry IV.*) *Paris.* 1611. fol. — ϴ. 1621. — vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1428.

Ad pag. 213. post *Thorium*, | circa 1610. | CAROLVS, Dux Croiacus, Arschotanus, & Arembergius, Princeps antiquitatis numariae studiosissimus, qui non exiguis sumtibus numos aureos, argenteos, aereos collegerat, post mortem demum eius, vt reor, a *Jacobo Biaeo* circa A. 1615. *Antwerpiae*, 4. edi coeptos. Ait enim in Dedica-

catione *Alexandro Croiio*, Principi Chimaicensi facta: *Ad te veniunt aurei numi, ab aeternae memoriae excellentissimo* NUPER *Duce Carolo Croiio, avunculo tuo congesti digestique.* — vid. *Bandurii Bibliotheca Nummaria*, ad n. XLVII. p. 47. 48.

Ad pag. 229. post *Burdelotium* | circa 1613. | *Johannes de* PINEDA, Hispalensis, Theologus Pontificius, & Philologus, scripsit *ad suos in Salomonem Commentarios Salomonem praevium, id est, de rebus Salomonis Regis Libros* VIII. *Lugduni* 1609 fol. qui libri postea *Moguntiae*, 1613. fol. & *Coloniae Agrippinae*, 1686. fol. typis renouati. Tum proximo anno, eo impellente, *Andreas Schottus Theodori Peltani Catenam Graecam Patrum in Prouerbia Salomonis* vulgauit. v. *Fabricii Bibl. Graec.* p. 750. Vol. VII. Ipsius quoque *Commentarius in Jobum & Ecclesiasten, Venetiis* 1619. fol. editus laudatur. — Θ. 1637. — vid. *Könnigii Biblioth. Vet. & Nov.* voc. — *G. Stolle* in *Adnotationibus* ad *Heumannum*, p. 223.

Ad. pag. 241. post *Boccalinum*, | 1615. | *Georgius* LONGVS, Archaeologus, et Philologus, hoc anno *Mediolani*, *de Annulis Signatoriis Antiquorum siue de vario obsignandi ritu Tractatum* scripsit, quem deinceps in Germania typis recudendum curauit *Christ. Frider. Rubeus, Francofurti & Lipsiae* 1709. 8. — vid. *Köenigii. Biblioth. Vet. & Nov.* voc.

Ad pag. 247. post *Rivaltium* | circa 1615. | *Johannes Valentinus* ANDREAE, Jacobi, de quo Part. III. p. 296. Nepos, Herenbergensis, Theologus, et Philologus Wurtenbergicus, hoc anno *Herculis Christiani Luctas XXIV. Argentorati* emisit 12. Nat. 1586.=Θ. vid. *G. Stolle* ad *Heumanni Conspectum*, 315. 1059. — *F. G. Freytag Adparatus Litterarius.* Tom. II. n. CXXXXI. et CXXXXII. 1207. 1208. Tom III. n. CXXXX.=CXXXXVI. p. 549.=555. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. 1026.

Ad pag. 277. post *Arcudium* | 1619. | *Hieronymus* BORSAERIVS, Historicus, & Archaeologus fortassis Mediolanensis, cuius videtur esse liber singularis *de nobilitate Mediolanensi*

nenſi hoc anno edita, (*Nobilità di Milano con l'aggiunta di Girolamo Borſieri, Milano* 1619. 8. v. *Fresnoi Catalogue des Hiſtoriens*, T. III. p. 309.) Imprimis vero *Theatrum Inſubricae Magnificentiae* reliquit, quod adhuc ἀνέκδοτον vſurpavit *Io. Georg. Graevius*, teſtibus variis eius adnotationibus ad *Gruterum*, tanqvam 368. 7. vbi *teſte*, ait, *Hieronymo Borſaerio in Theatro Magnificentiae Inſubricae inedito*, et ad *Grut*. DCCLIII. 4. *Sic et MSC. Borſaerianus*. Huius *Graevii* ſchedae, qvae excerpta contibent ex *Borſaerii Theſauro*, penes *P. Burmannum* I. & II. fuerunt, indice minoris *Petri* Catalogo, *Codicum MScriptorum* Fol. n. 1255. quo mortuo in noſtram Bibliothecam Rheno-Traiectinam tranſierunt. Etſi vero idem ille *Burmannus* minor, qui ſaepius ex *inedito Theſauro Inſubricae Magnificentiae* titulos laudavit, veluti ad Anthol. L. IV. Ep. 345. p. 257. aliquem ait ſe reperiſſe *in eodem Borſaerii volumine, a Graevio olim adhibito, nunc in ſupellectile Dorviliana adſervato*, ad *Antholog*. L. IV. Ep. 359. tamen operis ipſius dubium exemplum an exemplar habuiſſe videtur, vt apparet ex eius *Catalogo MScptorum*, Qvarto n. 2437.

Pag. 285. totus ille locus *Theodorus Agrippa* AVBINEVS expungitor, eumque in modum plane corrigitor:
| circa | *Theodorus Agrippa* AVBINEVS, vel ALBI-
| 1620. | NAEVS, (vulgo: *d'Aubigné*) avus. *Mantenoniae*, (Madame de Maintenon) nobilis Pictavienſis, dux belli pro gente Navarrea geſti, & Hiſtoricus Gallo-Francicus, qui ſui temporis Hiſtoriam vniuerſam ſcripſit, (*Hiſtoire univerſelle, contenant ce qvi s' eſt paſſé depuis l'An* 1550. *jusqv'en* 1601.) 1616.=1618.=1620. fol. tribus codicibus, et *Maille*, 1626. fol. Eius quoque ſunt Opera Miſcellanea, (*Petites Oeuvres meſlées*) *Genevae*, 1630. 8. it. *Les Avantures du Baron de Foeneſte par Theodore Agrippa d'Aubigné avec des Remarqves de Mr. Duchat, Amſteldam*, (*Paris*) 1731. 8. duobus Tomis. — Nat. 1550 = 1630. — vid. *Bayle Dictionaire Hiſtoriqve*, Tom. I. voc. (d') *Aubigné* — *Fresnoy Catalogve des Hiſtoriens*, Tom. IV. p. m. 79. — *F. G. Freytag Analecta Litteraria*, p. 56. 57. — *Catalog. Bibl. Bunav*. Tom. I. Vol. II. p. 1049.

Mé-

— *Mémoires de Mad. de Maintenon*, *par Mr. de la Beaumelle avec des Remarqves de Mfr. de Voltaire*, *Geneve* 1757. 8. — *Prosper Marchand*, *Dictionaire Historique*, Tom. I. voc. (Theodore Agrippa d') *Aubigne* n. 66.=77.

Ad pag. 290. post *Horneium* | circa 1620. | *Joachimus* JVNGIVS, Lubecensis, acutissimus Dialecticus, Physicus, Mathematicus & Medicus mox Rostochiensis, mox Helmstadiensis, mox Hamburgensis, cuius *Logica Hamburgensis* subtiliter scripta, laudataque & *Leibnitio* & *Wolfio*, rarissime occurrit. Nec a literis alienum fuisse eius Disputatio *sententias doctissimorum Scriptorum de Stilo sacrarum literarum praesertim N. T. nec non de Hellenistis et dialecto Hellenistica* continens demonstrare videtur.— Nat. 1587.=☉. 1657.— Saepius eum laudat *Morhofius* in *Polyhist. Philos.* L. I. c. IX. p. 47. c. XIV. §. 63. p. 104. L. II. Part. I. c. II. §. 11. p. 157. c. XII. §. 2. fin. p. 217. vbi eius *Notas MSC. marginales in Aristotelem doctas*, *atque eruditionis plenissimas* excitat. item Part. II. c. VI. §. 6. p. 298. & c. XLV. § 5. p. 439. (dd.) Tom. II. — *Jacobi Bruckeri Histor. Crit. Philosoph.* Period. III. Part. I. L. II. c. III. § LIX. p. 339. (ff.) Tom. IV. e Morhofio quaedam de eo excerpsit. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Joachim) *Jungius* Mathematicien. — *Dan. Gerdesii Supplementum Novum ad Florileg. Libror. rarior* in *Scrinio Antiquario*, Tom. VIII. Part. II. p. 712. — *Catal Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1358. Addatur *Jac. Rhenferdius*, mihi a Cl. nostro *Tydemanno* indicatus in Praefat. ad *Syntagma Dissertat. de Stylo N. T.* ***3. usque ad ****.

Ad pag. 290. post *Bambridgium* | circa 1620. | *Ignatius* (vulgo: *Inigo*,) JONES, sive JONAS, Architectus regis Anglo-Britanniae *Jacobi* I. — Nat. 1572 =☉. 1651. — Vita eius & Jcon extat in principio Libri: *The most notable Antiqvity of Great Britain vulgarly called Stone-Heng, restored by Jnigo Jones to which are added Chorea Gigantum, or Stone-Heng restored to the Danes by (Walter) Charleton, and (John) Webb's Stone heng a Roman Work and Temple, London*, 1725. fol.

Ccccc 3 cum

cum elegantibus rerum formis, item 1735. fol. vbi *Reflexions of Dr. Charleton and Mr. Webb.* v. *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Jnigo) *Jones*, Architecte Anglois.

Ad pag. 291. post *van Dyckium* | 1620. | *Valerius* GOVTHOVIVS, (vulgo: *Wouter van Goutboeven*, vti ipse se scripsit, Dordracenus, nullo modo confundendus cum *Pancratio Castricomio*, vt fecit *Io. Mollerus*, in *Homonymoscopiae*, Sect. III. c. IV. §. XV. p. 823. qui cum alios erroris accusaret, ipse errauit, meque in errorem induxit P. IV. p. 137. Eo autem Anno primum Vetus Chronicon, & Historiam Hollandiae, Zeelandiae, & Traiectinae Dioeceseos h. e. *De oude Chronycke en de Historien van Holland (met West-Vriesland) van Zeeland, ende van Utrecht &c. beginnende van den Jare onses Heeren* 449. *tot* 1591. *Dordraci*, recognouit, quod ipsum postea Chronicon a *N.* quodam *de Klerk* vsque ad A. 1636. continuatum, *Hagae-Comitum* A. 1636. fol. typis repetitum fuit. Eius Chronici non meminit *Freherus* in *Directorio* suo, neque *Hambergerus*, Directorii instaurator. An ipse *Nomenclatorem Scriptorum Hollandiae, Zeelandiae, & Tractus Traiectini* scripserit, qui fortassis etiam *Pancratii Castricomii* fuit, dubito, eumque rursus fide *Molleri*, quae nunc mihi dubia est, laudaui ad A. 1601. p 137. Reperitur quidem initio *Chronici* illius *Goutboviani: Lyste van de Latynsche ende Duitsche Historie ofte Chronyck Schryvers van Hollant, Zeeland, ende van Utrecht in ordre gestelt door W. van Goutboeven*, sed qui tamen *Index* diuersus esse videtur a *Nomenclatore.* — Nat. 1577. =ɵ. 1628. — vid. *Val. Andreae Bibl. Belgica.* — *Adr. Pars Index Batavicus*, p. 86.=88. — *I. F. Foppens Bibl. Belg.* T. II. p. 1149. aliique a Clar. et amicissimo *M. Tydemanno* in Epistolio ad me dato his verbis laudati: *De Gouthovio, testes classici sunt quos novi, praeter Andream, ac Foppensium duo. Prior Boxhornius, in Theatro Hollandico*, p. 116. *alter Matth. Balen, in Descriptione Dordraci vernacula, Dordr.* 1677. 4. p. 212. *quem descripsit Halma in Theatro Belgicae Foederatae, (Toneel der Vereenigde Nederl. Leovard* 1725. *fol. voc. Goudhoven (Wouter van) scribit hic:* Wouter van Goud-

Goudhoeven, Zoon van Arend Wouterfz. van Goudhoeven, Dykgraaf van Dubbeldam (*Dusseldam, perperam est in Halma*) een naarftig onderzoeker der oudheden zyns Vaderlands, uitgever der verbeterde, en vermeerderde oude Kronyk van Holland, Zeeland, en Utrecht, en heeft die verrykt met de Geflachtboomen der Edelen, en Tafel der Geleerde Mannen van Holland, heeft op Papier gebragt eene Befchryving zyner Geboorteftad, tot nog toe ongedrukt, fterft 1628. *Haec ille. Chronicon ipse perduxisse videtur ad A.* 1591. *alteram partem adornauit aliquis N. de Klerck, vt monet Typographus in aversa tituli parte ante Tomum II.* — *Goutbovium* Corniculam Aefopicam *vocat, & emendaturum se significat Scriverius in Epistolis a Meelio collectis p.* 139. *seq. celebratur tamen Rutgersio Var. Lect. L. III. c.* 13. *p.* 240.

Ad. pag. 298. poft *Buxtorfium* | 1622. | *Hermannus Fridericus* FLAYDERVS, Philologus Tubingenfis, hoc anno *versione prosaria Pindarum* interpretatus, *Tubingae* 12. tum *Nicodemi Frischlini Orationem de Scholis & Gymnasiis aperiendis, & simul tempestatibus, quibus affliguntur avertendis* edidit, *Tubingae*, 1627. 12. & tandem *Vitam, Mortem, & Opera Iani Gruteri, Tubingae*, 1628. 12. expofuit. qvae ipfa vita femel iterumque, vel cum *Balthasaris Venatoris Panegyrico in Gruterum, Genevae*, 1631. 4. vel cum *Gruteri Discursibus Politicis in Tacitum, Lipsiae* 1679. 4. vel in noua Corporis *Inscriptionum Gruteriani editione Amstelaedamensi*, 1707. fol. typis repetita fuit. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc.

Ad. pag. 301. poft *Corydalleum* | 1623. | *Michaël* GHISLERIVS, Romanus, Clericus regularis, hoc anno fub falfo *Origenis* nomine edidit librum *Clementis Alexandrini, quis diues salvetur*, in *Commentarii in Jeremiam Prophetam, et Baruch*, Tomo III. *Lugduni* 1623. fol. — v. *Leo Allatius* in *Apibus Vrbanis*, p. 273 = 276. — *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Fabricii Bibl. Graec.* L. V. c. I. p. 110. *Vol.* V. & L. V. c. 17. p. 760. = 762. Vol. II.

Ad pag. 306. poft *Ramosum* | 1623. | *Johannes* CRELLIVS, gente Francus, Theologus Socinianus Racovienfis, hoc anno

anno in lucem protulit *Responsionem ad Hugonis Grotii Librum de Satisfactione Christi*, *quem adversus Faustum Socinum scripsit*, *Racoviae*. 4. — Nat. 1590 =ϴ. 1642. al. 1633. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — De *Crellio* et *Anti-Crellio Jo. Botsaci*, *Baillet Jugemens*, Tom. VI. *des Ecrits Anti*, n. 90 p. 117. 118. — *Morhofii Polyhist. Pract.* L. I. c. 3. p. 483. Tom. II. — *Crenii Animadvers. Philolog.* Part. V. p. 252.=262. & Part. VII. p. 146. 137. — *Jo. Fabricii Hist. Bibl.* Part. II. p. 74. & Part. VI. p. 379. — *G. Krantzius* ad *Conringium Saec.* XVII. c. I. p. 179. (d). — *G. Stollius* in *Adnotat* ad *Heumanni Conspectum*, p. 334. 335. — *David Clement Bibliotheque curieuse*, Tom. VII. p. 324.= 331. (80)=(85.) — *Catal. Bibl. Bunrv.* Tom. I. Vol. II. p. 1182.

Ad pag. 309. post *Vastovium* | 1623. | collocari debuerat *Johannes* SANDIVS vel à SANDE, (vulgo: *Joan van den Sande*) qui a me quidem infra p. 326. commemoratus est, sed ille tamen locus ex his suppleri & emendari potest. Arnhemia Gelrus, ICtus, & Historicus primum Franeqveranus, tum curiae Frisicae Leovardiensis, hoc anno *Commentarium de Actionum cessione*, *Franeqverae* 4. promulgauit, auctius deinde repetitum, *Leovardiae* 1633. & 1657. 4. Praeter eius *Decisiones Frisicas*, *sive Rerum in suprema Frisiorum curia iudicatarum Libros* V. *Leovardiae* 1635. 4. saepiusque typis recusos, memorabiles imprimis sunt eius Libri Historici post mortem editi, tamqvam *Reidanus* ab eo suppletus: *Historie der Nederlandsche Oorlogen tot den Jare* 1601. *door Everard van Reyd beschreven*, *daar by gevoegt de Nederlandsche Geschiedenissen dienende voor Continuatie tot de Dood van S. E. Graef Henrick Casimir van Nassauw* 1640. *beschreven door Johan van Sande*, *tot Leeuwarden*, 1650. fol. — *De waekende Leeuw der Nederlanden. Historie vertoonende het Begin en Voortgang der Nederlandsche Oorloghen tot den Vrede*, *door wylen Joan van den Sande*, *tot Leeuwarden*, 1651. 12. qui liber latine conuersus esse videtur: *Leo Belgicus*, *seu Rerum Belgicarum Epitome*, *Vltraiecti*, 1652. 12. — ϴ. 1638. — vid. *Emonis Lucii Vriemoet Athenae Frisiacae*, p. 93.=97.

Ad

Ad pag. 370. post *Elichmannum* | circa 1630. | *Paulus* FLEMMINGius, Harlensteino-Schonburgensis, Carminum Scriptor theotiscus. =ϴ. 1646. — v. *G. Stollii* Adnotat. ad *Heumanni Conspect.* p. 386.

Ad pag. 378. post *van Rhyn* | circa 1630. | *Jacobus* TIRINVS, Antwerpiensis, Theologus Pontificius, & Philologus. Eius *Commentarii in Vetus & Nov. Testamentum* prodierunt *Antwerpiae*, 1632. fol. tribus codicibus, et in *Bibliis Magnis Johannis de la Haye*, *Parisiis*, 1643. fol. — Nat. 1580. =ϴ. 1636. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. (Jac.) *Tirinus*. — *Crenius* in *Animadvers.* Part. III. p. 207. *Cornelium a Lapide nullibi non epitomare solere*, ait. — *I. F. Foppens Bibliotheca Belgica*, Tom. I. p. 539. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. I. p. 264.

Ad pag. 387. post *Taborem* | 1631. | *Abrahamus* GOLNITZIVS, Gedanensis, Regi Daniae a manu et Epistolis, Scriptor Hodoeporicus, et Archaeologus, cuius hoc anno editus *Vlysses Belgico-Gallicus*, *fidus dux*, & *Achates per Belgium Hispanicum*, *Regnum Galliae*, *Ducatum Sabaudiae*, *Turinum vsque*, *Lugd. Batav.* ex officina *Elzeviriana*, 1631. 12. it. *Amstelaedami* 1655. 12. Praeterea scripsit *Compendium Geographicum*, 1642. et ex emendatiori editione, *Witebergae*, 1678. 12. — v. *Königii Biblioth. Vet. & Nov.* voc.

Ad pag. 392. post *Athenaeum Amstelaed.* | 1633. | *Edmundus* ALBERTINVS, Catalaunensis Gallo-Francus, Theologus Calvinianus, qui hoc anno *tres Libros de Eucharistia veteris Ecclesiae* francica dialecto scripsit, suasu deinceps & consilio *Davidis Blondelli* latine versos & editos cura *Ioh. Frider. Gronovii*, *Daventriae*, 1654. fol. — Nat. 1595. =ϴ. 1652. — vid. *Bayle Dictionaire*, Tom. I. voc. (Edme) *Aubertin*, en Latin Edmundus *Albertinus*, Ministre de l'Eglise de Paris au XVII. Siecle. — *Morhofius* in *Polyh. Practico*, L. V. §. 29. p. 549. 550. Tom. II. vna cum adnotat. (p.) — *G. Stollius* in Adnotat. ad *Heumann. Conspect.* p. 322. — Auctor *Catalogi Bibliothec. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1015. voc. Edmund. *Albertinus* lectores remisit ad

voc. *Aubertin*, sed promissi immemor illo loco nihil adnotauit.

Ad. pag. 396. post *Gelenium* | 1633. | *Johannes* SAVBERTVS, Iohannis pater, Altorfinus, Theologus, et Philologus primum Academiae Altorfinae, tum Norimbergensis, eo anno *Pietatis et Iustitiae Restitutionem ex scholis, Oratione inaugurali in Gymnasio Aegidiano apud Norimbergenses d.* 11. Febr. A. 1633. demonstrauit, quam postea Orationem cum *Philippi Melanchthonis Oratione in laudem Scholae Aegidianae*, & *Eobani Hessi carmine* de eadem, nec non cum *Historica Enarratione de Gymnasii Aegidiani origine*, *Incremento*, *Decremento*, vel edidit, vel typis renouauit *Johannes Held*, *Norimbergae* 1673. 4. Eidem quoque debetur *Philippi Melanchthonis Epistolarum Liber IV. postquam primum et secundum Gasp. Peucerus, tertium vero Christ. Pezelius vulgarunt*, *Norimbergae*, 1640. 8. item *Historia Bibliothecae Noribergensis duabus Oratiunculis illustrata*, *Norimbergae*, 1643. 12. — Nat. 1592. = ☉. 1646. — Icon apud *Boissardum*, Part. VI. Tab. 47. — v. *Königii Bibliotheca Vet. & Nov.* voc. (Joh.) *Saubertus*, Altdorfinus. — *Magnus Daniel Omeisius*, in *Gloria Academiae Altorfinae*, p. 29. — *G. Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. 1. pag. 185. (17.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1579. & Vol. III. p. 2162.

Ad pag. 414. post *Academicam Francicam* | 1636. | *Octavius* BOLDONIVS, nobilis Mediolanensis, Episcopus Theanensis, Rhetor, & Epigrapharum latine scribendarum vel conficiendarum non sane optimus magister, hoc anno prodire iussit *Theatrum temporaneum aeternitati Caesani Montis Cardinalis et Archiepiscopi Mediolanensis sacrum in templo S. Alexandri excitatum*, *Mediolani*, 1636. fol. Tum *Dies Atticos, siue Exercitationes Graecanicas*, *Mediolani* 1639. 8. tandem *Epigraphicam, siue Elogia, Inscriptionesque pangendi rationem*, *Perusiae*, 1660. fol. et *Romae*, 1670. fol. — Nat. 1600. = ☉. 1680. vid. *Thom. Reinesius* in Praefatione ad *Syntagma Inscript.* * 2. = * * vbi errantem saepius in viam reduxit. — *Morhofius* IV. *Polyhist. Liter.* c. XIV. §. 26. in fin. p. 919. & L. VI.

VI. c. 3. §. 11. p. 982. Tom. I. — *Freytagii Analecta Litteraria*, p. 138. — *David Clement Bibliotheqve curieuse*, Tom. V. p. 34. (25.) — *Jo. Maria Mazzuchelli Gli Scrittori d'Italia* Vol. II. Part. III. voc. (Ottavio) *Boldoni* p. 1454. 1455.

Ad pag. 419. post *Waltherum* | *1636.* | *Johannes* COCCEIVS, (vulgo theotisce *Koch*, batave *Kok*,) Bremensis, Theologus Calvinianus, & Philologus primum Bremensis, tum Franequeranus, tandem Leidensis, auctor formulae doctrinarum Theologicarum *Cocceianae*. Eo anno in lucem prodire iussit sub nomine *Jo. Cochii*, *Coheleth*, *sive Commentarium in Ecclesiasten Salomonis*, *Bremae*, 4. Quot, quantorumque librorum parens fuerit ex *Operum* eius decem, duodecimve codicibus excusorum, *Amstelaemi* 1701. & 1706. indice cognoscitur. *Lexicon* eius et *Commentarium Sermonis Hebraici & Chaldaici*, primum *Lugd. Bat.* 1669. fol. tum opera *Johannis Heurici Maii* auctum, & recognitum, *Francof.* & *Lipsiae*, 1714. fol. *longe quam antea correctius & emendatius* se edidisse in titulo profitetur *Johann. Christi. Frideric. Schultzius*, Giesensis Academiae Doctor publicus, *Lipsiae*, 1777. 8. duobus codicibus. An operae pretium fecerit, iudicantes vide Auctores *Bibliothecae Criticae*, Part. III. Vol. I. p. 125.=129. Opera eius prodierunt *Amstelaed.* 1673. fol. X. codicibus. — Nat 1603. =☉. 1669. *ami*, Duo numi cum eius imagine occurrunt apud *Gerard. van Loon* in *Numis Historicis*, Tom. III. L. I. p. 30. ad A. 1669. & in *Museo Mazzuchelliano*, Tom. II. Tab. CXX. No. I. ad. p. 85. addatur *Museum Milano-Viscontianum*, p. 268. 269. n. 862. — vid. *Königii Bibl Vet. & Nov.* voc. (Joh.) *Cocceius*. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 215. n. 466. — *Crenii Animadv. Philolog.* Part. VI. p. 93. Part. XVII. p. 100. 101. — *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. I. p. 252. 253. Part. IV. p. 93. — *G. Krantzius* ad *Conringium* Saec. XVII. c. I. p. 192. (17.) — *Io. Fr. Foppens Biblioth. Belgica*, Tom. II. p. 618. — *Io. Laur. Mosbemii Institut. Histor. Eccles.* Saec. XVII. Sect. II. Part. II. c. II. §. XVII. et XXXI. XXXII. — *G. Stolle* in *Adnotat.* ad *Heumannum*, p. 319. 320. — *Freytagii Analecta Litteraria* p. 256. — Cf. *Io. Alberti Praefat.* ad *Hesychium*

 Sect.

Sect. I. §. VII. p. XXIII. — *Elogium Ioh. Coccеii* in *Emonis Lucii Vriemoet Athenis Frisiacis*, n. XLIV. p. 300. =326. *Catal. Biblioth. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1168. — *Levensbeschryving van eenige voorname Mannen*, &c. Part. III. p. 35.=53.

Ad pag. 422. post *Academiam Rheno-Traiectinam* | 1637. | *Angelicus* APROSIVS, Vintimiliensis Ligur, sacerdos Augustinianus, Historicus, & Bibliographus, hoc anno iam edidit: *Il Vaglio Critico di Masotto Galistoni da Terama, sopra il Mondo Nuovo dal. Cav. Tommaso Stigliani da Matera. In Rostok*, 12. plures alios id genus libros fictis tamen sub nominibus in lucem emisit. Maxime vero memorabiles sunt hi duo: *Della Patria di A. Persio Flacco Dissertazione di Lodovico Aprosio, Accademico Incognito di Venezia* &c. *in Genoua*, 1664. 4. et *La Biblioteca Aprosiana, passa tempo Autumnale di Cornelio Aspasio Antivigilmi tra Vagabondi di Tabbia detto l'Aggirato. in Bologna.* 1673. 12. —Nat. 1607. =⊖. 1681. — vid. *Vincentii Placcii Theatrum Pseudonym. & Anonym.* n. 191. p. 61. n. 1145. p. 301. n. 2424. p. 556. & n. 2824. p. 608. — *Bayle Dictionaire*, Tom. I. voc. (Angelico) *Aprosio*, né à Vintimiglia. — *Morhofius* I. *Polyh. Lit.* c. V. §. 14. p. 37. Tom. I. — *Io. A. Fabricii Conspect. Thes. Lit.* p. 279. 280. — *David Clement Bibliotheque Curieuse*, Tom. I. p. 375. f. (81.) — *I. B. L. Osmont Dictionaire Typographique Historique & Critique*, Tom. I. p. 33. — in primis *Io. Maria Mazzuchelli Gli Scrittori d'Italia*, Vol. I. Part. II. voc. (Angelico) *Aprosio* p. 887.=896. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1031.

Ad pag. 433. post *Casaubonum* | circa 1638. | *Godofredus* Comes ESTRADESIVS, (vulgo: Comte d'*Estrades*,) iam hoc circiter tempore legatione ad Batauos & Anglo-Britannos clarus fuisse perhibetur, Historicus, qui res sua aetate gestas, quibus ipse aut interfuit, aut praefuit, elegantibus *Commentariis & Epistolis*, post mortem demum eius *Hagae Comitum*, 1709. quinqve codicibus, et ibidem 1710. tribus codicibus 8. editis exposuit. Prior Sylloge hunc habet titulum: *Lettres, Mémoires et Negotiations auprès les Etâts Generaux*

raux depuis 1663. *jusqves en* 1668. *à la Haye* 1709. V. Tomis, auctior tamen editio *Londinensis*, 1743. 12. novem codicibus, tum: *Ambassades et Negotiations en Italie, Angleterre et Hollande depuis* 1637. *jusqv'en* 1662. *Amsteldam*, (*La Haye*) 1718. altera Sylloge continet: *Lettres et Negotiations de Mess. le Marechal d'Estrades, Colbert, Marqvis de Croissy, et Comte d'Avaux, Ambassadeurs de France à la Paix de Nimegve, & les Reponses du Roi de l'Année* 1676. 1677. *à la Haye*, 1710. tribus codicibus. — ϴ. 1686. — v. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1227.

Ad pag. 441. post *Sarravium* | 1639. | *Henricus* SPELMANNVS, Norfolciensis, Eques Auratus, ICtus, Historicus, & Grammaticus, hoc anno *Concilia, Decreta, Leges, Constitutiones de re Ecclesiastica Britanniae, Londini*, fol. euulgavit, nec minori diligentia, iudicioue versatus est in aliis rerum argumentis, quae cum *Aspilogia* (verius scripsisset *Aspidologia*) sua *ab Eduard. Bissaeo vna cum Nicol. Vptoni de Studio militari, Libris Qvatuor, Londini* 1654. emissa, tum *Glossarii Archaeologici* duobus codicibus, *Londini* 1687. fol. praeterea Reliquiis Spelmannianis, Oxonii 1698. fol. & Operibus, *The English Works of Sir Henry Spelmann, with his Posthumous works, relating to the Laws and Antiqvities of England, London*, 1723. fol. congestis, demonstrauit. Nat. 1561. = ϴ. 1641. — Icon eius perquam elegans est in fronte *Glossarii Archaiologici.* — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Magiri Eponymologic.* voc. Henr. *Spelmannus.* — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 302. n. 639. et Tom. V. *Enfans celebres*, p. 130. 131. n. 88. §. 16. — *Morhofius* V. *Polyb. Liter.* c. II. §. 10. p. 937. Tom. I. *Polyb. Philos.* L. III. c. I. §. 16. p. 460. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. II. p. 339. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Le Chevalier Henri) *Spelman.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1619.

Ad pag. 466 post *Meursium* | 1640. | *Carolus de* VISCH, Furnensis Flander, Sacerdos ordinis Cisterciensis, Abbatiae Dunensis Prior, Historicus, hoc anno edidit *Historiam Monasterii Eberbacensis, cum serie Abbatum*, in *Notitia*

Abbatum Ordinis Cistercienfis, *Coloniae* fol. tum *Bibliothecam Scriptorum ordinis Cistertienfis*, cum *Chronologia Monasterii ordinis Cistertienfis*, *Coloniae* 1656. 4. exire iussit. — ⊖. 1666. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Io. Fr. Foppens Bibliotheca Belgica*, Tom. I. p. 164. vbi eius imago depicta est. — *Paquot Mémoires*, Tom. X. p. 184. =188.

Ad pag. 478. post *Beslerum* | 1642. | *Christianus* DAVMIVS, Cygnaeensis Saxo, scholae eius oppidi Rector, et praestantissimus Philologus, *Barthii* & *Reinesii* communis amicus, hoc anno *de causis amissarum quarumdam Latinae Lingvae Radicum, vti et multarum vocum derivatarum*, disseruit, *Cygneae*. 8. quem libellum sane quam egregium suae postea *Collectioni Dissertationum rarissimarum historico-Philologicarum*, *Traiecti Batavorum* 1716. 4. p. 447=535. inseruit *Io. Georg. Graevius*. Eius quoque sunt, ne quid dicam de aliis scriptis, *Catonis Disticha de Moribus ad Filium* cum *Salutaris* cuiusdam *Distichis Selectioribus*, et *S. Columbani Abbatis Carminibus*, *Cygneae*. 1662. 8. item *Divorum Patrum, veterumque Ecclesiae Doctorum, qui oratione soluta scripserunt, homiliae ad meditationes in festum Natiuitatis Iesu Christi Salvatoris nostri Selectae a Christiano Daumio*, *Cygneae*, 1670. 8. — Nat. 1612.=⊖. 1687. — Icon eius ante *Epistolas Philologico-Criticas* ad varios viros doctos *Chemnitii* 1709. 8. editas. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Io. Georg. Graevius Dissertationem* eius de *Causis amissarum Radicum* vocat *Diatriben bellissimam*, item virum doctissimum *sibi a teneris annis*, *quamdiu in viuis fuit*, *amicissimum*, cum in Praefatione ad *Dissertationes rariores*, p. 205. 206. & in Praefat. ad Tom. V. *Thes. Antiqv. Rom.* p. 316. *Praef.* & *Epist. Fabricii.* — *Morhofius* I. *Polyh. Liter* c. XXIII. §. 66. p. 284. L. IV. c. IX. §. 4. p. 813. Tom. I. — *J. A. Fabricius* VI. *Bibl. Graec.* c. X. p. 796. =807. — *Crenii Animadv. Philol.* Part. XII. p. 27. 30. 31. 213. Part. XVI. p. 36.=42. Part. XVII. p. 103. Part. XVIII. p. 75. seq. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. VI. p. 446. — *G. Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. V. p. 216. (1.) — *G. Stollius* ad *Heumanni Conspect.* p. 363.

363. 364. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1196. 1197.

Ad pag. 479. post *Gualdum* | 1643. | *Franciscus Maria* MAGGIVS, scripsit hoc anno et edidit *Institutiones Lingvae Georgianae sive Ibericae, Arabicae, Turcicae, Romae*, fol. qui liber rarus est.

Ad pag. 482. post *Mezeraeum* | 1643. | *Christianus Fridericus* FRANCKENSTEINIVS, Historicus, & Philologus Lipsiensis, hoc anno coepit de *Aerario Populi Romani* disserere, *Lipsiae* 1643.=1647. 4. quae dissertationes typis repetitae leguntur in *Jo. Georg Graevii Collectione Dissertationum Rarissimarum, Traiecti Batav.* 1716. 4. p. 622.=675. tum *de Consule Romano, Lipsiae*, 1660. 4. & de *Caio & Lucio Caesaribus*, ex *Taciti* L. I. *Ann.* c. 3. *Lipsiae*, 1670. 4. singulares in lucem exire iussit disputationes Academicas. — Nat. 1621.=θ. 1679. — vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1250. — *Jo. Georgio Graeuio* in *Praefat.* ad *Dissertat. Rar.* p. 206. *Praef.* & *Epist.* ed. *Fabricii, politioris literaturae doctor celebris in Athenaeo Lipsiensi* dicitur.

Ad pag. 483. post *Ostermannum* | 1643. | *Ericus Ericius* PONTOPPIDANVS, Fioniensis Danus, Episcopus Drontheimensis Norvegiae, Theologus Euangelicus, Philologus, et carminum Scriptor. Habeo eius *Bucolica Sacra, Lugduni Batauorum*, hoc anno typis descripta, & a *Dan. Heinsio, Pierio Winsemio, & C. Barlaeo*, viris tum clarissimis laudata. — Nat. 1616.=θ. 1678. — vid. *Molleri Homonymoscopia*, Sect. III. c. IV. §. XXVI. p. 858.

Ad pag. 485. post *Schefferum* | 1643. | *Jacobus* THOMASIVS, Christiani pater, Lipsiensis, Philologus, Historicus, Rhetor, et Philosophus Academiae Lipsiensis, iam ab hoc anno coepit de multiplicibus literarum et Philosophiae causis bene merere, scripta Praefatione, *naturam non esse homini nouercam, adversus Plinium*, & praemissa dissertationi *de Notitiis innatis* Anno 1643. argumento *Praefationum* eius *sub auspicia Disputationum in Academia Lipsiensi* recitatarum, *Lipsiae*, 1681. 8. p. 1. A quo tempore nullus paene annus praeteriit, quo non varii nec vulgaris ar-

argumenti *Praefationes*, *Dissertationes*, *Memorias*, *Orationes*, *Epistolas*, & *Observationes* scriberet, plerasque iunctim quidem, vel ab ipso in *Praefationibus*, *Lipsiae*, 1681. 8. vel ab eius filio, *Christiano Thomasio* in *Dissertationibus LXIII. Halae Magdeburgicae* 1693. 8. promulgatas, non paucas tamen sigillatim quoque editas, quas omnes, quoniam aliunde cognoscendi facultatem habemus, hoc loco recensere non est opus. — Nat. 1622.=⊖. 1684. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofius* IV. *Polyb. Liter.* c. IX. §. 16. p. 826. c. XIII. §. 2. p. 892. Tom. I. *Polyhist. Philos.* L. I. c. IV. §. 3. p. 23. c. VII. §. 19. p. 42. L. II. P. I. c. VIII. §. 4. p. 194. c. XI. §. 10. p. 213. L. II. Part. II. c. V, §. 2. p. 291. 292. c. XLIII. §. 2. p. 432. — *Crenii Animadv. Philolog.* Part. I. §. VIII. p. 11. 12. Part. IX. c. II. §. I. p. 101. 102. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. III. p. 211. 212. — *G. Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. V. p. 226. (y.) — *Iac. Bruckeri Histor. Crit. Philos.* Tom. IV. Period. III. Part. I. L. II. c. III. §. LVIII. p. 335.=338. & in *Append.* I. Vol. VI. p. 743. 744. — *G. Stollius* ad *Heumanni Conspect.* p. 295. et 1026. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1649. 1650.

Ad eandem pag. | circa 1643. | *Jacobus* ALTINGIVS, Henrici F. Mensonis nepos, Heidelbergensis, Theologus, & Philologus Ebraeus, Syriacusque Academiae Groninganae hoc anno creatus. — Nat. 1618.=⊖. 1679. — vid *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Bayle Dictionaire*, Tom. I. voc. (Jaqves) *Alting*, Fils du precedent Henry Alting. — *Io. Fr. Foppens Bibliothec. Belgic.* p. 498. Tom. I. — *G. Stollius* ad *Heumanni Conspectum.* p. 320. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1020.

Ad pag. 489. post *Combefisium* | 1644. | *Nicolaus* SANSON, Abbevillaeus, Geographus, hoc iam anno tabulas Geographicas Lutetiae promulgasse dicitur. Eius certe *Sciagraphia Geographiae* prodiit, *Paris.* 1644. fol. — Nat. 1600. =⊖. 1667. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* — *Morhofius Polyb. Philosoph.* L. IV. §. II. p. 469. & §. 14. p. 472. Tom. II. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1577.

Cf.

Cf. quoque de eius libris *Geographicis*, Tom. II. p. 27. & p. 38.

Ad pag. 494. post *Volckhamerum* | 1644. | *Matthias* WASMVTHVS, Kiloniensis, Holsatus, Theologus, et Philologus Ebraeus, hoc anno *Grammaticam Arabicam* edidisse dicitur. —— Nat. 1625.=ɵ. 1688. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morbofius* II. *Polyh. Liter.* c. VI. §. 65. p 378. L. IV. c. V. §. 3. p. 766 Tom. I. & *Polyh. Practic.* L. V. §. 14. p. 536. Tom. II. — *G. Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. V. p. 226. (2.) — *G. Stolle* ad *Heumanni Conspect.* p. 364. — *Adam. Henr. Lackmanni Annalium Typographicorum Selecta quaedam capita*, *Hamburgi*, 1740. 4. p. 78. 79. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1690.

Ad pag. 497. post *Lentulum* | 1645. | *Fridericus* RAPPOLTVS, Reichenbacensis Variscus, Theologus, Philologus, et Carminum Scriptor Academiae Lipsiensis, hoc anno inclarescere coepit, variarum bonae frugis Disputationum tabulas euulgando, tanquam *de veterum Graecorum informatione*, *Lipsiae*, 1645. 4. *Observationes Philologicas ad Gellii*, L. II. c. XXVIII. *Lipsiae* 1647. 4. *Dissertationem* de *P. Virgilii Maronis Ecloga IV. an ibi Christi Servatoris nativitas ad mentem & expositionem Eusebii Caesareensis Pamphili celebretur*, *disquirentem*, *Lipsiae*, 1660. 4. *De insignibus Principatus*, *Lipsiae*, 1663. 4. *Dissertationem politicam de Principe docto*, *Lipsiae*, 1666. 4. *De Poëtarum corona*, *Lipsiae*, 1668. 4. *Poëmatum in heroico genere* Librum, cui accessit *Elegiarum*, *Trochaicorum*, *et Jamborum Farrago*, *Lipsiae*, 1670. 12. item *Epigrammatum varii generis Libellum*, *Lipsiae*, 1679. 12. — Nat. 1615 =ɵ. 1676. — v. *Pauli Freberi Theatrum*, Part. I. Sect. III. p. 719. 720. cum Imagine. — *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morbofius* VII. *Polyh. Liter.* c. III. §. 8. p. 1065. Tom. I. — *G. Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. I. p. 187. (49.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1546.

Ad pag. 499. post *Voetium* | 1646. | *Octavius* ARCHINTVS, Comes Mediolanensis, Archaeologus, cui debe-

 mus:

mus: *Epilogati racconti delle Antichità, e Nobiltà della Famiglia Archinta, e de' suoi Privilegi, aggiuntavi una breve esposizione degli antichi Marmi, che ne palagi di questa Famiglia si leggono*, (nullo addito Scriptoris nomine) in *Milano*, 1648. fol. *Collectanea Antiquitatum in eius domo*, fine anno, & loco fol. reliqui eius libri scripti in *Archintorum* scriniis servantur. Illa vero *Collectanea Archinti* saepius antestatur *Muratorius* in *Novo Thesauro*. —— Nat. —— =ɵ. 1656. — v. *Argelati Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium*, Tom. I. p. 72. — *Io. Maria Mazzuchelli Gli Scrittori d'Italia*, Vol. I. Part. II. voc. (Ottavio) *Archinto* p. 958.

Ad pag. 504. post *Hulsemannum* | 1646. | *Johannes Christfridus* SAGITTARIVS, Thomae F. Vratislaviensis, Theologus, et Philologus Altenburgensis, eo anno *Dissertationem de Origine Salariorum et Stipendiorum literariorum*, *Jenae*. 4. item *Dissertationem de Qvaestione Philologica, quanta sit Patrum in iis, quae fidei non sunt, auctoritas?* emisit, ambas in *Otio* eius postea *Jenensi*, 1671. 4. typis renovatas. Praeterea non vnius argumenti historici *dissertationes* scripsit, tanqvam *de Censoribus*, *Jenae*, 1646. 4. de *Dictatore Romano*, *Jenae* 1648. 4. *de Triumphis Romanorum*, *Ienae*, 1649. 4. *de Constantino M.* ibidem 1651. 4. item *Programma* de *Insignibus mutationibus*, *quas Schola Altenburgensis per Anni* 1666. *dimidium passa est*, *Altenburgi* 1666. 4. — Nat. 1617.=ɵ. 1694. — vid. *Morhofius* II. *Polyh. Pract.* L. II. §. 15. p. 499. 500. Tom. II. — *Io. Molleri Homonymoscopia*, Sect. II. c. VII. §. 114. p. 718. 719. — *Crenii Animadvers. Philolog*. Part. III. p. 98. s. — *Io. Fabricii Hist. Bibl* Part. V. p. 506. 507. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1570.

Ad pag. 505. post *Gravium* | 1646. | Guilielmus TEMPLIVS, (vulgo: William *Temple*,) Londinensis, Regi Anglo-Britanniae a consiliis, homo rerum publice agendarum peritissimus, & Historicus, eo iam anno *Historiam Hibernicae rebellionis*, *eius initia A.* 1641. *Progressus*, *caedes* &c. anglo saxonice descripsit, *Londini*, 4. si fides habenda *Lengleto Fresnoio*, in Catalogo *Historicorum*, Tom. IV.

IV. p. 252. Deinde non exiguum feralis illius belli quod Reges Franciae & Anglo-Britanniae contra Batauos circa A. 1672. machinati sunt, momentum extitit. Vnde originem & causam duxerunt varii eius libri prudenter scripti: *Remarqves sur l'Etât des Provinces vnies des Pays-Bas en 1672. Utrecht* 12. *et à la Haye*, 1680. 12. (v. *Lenglet du Fresnoi*, Tom. III. p 328.) tum: Le Chevalier Temple *Mémoires de ce qvi s'est passé dans la Chretienté, depuis l'année* 1672. *jusqu'en* 1677. traduit de l'Anglois Partie I. & II. *à la Haye* 1692. 12. (v. rursus *Lenglet du Fresnoi*, Tom. III. p. 63 & 331.) quibus Commentariis postea Pars tertia accessit, francice non reddita: *Memoirs Part. III. from* 1679. *to the time of the Authors Retirement*, *London* 1709. 8. porro: *Introduction to te English history*, *London* 1695. 8. (*Fresnoi*, Tom. IV. p. 229.) *Miscellanea in two Parts*, *London*, 1697. 8. Denique *Wilhelmi Temple aliorumque Status Ministrorum Literae* exhibentes gesta memorabilia ab Anno 1665. ad Annum 1672. *Londini*, 1700. 8. duobus codicibus, (*Fresnoi* Tom. IV. p. 239.) — Nat. 1628. = ⊖. 1698. — vid. *Parsii Index Batavicus.* p. 118. 119. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Guillaume) *Temple.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1641.

Ad pag. 507. post *Henisium* | 1646. | FREDERICVS HENRICVS, Princeps Auriaco-Nassavius, *Mauricii* frater ὁμοπάτριος, ingenii lenitate, doctrina, bellique artibus, & virtute clarissimus. Cuius esse dicuntur, nescio an certa & tuta satis fide: *Mémoires de Frederic Henry, Prince d'Orange, qvi contiennent ses expeditions militaires depuis* 1621. *jusqv'à l'année* 1646. *à Amsterdam*, 1733. 4. — vid. *Frederick Hendrik van Nassau, Prince van Orangien, zyn Leven en Bedryf door J. Commelin in 't licht gebracht, tot Amsteldam* 1651. *fol.* 2. *Deelen.*

Ad. pag. 510. post *Niqvetum* | 1647. | *Petrus* DVVAL, Abbaevillanus, Historicus, Geographus, & Aspidologicus Scriptor, hoc anno edidit: *Recherche curieuse des Annales de France sur les Raison d'Etât* &c. et *Traité de divers Ordres de Chevalerie*, *Paris* 4. porro *Delicias Italiae*

(les Beautes d'Italie, où les curiositez de toutes les villes & Provinces d'Italie avec le voyage du Duc de Bouillon à Rome,) Paris 1673. 8. et *Le Blason en plusieurs Tables et Figures avec des Remarqves, Paris*, 1677. 12.

Nat. 1619.=☉. 1683.

Ad pag. 514 post *Hornium* | 1647. | Gregorius a S. VINCENTIO, Brugensis, Sacerdos Jesuita. et Mathematicus, hoc anno librum *de quadratura Circuli & hyperbolae, Antwerpiae*, fol. in lucem emisisse dicitur.

Nat. 1584 =☉. 1667.

vid. *I. F. Foppens Bibliothec. Belgic.* Tom. I. p. 380. 381. — *Montucla Histor. Mathes.* Tom. II. Part. IV. L. I. §. X. p. 63 =66.

Ad pag. 518. post *Scheurelium* | 1648. | *Johannes* VORSTIVS, Wesselburgo-Ditmarsus, Rhetor, & Philologus primum Flensburgensis, tum Berolinas, ab hoc anno non remouendus esse videtur, cum quod *Reinesius* inde a superiori iam Anno 1647. ad eum literas scripsit, teste *Thomae Reinesii Epistolarum ad Iob. Vorstium scriptarum Fasciculo, Coloniae Brandenburgicae*, 1667. 4. p 12. tum quod hoc potissimum anno De *Hebraismis Novi Testamenti Librum Lugduni Batauorum* edidisse videtur, auctore *Fabricio Bibl. Graec.* L. IV. c. V. p. 225. Vol. III. Qui quidem liber fortassis non discrepat a *Philologia sacra*, quam *Ioh. Fabricius* in *Histor. Bibliothecae*, Part. VI. p. 122. *Lugduni Batauorum* 1658. prodiisse, eique partem posteriorem, *Amstelaedami* A. 1665. accessisse scribit. Quicquid sit, hoc sane constat, ab eo inde tempore de literis graecis & latinis bene meruisse. Ita enim circa A. 1653. *de Latinitate falsò suspecta* primum praecepisse videtur, propter *Reinesii* verba in *Epistola* ad *Vorstium* XIV. p. 40. sic scribentis: *Suspecta latinitas tua nostris Philologis perplacet* &c. postea quartum *Franequerae*, 1698. 8. libello prodito; tum *Boeclerianam Cornelii Nepotis* editionem, *Lipsiensem* anno 1659. 8. septimum promulgatam adnotationibus suis ornauit, *Sulpicium Seuerum, Berolini*, 1668. 12. recensuit, labentibus annis, *Lipsiae*, 1703. 8. recusum, porro *Valerium Maximum* ad editionem Aldinam, et codicis

cis Bibliothecae Brandenburgicae castigatum dedit *Berolini*, 1678. 8. & *Iustinum* emendare conatus est *Berolini*, 1673. 8. vti etiam mox sub ficto nomine *Jani Orchami coniecturam de generatione animantium* contra *Gvil. Harveum*, *Coloniae Brandenburgicae*, 1667. 12. proposuit; mox *veterum Poëtarum Graecorum Poëmata aut Poëmatum* Αποσπασματια *selecta cum notis perpetuis variorum*, *Berolini*, 1674. 8. & *Francofurthi ad Viadrum*, 1692. 8. item *Veterum Poëtarum Latinorum Poëmata*, *aut Poëmatum* Αποσπασματια *Selecta*, *Lipsiae* 1675. 8. (de qua vtraque Sylloge vid. *Fabricius Bibl. Graec.* L. VI. c. X. p. 464 =466. Vol. XIII.) emisit, nec non varias *Exercitationes seu de LXX. annis captivitatis & vastitatis Hierosolymitanae*, seu *de quatuor vulgo sic dictis Monarchiis*, *seu de temporibus defectionis Medorum & Babyloniorum*, *seu de voce Sesach*, *deque tempore*, *quo Babylon expugnata fuit a Cyro*, seu *de Synedriis Hebraeorum a Thoma Crenio* in *Opusculorum ad Historiam & Philologiam sacram spectantium Fasciculis* III. & IV. editas. similiter *De adagiis Novi Testamenti Diatriben*, *Coloniae Brandenburgicae*, 1670. et 1699. 4. tandem *de Latinitate selecta & vulgo fere neglecta* librum, cum Praefatione *Christ. Frid. Bodenburgii*, *Berolini*, 1718. 8. & cum adnotatiunculis, praefationeque, *Io. Matthiae Gesneri*, denuo ibidem 1738. 8. typis excusam reliquit. — Nat. 1623.=ɵ. 1676. —vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Io. Georg. Graevius* eius *Justinum* humaniter notat in Praefat. ad *Justinum* suum p. 118. 119. *Praefat.* & *Epist. Fabricii.* — *Morhofius* I. *Polyb. Literar.* c. XXI. §. 90. p. 253. L. IV. c. IX. p. 827. Tom. I. & *Polyb. Philos.* L. II. P. II. c. XLV. §. 2. p. 436. Tom. II. — *Crenii Animadvers. Philolog.* Part. I. §. IV. p. 95.=99. Part. II. p. 235. Part. III. p. 95. =98. Part. VIII. p. 72.=93. Part. X. p. 20. et Part. XIV. p. 141. — *Io. Alb. Fabricius* in *Centuria Plagiariorum*, n. LXXV. p. 82. 83. *Opuscul.* — *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. IV. p. 89. 90 & Part VI. p. 122. =124. — *Iac. Georg. de Chaufep. é Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Jean) *Vorstius.* — *Lud. Gvil. Balbornii Spicilegium ad Joannis Vorstii Libellum de Latinitate Selecta*,

 vulgo

vulgo vero neglecta, in *Actis Societatis Latinae Jenensis*, Vol. I. n. XI. p. 181.=208. — *Io. Vorstii Commentarius de Hebraismis N. T. Accessere praeter eiusdem Cogitata de stylo, & de Alagiis N. T. Horatii Vitringae Animadversiones ad Commentarium de Hebraismis N. T. curauit Ioh. Frider. Fischerus, Lipsiae*, 1778. 8.

Ad pag. 520. post *Sheringamum* | 1648. | *Antonius* ANSELMVS, Antwerpiensis, ICtus, et Historicus vrbis patriae, hoc anno primum varia Edicta ducum Brabantiae, Foedera, & pactionum Formulas, (*Placaten*, *Ordonnantien*, *Privilegien*) *Antwerpiae*, fol. quatuor codicibus digessit. Deinde *Codicem Belgicum*, *seu Jus edictale a Principibus Belgarum sancitum e quatuor Tomis edictorum*, *Antwerpiae & Gandavi editis*, *collectum*, itidem *Antwerpiae* 1649. fol. dedit. — Nat. 1588. circiter = ϴ. 1668. — vid. *Io. Fr. Foppens Bibliotheca Belgica*, p. 66. 67. Tom. I.

Ad pag. 528. post *Tollium* | 1650. | *Bartholomaeus* BEVERINVS, Luccensis, Carminum Scriptor, Rhetor, et Historicus, hoc anno scripsit *Saeculum Niveum*, *sive de Nivibus Exquilinis Opusculum*, complectens duas *Orationes*, ac totidem *Jdyllia*, Latinum et Italicum, *Innocentio* X. inscriptum, *Romae*, 1650. 4. tum *Selectiores dicendi formulas ex triumviris Latinitatis Plauto*, *Terentio*, *Arbitro*, *quo simul et Lingvae & morum puritati consulatur*, *Lucae*, 1666. 12. porro *Carminum Libros VII. Fabio Guinisio*, Archiepiscopo Rauennati dicatos, *Lucae*, 1674. 12. Post eius vero mortem editum *Syntagma de Ponderibus & Mensuris*, *in quo veterum nummorum pretium ac mensurarum quantitas demonstratur*, *in gratiam studiosae iuuentutis a Bartholomaeo Beverini collectum*. *opus Posthumum. novissime accessit de Romanorum comitiis Tractatus*, *et nonnullis eiusdem Auctoris lucubrationibus* excerptus, *Lucae*, 1711. 8. cura *Io. Georg. Walchii*, *Lipsiae*, 1714. 8. & cura *Sebastiani Pauli*, *Neapoli*, 1719 8. — Nat. 1629.=ϴ. 1686. — vid. *Jo. Maria Mazzuchelli*, *Scrittori d'Italia*, Vol. II. P. II. voc. (Bartolommei) *Beverini*. p. 1103.=1108.

Ad pag. 531. post *Galanum* | 1650. | *Marcus Aurelius* GALVANVS, Ferrariensis, ICtus, et Philologus Academiae Pisa-

Pisanae, et Patavinae, hoc anno *Tractatum de vsufructu* emisit, repetitum postea *Genevae*, 1676. 4. — vid. *Königii Bibl. Vet & Nov.* voc. — *Nicol Comneni Papadopoli Histor. Gymnasii Patavini*, Tom. I. L. II. c. VII. p. 157. & L. III c XXX. p 272. 273.

Ad p. 536. post *Curcellaeum* | 1650. | *Carolus San-Dionysius*, dominus SAN-EVREMONDIVS, (vulgo: *Charles de Saint-Denis de Saint Evremond*,) primum dux militaris secundarii ordinis, tum Sophista, Philologus, & Satirographus Parisiensis, mox Batavus, tandem Anglo-Britannus, hoc iam anno inclaruisse videtur, propter fabulam comicam, in collegas Academiae Francicae scriptam, (*Comoedie des Academistes pour la Reformation de la Langue Françoise*) argumento vitae *Des-Maesonianae*. ad A. 1643. Quantae varietatis Carmina, Fabulas Comicas, Epistolas, Dialogos, Satiras, disputationes Philosophicas, Obseruationes in Historicos & Poëtas scripserit, documento sint eius *Opera* & *Miscellanea*. Illorum videlicet quinque, horum duobus codicibus absolvitur *editio quinta Amstelaedamensis*, 1739. 8. — Nat. 1613 =θ. 1703. — vid. *Menckeniorum Bibliotheca virorum militia & scriptis illustrium*. n. CCXII. p. 399.—408. — *Freytag Analecta Litteraria*, p. 800. 801. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Charles de Saint-Denis Seigneur de Saint) *Evremond*. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1571.

Ad pag. 542. post *Voisinium* | circa 1650 | *Johannes Christianus* BOINEBVRGIVS, (vulgo: *Liber Baro de Boineburg*) Isenacensis, nobilis Hassus, primum Lutheranus, tum Pontificius, Octoviro imperii Germanici Moguntino a consiliis, omnis eruditionis, & literatorum hominum fautor, quibuscum, veluti cum *Hermanno Conringio*, *Jo. Henrico Boeclero*, *Godofr. Guil. Leibnitio*, *Io. Andr. Bosio*, pluribusque aliis, tum frequentem literarum consuetudinem habuit, vt non mediocris earum Sylloge fieri posset, si undecunque eas quis congerere velit. Non paucas iam illarum ad *Ioh. Conr. Dietericum*, (Professorem Marburgensem) dedit *Rudolph. Martinus* *Meel-*

Meelfuhrerus, *Norimbergae*, 1703. 12. (v. *Act. Erudit.* 1704. p. 74.) alias *Burc. Gotth. Struvius*, in *Collectaneis MScptorum Fasc.* III. p. 1—64. & VIII. p. 29. seq. Tom. I. longe plures illustris *Ioh. Daniel Gruber*, in *Commercii Epistolici Leibnitiani Tomo Prodromo*, qui totus est *Boineburgicus*, Parte I. et II. *Hanoverae*, & *Gottingae*, 1745. 8. — Nat. 1622 =ϴ. 1673. — vid. *Vlricus Obrechtus* in Praefatione ad soceri eius, *Io. Henr. Boecleri Commentationem de Scriptoribus Graecis & Latinis.* — *Moshemius* in *Institut. Histor. Eccles.* Saec. XVII. Sect. II. Part. c. I. §. XVI. (y.) — *Io. Dan. Gruberus* in *Praefatione Tomi Prodromi Commercii Epistol. Leinitiani* x. 4. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1096.

Ad pag. 543. post *Musaeum* | circa 1650. | *Johannes* II. OLEARIVS, Halensis, *Johannis* I. *Olearii*, Halensis Ephori, (Nati 1546.=ϴ. 1623. de quo *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1476.) Filius tertius, vulgo: *Oehlschläger*. Omnes autem *Olearii* duxerunt genus suum a *Jacobo Kupfermanno*, cive Vesaliensi Ducatus Cliviensis, qui cum opificina sua olearius, id est, ore theotisco Oehlschlaeger, esset, hinc filiis et nepotibus suis opportunitatem dedit istud *Kupfermanni* in *Olearii* nomen commutandi. Hic vero *Johannes* II. fuit Theologus, vel Halensis, vel Leucopetrensis, cuius est Interpretatio Biblica, (*Biblische Erklaehrung*,) *Lipsiae*, 1678. sex codicibus euulgata. — Nat. 1611.=ϴ. 1684.) — vid. *Ioh. Mollerus* in *Homonymoscopia*, Sect. II. c. VII. §. 93. p. 707. 708. vbi *Iohannes Olearios* distinxit. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. I. p. 276. 277. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1477.

Ad pag. 552. post *Bucelinum* | 1651. | *Vitus* BERINGIVS, Historiographus regius, Rhetor, & Poëta Hafniensis. Hoc anno *Orationem* habuit de *Historia*, *Hafniae*, fol. Eiusdem quoque est *Oratio in memoriam regis Daniae Friderici III.* & *Gratulatio ad Christianum V. Hafniae*, 1670. fol. vti etiam *Florus Danicus*, *siue Danicarum rerum a primordio regni ad tempora vsque Christiani I. Oldenburgici Commentarius*, *Ottbiniae* 1698. fol. Carmina eius in *Deliciis* Poë-

Poëtarum Danorum leguntur. — Nat. 1617.=ϴ. 1675. — vid. *Baillet Jugemens*, Tom. IV. *Poëtes Modernes*, p. 255. n. 1475. — *David Clement Bibliotheqve Curieuse*, Tom. III. p. 187. 188. (52.) (53.) — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p 1079.

Ad pag. 555. post *Chesium* | 1652. | *Carolus* DATVS, nobilis Florentinus, Philologus, & Poëta Etruscus, hoc anno iam inclaruisse videtur, propter ea, quae *Nic. Heinsius* ad *Christinam*, Sueciae Augustam, scribit *Florentia*, d. x. Sept. 1652. *Habes hic*, inquiens, a *Carolo Dato Epigramma Hetruscum. Est autem ille, quod et alias monui occasione magni inter Florentinos Poëtas nominis. Laudes tuas singulari parat Poëmate*, p. 757. Tom. V. *Sylloges Burm.* Et fortassis iam aliquot annis citius eruditionis suae argumenta dederat, quod idem *Heinsius* in literis ad *Gronovium* A. 1647. datis refert, *Donium morientem Datio curam Scriptorum suorum edendorum mandasse*, p. 193. Tom. III. *Sylloges Burmann.* Eum saltem auctorem habent *Prose Fiorentine raccolte dallo Smarrito*, (Carlo Dati) *Accademico della Crusca*, Vol. I. 1661. 8. Item *Vite de' Pittori antichi*, *Firenze*, 1667. 4. — ϴ. 1675. — *Heinsius* ad *Gronovium* d. xi. Mart. 1676. scribit: *Mors repentina Caroli Dati quanto moerore me confecerit, vix est, vt verbis exprimatur*, p. 409. Tom. IV. *Syll. Burman.* — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Reinesius* in Praefatione ad *Syntagma Inscription.* * 2. pl. 2. — *Bayle Dictionaire*, Tom. II. voc. (Carlo) *Dati*, Professeur en Humanitez. — *David Clement Bibliotheqve Curieuse*, Tom. VII. p. 393.=395. (3.) — *Catal. Biblioth. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1196.

Ad pag. 557. post *Arnoldum* | 1652. | *Jacobus Andreas* CRVSIVS, Hanoveranus, ICtus, Historicus, & Philologus Mindensis, hoc anno primum edidit *Disquisitionem de nocte, eiusque diuisione, commodis, & incommodis nocturnis*, quae deinceps A. 1660. 12. *Bremae* sub titulo: *Commentationis de nocte & nocturnis officiis apud veteres* auctior lucem vidit, ipsa autem in *Alb. Henr. de Sallengre Novum Thesaurum*, Tom. II. immigrauit. Praeterea *de Praeeminentia, Sessione, Praecedentia, & vniuerso iure Proëdrias* disseruit,

Bremae 1664. 4. porro *Opuscula varia* digessit, *Mindae*, 1668. 4. *Ius Statutarium reipublicae Mindensis*, *Mindae*, 1674. 4. et *Witikindum*, ibidem, *Mindae* 1679. fol. descripsit. — Nat. 1636 =☉. 1689. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *I. A. Fabricii Conspect. Thesaur. Lit. Ital.* p. 198.

Ad pag. 560. post *Pastorium* | 1652. | *Aegidius* STRAVCHIVS, minor, *Johannis* maioris Filius, Witebergensis, Theologus Lutheranus, Historicus, Chronologus, & Philologus mox Witebergensis, mox Gedanensis, hoc anno in vulgus emisit *Dissertationem de natali mundi*, *Witebergae*. 4. deinceps nullus paene praeteriit annus, quo non similes disputationes Chronologicas et Historicas euulgaret, tamquam: *De computo Turcico Arabico*, *& Excidii Constantinopolitani anno*, *Witebergae*, 1653. 4. *De Paschatos σαυρωσίμε*, *& quod eidem immediate successit Passionis & Mortis Christi tempore*, *Witebergae* 1653. 4. *De tempore diluvii*, ibid. eod. anno, item *de Anno natiuitatis Abrahami*, *vocationis eiusdem*, *& annis mansionis Israëlitarum in Aegypto*, ibid. eod. anno. *De anno*, ibid. 1654. 4. *De computo Talmudico-Rabbinico*, ibid. 1655. 4. *De computo veterum Romanorum*. ibid. eod. A. *De Epocha mundi conditi*, ibidem 1658. 4. *De anno Ebraeorum Ecclesiastico*, *Witeberg* 1661. 4. *De computo veterum Germanorum* ib. eod. A. Ολυμπικὸν Ἀγῶνα *descriptum Dissertatione Historico-Chronologica*, *Witebergae* 1661. 4. & in *Thomae Crenii Museo Philologico et Historico*, *Lugd. Bat.* 1699. 8. p 365. seq. *De Computo Julio-Constantiniano*, *seu Stilo vetustiori*, ibid. 1662. 4. et *de Computo Gregoriano*, *seu Stilo Novo*. ibid. eodem A. *De Computo sacro LXX. hebdomadum Danielis*. ibid. eod. A. *De Christianismo Senecae*, *Witeb.* 1668. 4. quae repetita est, *Jenae* 1706. 4. *de Jove Hammone*, *Witeb.* 1669. 4. *Dubia Historica & Chronologica*, ibid. 1669. 4. *Breviarium Chronologicum*, ex secunda & tertia recognitione, *Witeberg*. 1675. 12. & 1686. 12. ita *Sleidanum* de *quatuor summis imperiis* stilo suo persecutus est, vsque ad A. C. 1668. *Plaviae Variscorum*, 1677. 12. vt taceam alias eius Dissertationes, tanqvam *de Montano*, *heresiarcha celebri*. *Gedani*, 1680. 4. eidem quoque debetur *Astrognosia Synoptice et Methodice*, additis *Aste-*

Asterismorum & Planetarum Schematibus, *Witeb.* 1694. 12. — Nat. 1632.=0. 1682. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morbofii Polyh. Philofoph.* L. IV. §. 8. p. 467. *Polyhift. Pract.* L. IV. §. 4. 5. p. 512. 513. Tom. II. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. IV. p. 405=410. 412. — *G. Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. I. p. 187. (54.) — *G. Stolle* ad *Heumanni Conspect.* p. 314. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1628. 1629.

Ad pag. 564. poft *Oizelium* | 1652. | *Lambertus* SILVIVS, five SYLVIVS, (vulgo: *Lambert van den Bosch*,) Scholae Dordracenae magifter, Rerum Batauarum Scriptor non admodum certae fidei, vtpote qui ex quotidianis fabulis et rumoribus, Ephemeridibus, Memoriis, fimilibusque chartis pleraque confarcinauit, quem propterea notauit *Bernardus Costerus*, in *Narratione* fua *historica*, (*Historisch Verbaal van den Jare* 1672. *en* 1673. te *Leyden* 1736. 4.) p. 108.=126. item *Petr. Burmannus*, *vilissimum Scriptorem* appellans, ad *Syllogen Epistol.* Tom. IV. p. 201. Interim iam hoc anno *Florum Anglicum*, *Amstelaedami*, 12. nec multo poft *Arcadiam Dordracenam*, *feu res ea in vrbe gestas*, *Amstelaedami* 1663. 12. concinnavit Praeterea *Aquilam Romanum* evolare iuffit: *Eerste Vervolg ofte tweede Deel van den Romeynschen Adelaar*, *handelende van de principaalste Voorvallen in Europa*, *beginnende met den Jare* 1667. *ende eyndigende met het Jaar* 1680. Inprimis vero *Leonis ab Aitzma* Annales civiles et militares ftilo batauo perfecutus eft: (*Historien onses tyds behelzende Saken van Staat en Oorlogh*,) *Amstelaedami*, 1685. fol. duobus codicibus, et *Vervolgh van Saken van Staat en Oorlogh. Amstelaed.* 1688. fol. — vid. *Parfii Index Batavicus*, p. 113. — *Io. Fr. Foppens Bibliotheca Belgica*, Tom. II. p. 797. — *Paquot Mémoires*, Tom. XII. p. 358.=363.

Hactenus APPENDICVLAE Partis III. & IV.

Sequuntur

ANALECTA

ET EMENDATIONES Partis huius V.

Pag. 1. ad CASSINVM. | *G. Stolle* ad *Heumanni Conspect.* p. 489.

Pag. 2. ad LETI. | *G. Stolle* ad *Heumann.* p. 347. — Pag. 3. ad RAYNALDVM. | *Stolle* ad *Heumannum*, p. 330. 331. 1034. — Pag. 5. ad FABRVM. | *Stolle* ad *Heumannum*, p. 354. Cf. *Io. Alberti* in *Praefat.* ad *Hesychium*, Sect. I. §. IX. p. XXIII.

Pag. 6. ad DALLAEUM. lin. 8. | *Genevae* 1672. 4. adde *G. Stolle ad Heumannum*, p. 103. vbi adnotauit, librum *de vsu Patrum* primum Francice, (*de l'Emploi des Peres*) 1631. 8. prodiisse. porro vid. p. 234. 1020. 1032.

Pag. 6. post *Dallaeum* | 1653. | *Paulus* PELISSON*ius*, (vulgo: *Pelisson Fontanier*) Nobilis Biterrensis, (Beziers) Libellorum supplicum Magister, Rhetor, et Poëta Gallo Francus. Hoc anno iam prodiisse dicitur *Histoire de l'Academie Françoise avec un Abregé des Vies du Cardinal de Richelieu*, *Vaugelas*, *Corneille*, *Ablancourt*, &c. *Paris.* 8. quae Historia semel iterumque postea auctior lucem vidit, veluti *Hagae Comitum*, 1688. 12. & *Amstelaed.* 1717. 8. Varii quoque eius versus leguntur in *Recueil des Pieces galantes en Prose, et en Vers de Madame la Comtesse de la Suze, d'une autre Dame, et de Mr. Pelisson, Paris*, 1678. 12. Post eius mortem vulgatae sunt eius *Lettres histориques*, *Paris.* 1729. 8. tribus Tomis. — Nat. 1624. —Θ. 1693. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 49. n. 134. — *Menagiana*, Tom. I. p. 90. T. II. p. 16. 89. 331. T. III. p. 131. — *Bayle Dictionaire*, Tom. III. voc. (Paul) *Pellisson.* — *Morhofius* II. *Polyh. Liter.* c. XIX.

XIX. §. 68. p. 229. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1497.

Eadem pag. post *Pelissonium* | 1653. | *Georgius Adamus* STRVVIVS, Magdeburgensis, pater *Burcardi Gotthelfii*, ICtus, & Philologus Jenensis. Quamquam iam aliquot superioribus annis doctrinae suae argumenta *Helmstadii* ediderat, tamen hoc potissimum anno & iuris Feudalis, & iuris Civilis Syntagmata concinnare coepit, velut *Juris Feudalis*, hoc anno, *Juris prudentiae* vero *civilis*, A. 1665. teste Indice Scriptorum *Georgii Adami Struvii* in calce *Piorum Manium Struvianorum*, sive libelli *de Vita & Scriptis Georgii Adami Struvii*, p. 109. seq. vbi in limine illius vitae eius Imago cernitur. Eiusdem est: *Gothofredi Immo*, *sive Conciliatio legum pugnantium*, *quas Gothofredus verbo Immo arguit*, *Francofurti ad Moenum*, 1695. 4. — Nat. 1619 = ⊖. 1692. — vid. *Künigii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofius* in *Polyh. Practic.* L. VI. Sect. VII. §. 8. p. 585. Tom. II. — *G. Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. III. p 206. (12.) — *Io. Fabricii Histor. Bibliotb.* Part. V. p. 542.=544. — *G. Stolle ad Heumanni Conspect.* p. 378. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1630. 1631.

Pag. 8. ad MORUM | v. *Io. Alberti* in Praefat. ad *Hesychium*, c. IV. p. XV.

Pag. 13. ad PALMERIVM | Cf. *Ioh. Alberti* in Praefat. ad *Hesychium*, Sect. I. §. IV. p XVIII.

Pag. 20. ad BOSSVETVM lin. 30. adde: des *fünften Theils Zweyter Band*, 1772. 8. — Pag. 21. ad eundem lin. 5. Eius quoque est *Expositio doctrinae Catholicae* a *Magno Crusio* recognita, *Gottingae*, 1736. eo consilio, vt lectiones polemicas anti-potificias haberet. Francica autem proprie ille libellus scriptus est dialecto: *Exposition de la doctrine de l'Eglise Catholiqve sur les Matieres de Controverse par Messire Jaques Benigne-Bossuet*, *Conseiller du Roi en ses Conseils*, *Evêqve de Meaux*, *&c. nouvelle edition augmentée de la traduction latine de Mr. l'Abbé Fleury*, *Auteur de l'histoire Ecclesiastiqve avec une Preface historiqve & Critiqve*, *à Paris*. 1761. 8. Commemoratum alicubi vidi

Sculteti, nescio cuius, *Anti-didagma contra Bossuetum*, *Jenae*. 1688. 8. — *G. Stolle* ad *Heumann*. p. 333

Pag. 21. post *Bossuetum* | 1655. | *Laurentius Le* BRVN, Sacerdos Jesuita, & Rhetor Parisiensis, hoc anno edidit *Eloquentiam Poëticam*, *Parisiis*, 4. — 8. 1663. — vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 273. n. 600. Tom. III. p. 62. n. 1078. — *Morhofius* III. *Polyh. Liter.* c. X. §. 33. p. 628. 629. L. VI. c. III. §. 13. p. 983. L. VII. c. I. §. 7. p. 1009. L. VII. c. III. §. 8. p. 1065. Tom. I.

Pag. 23. post *Marollesium* | 1655. | *Marquardus* GVDIVS, Rensburgensis Holsatus, Polyhistor, et Archaeologus primum Gottorpio-Holsatus, tum Danus, ab hoc iam anno coepit inclarescere, argumento literarum *Reinesii* ad eum hoc anno missarum, vid. *Epistolas Gudii* p. 36. 37. Qua industria veteres libros, & monumenta, praesertim Epigraphica contulerit, descripseritque, non eius modo Observationes ad *Phaedrum*, *Valerium Maximum*, et *Corpus Inscriptionum Gruteri*, sed etiam singulare eius *Corpus Inscriptionum* demonstrat. quod vtrumque Corpus, siue Idiographum *Gruteri* cum scriptis eius adnotationibus, siue ipsa eius Sylloge Inscriptionum in Bibliotheca Guelferbytana Ducis Brunsvicensis servari, nullum est dubium, *teste Fabricio Bibl. Latin.* L. IV. c. V. p. 574. Tom. III. *ed.* Hamburg. (nam Lipsiensis editio totum hoc obscuravit) ipsoque auctore *Iacobo Burchardo*, qui hoc interroganti mihi olim coram affirmauit. Quomodo vero vtriusque exemplum ad *I. G. Graevium* peruenerit, *Hesselius* in sua Praefationis maxima farragine, p. 11. aut nesciit, aut dissimulavit. Ait enim: *Illud opus quemadmodum in Graevii manus inciderit, quid attinet dicere? nec si me, seu potius Horatium audias, scire fas est omnia.* Interim plura *Graeviano*, (postea *Burmanniano*, v. *Catalog.* MSc. p. 10. n. 1401.) exempla fuisse videntur, quoniam *Christophorus Woltereckius* a *Joh. Dieterico Wichelsenio*, Medico Glukstadiensi *Gruteri* exemplum acceperat, cui *Anonymus notas Gudii adscripserat perquam diligenter*, vt ipse ait *Woltereckius*, in *Act. Erudit. Supplem.* Tom. V. Sect. I. p. 9. vnde plurimas adnotationes *Gudii*, quas *Graevius* in nova *Gruteri* editione praeter-

termiserat, supplevit, nec dubitare se in fine professus est p. 37. *quin si ipsum Gudianum Exemplar in Bibliotheca Guelferbytana studiose conferatur, Spicilegium vel ex eo solo superfit neutiquam contemnendum.* Vti vero eius *Epistolae* cura demum *P. Burmanni*, *Vltraiecti*, 1697. (v. *Act. Erud.* 1697. p. 139. s.) et *Lugduni Batavorum*, 1711. 4. in lucem protractae sunt, sic *Inscriptionum* eius opus, primum, suasore *Graevio*, a *Iohanne Koolio*, dein qualicunque diligentia & iudicio *Franc. Hesselii* digestum est, *Leovardiae*, 1731. fol. cum mutilo, quo nihil stultius excogitari poterat, indice. — Nat. 1635.=⊖. 1689. — vid. *Io. Frid. Gronovius* in literis ad *Heinsium*, vbi *virum bonum* vocat in *Sylloge Epistol. Burm.* Tom. III. p. 503. — *Jo. Georg. Graevio* dicitur *vir, dignitate, ingenio, & doctrina recondita inprimis huius Saeculi conspicuus, Serenissimo Cimbrorum principi a consiliis* in Praefat. ad *Florum*, p. 86. *Praef.* & *Epist.* ed. *Fabricii.* — *P. Burmannus* in Praefatione *Epistolarum Gudii & Sarravii* — *Morbofius* I. *Polyb. Liter.* c. VII. §. 67. p. 68. 69. c. XXIV. §. 71. p 300. c. XXV. §. 15. p. 313. L. IV. c. VII. §. 9. p. 801. c. XII. § 4. p. 876. 877. (nn) c. XIV §. 26. p. 919. *Tom.* I. — *Io. Alb. Fabricius Bibl. Lat.* L. IV. c. V. p. 760. (m) Tom. I. & p 573. 574. Tom. III. — *Io. Christo. Wolfius* in editione *Phaedri*, *Flensburg.* 1709. *Vindicias Gudianas* contra *Iac. Gronovium* dedit, quam editionem frustra se quaesivisse ait *Burmannus* in Praefatione ad *Phaedrum*, ** 2. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. IV. p. 13 = 15. & Part. V. p. 508. — *G. Stolle* ad *Heumanni Conspect.* p. 352. 353. 365. — *Jos. Bimardus* in *Dissertatione* I. c. VII. *ad. L. A. Muratorii Nov. Thes. Inscript.* Tom. I. p. 32. s. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Marqvard) *Gudius*, du Pays de Holstein. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1290. — De eius Inscriptionum conquirendarum studio & corpore nonnulla satis vulgaria habet *P. Burmannus*, minor, in Praefatione ad *Anthologiam*, p. XXIII. XXIV.

Pag. 25. post *Dickinsonum* | 1655. | *Thomas* STANLEIVS, Cumberloviensis Anglus, Historicus, Philologus, et carminum Scriptor Londinensis, hoc anno *Historiam Philosophiae*

---

phiae, (*History of Philosophy*) primum edidit, *Londini*, quae deinde typis recusa *Londini*, 1687. fol. (v. *Supplement. Act. Erudit.* Tom. II. *Sect.* VIII. p. 356. f.) item ibidem, 1701. fol. (v. *Act. Erudit.* 1702. p. 45.) & in latinum sermonem conversa est, interprete *Godofredo Oleario*, *Lipsiae* 1711. 4. mai. Eiusdem ingenio & opera recognitae sunt *Aeschyli Tragoediae*, *Londini* 1663. fol. — Nat. 1628.=☉. 1687. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Jo. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. VI. p. 280. 281. — *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 363. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Thomas) *Stanley*. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1623.

Pag. 27. ad *Academiam* DUISBURGENSEM | *G. Stolle* Adnotat. ad *Heumannum*, p. 27. — Pag. 29. de CAPELLANO. v. potius ed. Parif. 1715. 12. Tom. I. p. 122.= 125. Tom. III. p. 72. 73.

Pag. 31. post *Chifletium* | *1656.* | *Johannes* DVIATIVS, (vulgo: *Doujat*) ICtus, Philologus, et Historicus Parisiensis, hoc ipso anno *Vitam Johannis Dartis*, eius *Operibus Canonicis*, *Parisiis*, fol. editis, praemisit; quam postea Vitam *Christ. Gottl. Buderus* in *Vitis Clarissimorum ICtorum*, *Jenae*, 1722. 8. a p. 221. repetiit. Simili modo et *Historiam Juris Canonici* (*Histoire du Droit Canoniqve*,) *Parisiis*, 1677. 12. *Historiam Iuris civilis Romanorum*, *Paris.* 1678. 12. & *Vitam Franc. Florentis*, eiusdem *Operum Iuridicorum*, *Paris.* 1679. 4. limini adiectam, & ab eodem *Budero*, in *Vitis doctiss. ICtorum*, p. 205. seq. typis renovatam descripsit, nec non *T. Livium* vel Prolegomenis, de vita, monumentis, stilo, editionibus, & interpretibus, vel *Interpretatione* & *Notis* illustravit, quae omnia leguntur in editione in vsum Delphini, Veneta 1714. 4. Extat quoque eius *Lettre touchant un passage contesté de Tite Live L. VIII. c.* 24. in Ephemeridibus Parisiensibus, (*Journal des Savans*, A. 1685. Decembr. p. 520 =523. — Nat. 1609.=☉. 1688. — vid. *Terrasson Histoire de la Iurisprudence*, Part. IV. §. IX. p. 481. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1209.

Pag. ead. post *Lancelotum* | *1656.* | *Johannes* MABILLONIVS,

VS, Presbyter Benedictinus, Theologus, Historicus, Philologus, & Archaeologus Parisiensis, sub ficto nomine *Eusebii Romani Animadversiones in Librum Praeadamitarum*, *Parisiis*, 8. vulgauit. Nam cum sub hoc nomine *Philippum le Prieur*, s. *Priorium* latuisse putant *Io. Franc. Buddeus*, in *Histor. Eccles.* Period. I. Sect. I. §. X. p 66. et *Frid. Gotth. Freytag*, in *Analectis Litterariis*, p. 672. aliquid humani passi sunt. *Priorius* quidem *Animadversiones* in *libros Praeadamitarum* scripsit, *Paris.* 1657. 8. sed hoc non est vsus nomine, (v. *Catalog. van Goensianus*, Tom. II. p. 18. n. 7507. & 7508.) Postea multis modis de Scriptoribus medii aevi, ritibus sacris, et membranarum fide, auctoritate, scripturaque bene meruit, in lucem proferendo: *S. Bernardi Abbatis Claraevallensis Opera omnia* in VI. Tomos distributa, *Parisiis*, 1667. 8. *Acta Sanctorum Ordinis S. Benedicti*, *Parisiis*, 1668.=1701. folio. Tomis IX. *Vetera Analecta* s. *Collectionem veterum aliquot Operum*, *Paris.* 1675.=1685. *Tomis* IV. 8. quae post mortem eius vna cum *Vita* eius, et aliquot *Opusculis* locupletata iterum prodierunt, *Parisiis*, 1723. fol. vbi primum locum obtinet *Itineris Germanici Descriptio*, sigillatim quoque edita a *Io. Alb. Fabricio*, *Hamburgi*, 1717. 8. Tum praeclarum De *Re Diplomatica* opus, *Paris.* 1681. fol. mai. (v. *Act. Erudit* 1682. p. 129.) cui accessit postea *Librorum De Re Diplomatica Supplementum*, *Lutet. Parisior.* 1704. fol. (v. *Act. Erudit.* 1706. p. 358.) idque totum deinceps insertum novae editioni *Parisiensi*, 1709. fol. mai. porro *Museum Italicum*, s. *Collectionem Veterum Scriptorum*, *Paris.* 1688. 1689. 4. (Journal des Savans 1688. p. 242. et 1689. p. 141.) item 1724. 4. nisi novi duntaxat tituli est ludificatio. Praeterea *Tractatum de studiis Monasticis*, francice primum editum, veluti ex secunda editione *Parisiis*, 1692. 8. duobus codicibus, (*Traité des Etudes Monastiques*) postea latine redditum a *Iosepho Porta*, *Venetiis*, 1705. 4. Item *Epistolam* sub ficto nomine *Eusebii Romani ad Theophilum Gattum de cultu Sanctorum ignotorum*, *Parisiis* 1698. 4. (v. *Act. Erudit.* 1699. p. 107.) typis repetitam cum sigillatim *Vltraiecti*, 1705. 8. tum in *Analectis*. p. m. 554.

Ggggg ed.

ed. *Parif.* 1723. fol. & in *Ouvrages Poſthumes*, Tom. I. p. 213.=295. Tandem *Annales Ordinis S. Benedicti Lutet. Parif.* 1703.=1717. fol. Tomis IV. quibus poſt eius mortem acceſſerunt duo reliqvi V. & VI. ſtudio *Renati Masſuet*, & *Edmundi Martene*, *Pariſis*, 1713. & 1739. fol. Poſt eius autem fata in lucem prodierunt *Opera Poſtuma*, (*Oeuvres Poſthumes de D. Jean Mabillon*, & *ceux de Thieri Ruinart*, *par D. Vincent Thuillier*, *en trois Tomes*, *Paris*, 1724. 4. Cf. *Catalogus omnium Mabillonii Operum*, in limine *Veterum* eius *Analectorum*, ed. *Parif.* 1723. fol. et *Catalogve des Ouvrages de Don Jean Mabillon* in *I. B. L. Osmont Dictionaire Typographiqve*, Tom. I. p. 426. 427. — Nat. 1632.=☉. 1707. — vid. *Eloge du R. P. Dom Jean Mabillon*, in *Mémoires de Trevoux* 1708. Art. 79. p. 993. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 264=266. n. 577. — *Morhofius* II. *Polyb. Liter.* c. VII. §. 40. p. 393. — *Io. Alb. Fabricius Bibl. Graec.* Vol. XIII. p. 828.=831. — *Io. Fabricii Hiſt. Bibl.* Part. VI. p. 528. 529. — *G. Stollii Adnotat.* ad *Heumannum*, p. 358. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Jean) *Mabillon*, Ecrivain de France. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1411.

Pag. 32. poſt *Regium* | 1656. | *Johannes Seobaldus* FABRICIVS, Spirenſis, *Johannis Ludovici* frater natu maior. Hiſtoricus Heidelbergenſis, hoc anno *Manhemium*, et *Lutercam Caeſaream*, *Heidelbergae*, 4. deſcripſiſſe, & *Theatrum Hieroglyphicum* A. 1665. ſtruxiſſe dicitur, ſecundum *Koenigium* l. mox l. Eius quoque eſt *C. Iulius Caeſar nomismaticus*, *ſive Diſſertatio Hiſtorica Dionis Caſſii Scriptoris Graeci ſelectiora commata* .... illuſtrans, *Londini*, 1678. 8. — Nat. 1622.=☉. — *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. p. 493. — *Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. XCIX. p. 85. — *F. G. Freytag Adparatus Litterarius*, Tom. III. n. 169. n. 610.=616.

Pag. 33. ad Adamum OLEARIUM | *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Adam *Olearius*. — Ibidem ad SCHILTERVM | *G. Stolle Adnotat.* ad *Heumann.* p. 376.

Pag.

Pag. 34. post *Stangefol* | 1656. | *Emundus* non *Edmundus* FIGRELIVS, gente Suecus, Historicus, et Archaeologus Vpsaliensis, hoc anno librum singularem *de Statuis illustrium Romanorum*, *Holmiae*, in lucem exire iussit, 8. —— e. 1676. —— vid. *Ioh. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. V. p. 498. — *F. G. Freytag Analecta Litteraria.* p. 338. — *David Clement Bibliotheqve curieuse*, Tom. VIII. p. 323. 324. (43.)

Pag. 35. ad GRAEVIUM | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 354. f. 1029. — Durissima simul & contumeliosissima est accusatio *Johannis Friderici Jugleri* in *Thesibus*, quas vocat *Selectioribus* ad *Dubia de Sectione Debitorum apud Romanos interpretationi Bynckershoekianae opposita*, *Lipsiae* 1741. 4. subiunctis, sic de *Graeuio* nostro iudicantis n. II. *In primo plagiariorum subsellio collocandus iure est Io. Georg. Graevius* V. C. quam post totum illud commorationis Lipsiensis tempus alicubi vellem argumentis approbasset. — Libros suos *Graeuium* Academiae Heidelbergensi testamento legasse auctor quidem est *Biörnståhl* in *Itinere*, Part. V. p. 137. sed haud dubie falsus. v. Adnotat. ad illum locum. (q.)

Pag. 38. ad WICQVEFORTIUM | lin. 5. et *à la Haye* 1677. 12. — lin. 8. *Amsterdam* 1724. & —— addantur *Mémoires sur le Rang et la Preséance entre les Souverains de l'Europe*, *à Amsterd.* 1746. 4.

Pag. 38. post *Vicofortium* (1657.) *Johannes Baptista* VILLANOVA nobilis Laudensis, et Historicus, hoc anno *Laudis Pompeiae*, sive *Laudae* (nunc *Lodi*) *vrbis historiam* Italorum lingua, *Patavii*, Libris IV. exposuit, quam deinde latine a se redditam *Alexander Dukerus Thesauri Italiae*, Tom. III. Parti I. inserendam curauit.

Pag. 39. post *Corneille*, 1657. | *Carolus du* FRESNE*us* dominus CANGII, (vulgo *Charles du Fresne*, Sieur du *Cange*,) Historicus, Philologus, & Archaeologus Parisiensis, hoc anno edidit *Godofredum de Villa Harduini*, (vid. *Fabricius Bibl. Graec.* Vol. VI. p. 762.) tum *Johannis de Joinville vitam S. Ludovici*, *sive IX.* veteri dialecto francica scriptam, *Parisiis* 1668. fol. porro *Johannis Cinnami Histo-*

riam de rebus gestis a Johanne & Manuele Commenis Imperatoribus vna cum *Pauli Poëtae Silentiarii Descriptione Magnae Ecclesiae seu S. Sophiae, Parisiis* 1670. fol. vbi etiam leguntur eius *Notae Historicae et Philologicae* in *Nicephori Bryennii Commentarios*, et *Annae Comnenae Alexiadem* mox quantiuis pretii *Glossarium ad Scriptores mediae & infimae Latinitatis in tres Tomos digestum* in lucem protulit *Lutetiae Parisiorum* 1678. fol. vbi in fine Tomi III. occurrit *Dissertatio de Imperatorum CPolitanorum seu de inferioris aeui, vel Imperii, vti vocant, Numismatibus.* Eaque vera & longe praestantior est editio, atque illa, quam libellio *Francofurtanus* 1681. fol. repetiit, vt vel exemplo Diptychi ostendere me memini in *Diptycho Magni consulis*, p. 24. Ipsum tamen Glossarium nostra aetate insigniter auxerunt Monachi Benedictini e Congregatione S. Mauri, *Paris.* 1733. fol. VI. *Voluminibus* & ad hanc auctiorem *Glossarii Cangiani* editionem, *Supplementum* dedit D. P. Carpenterius, Parisiis 1766. fol. Neque minoris momenti est eiusdem *Glossarium mediae & infimae Graecitatis, Lugduni* 1688. fol. duobus codicibus, vti etiam memoratu digna sunt reliqua eius ingenii monumenta veluti, *Historia Byzantina duplici Commentario illustrata, prior familias ac stemmata Imperatorum, alter descriptionem vrbis CPolitanae continens, Parisiis* 1680. fol. *Zonarae Annales, Parisiis* 1686. fol. duobus Tomis, & *Chronicon Paschale ab orbe condito ad annum vigesimum Imperatoris Heraclii, Parisiis* 1688. fol. — Nat. 1610. — ob. 1688. — vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 263. n. 573. p. 303. 304. n. 641. — *Morhofius* IV. *Polyh. Liter.* c. IV. §. 12. p. 756. c. VIII. §. 11. et 12. p. 812. 813. c. IX. §. 18. p. 827. *Tom.* I. & *Polyh. Pract.* L. IV. c. I. §. 16. p. 519. *Tom.* II. — *Anselmi Bandurii Bibliotheca Nummaria* n. CX. p. 95. — 99. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. III. p. 275. — 284. — *G. Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. V. p. 221. (55.) — *G. Stolle* ad *Heumann.* p. 364. — *Frid. Gotth. Freytag Analecta Litteraria*, p. 347. 348. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Charles du Fresne Sieur du) *Cange.* — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1253.

1253. add. *Mémoire Historique pour servir à l'Eloge de Charles du Fresne Sieur du Cange, et à l'intelligence du plan general de ses études sur l'histoire de France, à Paris*, 1766. 4. (*Journal des Savans* 1767. Tom. XXVII. p. 36.)

Pag 39. 1657. non 1656. PRIORIUS. post hunc ipsum | 1657. | *Johannes Andreas* BOSIUS, Lipsiensis, Historicus, & Philologus Academiae Jenensis, *Thomae Reinesii*, *Nic. Heinsii*, & *Io. Ge. Graevii* amicus. Quamqvam Anno iam 1646. ingenii sui documentum ediderat *Lipsiae* scripta Dissertatione *De veterum adoratione*, 4. tamen ab hoc potissimum anno nominis sui iubar latius spargere coepit, recognito publice *Cornelio Nepote*, cum Indice egregio *Lipsiae*. 8. *Jenaeque* repetito, 1675. 8. Ab illo certe tempore nullus paene effluxit annus, quo non aliquid haud protritae eruditionis in medium proferret: veluti *Dissertationem de Pontificatu Maximo Imperatorum praecipue Christianorum*, *Jenae*, 1657. 4. dignam quoque habitam a *Graevio*, quae eius *Thesauri Antiqvit. Roman.* Tomo V. insereretur. Tum *de Araignoti Dei ad Act. XVII.* 1. *Jenae*, 1659. 4. *De Tiberio*, *Jenae*, 1661. 4. *Exercitationem historicam de clinicis Ecclesiae veteris*, *Jenae*, 1664. 4. Taciti *Vitam Agricolae* cum *commentario M. Zuerii Boxhornii* ex eius recognitione, *Jenae* 1664. 8. De *στεφανοφορία*, *sive coronarum gestatione*, *Jenae*, 1669. 4. *Schediasma de comparanda notitia Scriptorum Ecclesiasticorum*, *Jenae* 1673. 4. a *Thoma Crenio*, in *Tractatu de eruditione comparanda*, L. B. 1699. 4. & *Io. Georgio Walchio*, cum variorum virorum doctorum observationibus, *Jenae* 1723. 8. repetitum. Non pauciora vero in schedis reliquit, quae post immaturam eius mortem passim lucem viderunt, tanquam *Introductio in Notitiam rerum publicarum* cum eius *Dissertatione de Statu Europae*, *Jenae* 1676. 4. *Dissertatio Isagogica de comparanda prudentia civili*, *deque Scriptoribus & libris ad eam rem maxime aptis*, *Jenae*, 1679. 4. quam itidem *Tho. Crenius* typis recudendam curauit. *De prudentia et Eloquentia civili comparanda Diatribe* cura *Georgii Schubarti*, *Jenae* 1699. 4. Eiusdem & *Tho. Reinesii Epistolae mutuae* e scriniis *Gasp. Sagittarii* editae a *Io. Andr. Schmi-*

Schmidio, *Jenae*, 1700. 12. *Petronii Satyricon puritate donatum cum Fragmento Traguriensi & Albae Graecae*, item adnotationibus *e MSc. Io. Andreae Bosii*, *Jenae*, & *Eisenbergae*, 1701. 8. et *Hispaniae*, *Ducatus Mediolanensis*, & *Regni Neapolitani Notitia*, *Helmstadii* 1702. 4.

Nat. 1626.=⊖. 1674.

vid. *Paul. Freheri Theatrum*, Part. IV. p. 1557. 1558. — *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Nic. Heinsius* sic de eo in literis ad *Magliabechium*, Tom. I. p. 182. *Epistol. Clarorum Belgarum*, *post Reinesium*, inquit, *dignitatem artium bonarum ferme solus*, *praecipuus certe tuebatur.* — *Io. Ge. Graevio* dicitur *vir doctissimus*, *& mihi a primis annis* (*eramus enim fere aequales*) *coniunctissimus*, ... *qui multa praeclaraque minabatur*, *& praestitisset*, *nisi acerbo fato nobis esset ereptus*, in Praefatione ad *Tom.* V. *Thes. Antiqv. Rom.* p. 289. Praef. & Epist. ed. *Fabric.* — *Morhofius* I. *Polyh. Liter.* c. VII. §. 44. p. 62. (o.) & 47. p. 63. (p.) Tom. I. *Polyb. Philos.* L. II. P. II. c. XII. §. 4. p. 328. *Polyh. Pract.* L. II. §. 6. p. 494. L. IV. §. 18. p. 521. L. V. §. 20. p. 541. & 32. p. 552. Tom. II. — *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. V. p. 230. 231. 256. — *G. Krantzius* ad *Conringium Saec.* XVII. c. V. p. 216. (5.) — *G. Stollius* in Adnotat. ad *Heumanni Conspectum*, p. 295. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1102.

Pag. 39. lin. 19. ad MOEBIVM | *propagatione* pro vitioso: *propugnatione.* Tertia illius *Tractatus* editio & auctior est, *Lipsiensis* 1685. 4. de qua *Act. Erudit.* 1685. p. 374.

Pag. eadem MORHOFIVS non 1656. sed 1657. — Pag. 40. lin. 16. et ad eumdem *G. Stolle* in Adnotat. p. 295. 998. et 1032.

Pag. 43. post *Du Fresne* | 1658. | *Antonius* FVRETIERIVS, Rhetor, & Lexicographus Gallo-Francus, hoc, ni fallor, anno emisit: *Nouvelle Allegorique où Histoire des derniers troubles arrivez au Royaume d'Eloquence*, à *Paris*, 12. Quid commodi ad emendationem amplificationemque sermonis Francici attulerit, testatur eius Lexicon (*Dictionaire universel*,

verfel, contenant generalement tous les Mots François, tant vieux, qve-modernes, & les Termes des Sciences & des Arts &c. aliquoties editum, cum *Roterodami*, 1690. (v. *Act. Erudit.* 1690. p. 321.) tum *Parifiis* 1695. fol. *Hagae* & *Roterodami* 1701. fol. tribus codicibus, & *Hagae* 1727. fol. quatuor codicibus. Eiusdem quoque funt *Effais de Lettres Familieres fur toutes fortes de fujets, avec un Discours fur l'Art Epiftolaire* &c. *Bruxelles* 1693. 12. & *Furetiana, où les bon mots et les Remarqves d'Hiftoire de Morale, de Critiqve* &c. *à Bruxelles*, 1696. 12. poft eius obitum edita. — Θ. 1688. — v. *Morhofii Polyh.* L. IV. c. IV. §. 13. p. 758. Tom. I. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1258.

Pag. 44. poft *Varillafium* | 1658. | *Balthafar* BEBELIVS, Argentinenfis, Theologus Lutheranus, et Hiftoricus, primum Argentoratenfis, tum Witebergenfis, admodum iuuenis fcripfit *Thefes Philologicas de re nummaria* veterum, item *Disputationes Philologicas de Theologia Gentili ex antiquis nummis eruta*, *Witebergae*, 4. poftea de Hiftoria & antiquitate rei Chriftianae bene meruit, *Differtatione de Aris & Menfis eucharifticis veterum*, *Argentorati*, 1666. 4. & *Antiquitatibus Ecclefiae*, *Argentorati*, 1669.=1680. 4. vulgatis: nec non *Ecclefia Antediluviana vera & falfa*, *Argentorati* 1706. 4. & *Memorabilibus Hiftoriae Ecclefiafticae recentioris*, *Dresdae*, 1731. 4. poft mortem relictis. — Nat. 1632.=Θ. 1686. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Jo. Alb. Fabricius* in Adnotat. ad *Banduri Bibliothecam Nummariam* n. CC. p. 221. 222. (g.) — *G. Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. I. p. 188. (60.) — *G. Stolle* ad *Heumanni Confpectum*, p. 316. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1070.

Pag. 45. poft *Brummerum* | *Fridericus Vlricus* CALIXTVS, Georgii, (de quo in *Analectis* Partis IV. p. 590.) Filius, Theologus Lutheranus Academiae Helmftadienfis, et controuerfiarum patris eius heres. eo iam anno praefatus eft Patris fui *Georgii Calixti Scriptorum in Typographeo Calixtino edendorum Catalogo*, *Helmftadii*. 4. cuius aliquot poft illum annum Theologici argumenti fcripta in vulgus emis-

fa

ſa recenſuit *Io. Fabricius* in *Hiſtor. Bibl.* Part. IV. a p. 313.=316. 321.=323. — Nat. 1622 =⊖. 1701. vid. *Menckeniorum Bibliotheca doctorum militum*, §. XLIX. p. 115. 116. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1127.

Ead. pag. poſt *Hildebrandum* | *Martinus* LIPENIVS, ortu Brandenburgicus, Bibliographus, et Archaeologus cum Stetinenſis, tum Lubecenſis, hoc anno *Diſſertationem de Navigio Salomoneo* & *Diſſertationem Geographicam, de Ophir*, *Witebergae*. 4. edidit, poſtea *Strenarum Civilium Hiſtoriam a prima origine ad noſtra vsque tempora deductam* digeſſit, *Lipſiae* 1670. 4. quam deinceps *Io. Ge. Graeuius* ſuo *Antiquit. Roman. Theſauro*, T. XII. p. 405. dignam eſſe iudicauit. Variis autem quatuor vulgarium omnis doctrinae ordinum *Bibliothecis* eius nihil eſt notius, veluti *Biblitheca Reali Medica omnium materiarum* &c. *Francof. ad Moenum* 1679. fol. *Bibliotheca reali Juridica* &c. ibid. eodem anno fol. quae tamen inſigniter poſtea locupletata eſt, vel ſtudio & cura *Frid. Gotth. Struvii*, *Francof.* & *Lipſiae* 1720. fol. vel opera *Gottlob Aug. Jenichen*, *Lipſiae*, 1736. fol. qui paulo poſt etiam *Supplementa, Emendationes, & Illuſtrationes* duabus Partibus adiunxit, *Lipſiae*, 1742. fol. porro *Bibliotheca Reali Philoſophica omnium materiarum*, Tomis duobus 1682. fol. & *Bibliotheca Reali Theologica*, ibidem duobus Tomis Francof. 1685. fol. — Nat. 1630. =⊖. 1692. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 14. 15. n. 76. — *Morhofius* I. *Polyh. Liter.* c. XVIII. §. 16. p. 200. Tom. I. *Polyh. Pract.* L. VI. Sect. VI. §. 1. p. 579. & L. VII. c. I. §. 3. p. 603. Tom. II. — *Io. Fabricii Hiſtor. Bibl.* Part. III. p. 175.=177. — *G. Stolle* ad *Heumannum* p. 942. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1394.

Pag. 47. ad WEDELIUM | *G. Stolle* ad *Heumann.* p. 457. 458.

——— poſt *Wedelium* | 1658. | *Erhardus* WEIGELIVS, Weida-Nordgavienſis, Mathematicus, & Aſtronomus Jenenſis, eo anno Analyſin Ariſtotelicam ex Euclide reſtitutam, Jenae 4. tradidit, teſte *Morhofio* V. *Polyh. Liter.* §. 4.

4. p. 478. *Pancosmum* eius 1671. excusum laudat *Königius Bibl. Vet. & Nov.* voc. et *Tetractyn, Jenae*, 1673. *Io. Fabricius Histor. Bibl.* Part. VI p. 17. — Nat. 1625.=ϴ. 1699. — vid. *Morhofius* II. *Polyh. Lit.* c. VII. §. 11. p. 387. Tom. I. — *Io. Fabricius*, l. l. — *G. Stolle* ad *Heumann.* p. 380. & 908. 909.

Pag. 49. post *Nicolium* | *Renatus* RAPINVS, Turonensis Gallo Francus, Sacerdos Jesuita, Medicus, Rhetor, carminum Scriptor, Philologus, & Philosophus Parisiensis, hoc anno *Eclogas Sacras, Parisiis*, 4. a *Morhofio* VII. *Polyh. Liter.* c. I. §. 13. p. 1016. Tom. I. edidisse dicitur. Plures alias valde vtiles & elegantes scripsit disputationes, librosque, tanquam *Hortorum Libros IV.* cum *Diatribe de cultura hortensi, Paris.* 1661. 4. Comparationem *Thucydidis & Livii, Platonis* et *Aristotelis, Demosthenis* et *Ciceronis, Homeri & Virgilii*, quam novissimam *Ianus Brouckhusius* dicitur de francica latinam fecisse, *Vltraiecti*, 1684. 8. (v. *Act. Erudit.* 1684. p. 559. & Auctores *Chrestomathiae Petronio-Burmannianae*, p. 109. 110.) Porro Animaduersiones Criticas super Philosophia, Dialectica, Metaphysica, Doctrina Morum, Vsu Eloquentiae hodierno, Poëtice, Historia (*Reflexions sur la Philosophie en general* &c.) quae omnes leguntur in eius Operibus (*Oeuvres de R. Rapin*,) à la Haye 1725. tribus codicibus 12. — Nat. 1621.=ϴ. 1687. — Imago eius cernitur in numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. 137. No. III. ad p. 151. f. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. (*Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 11. 12. n. 70. p. 60. n. 174. p. 65. n. 189. Tom. III. p. 63. n. 1081. Tom. IV. *des Poëtes Modernes*, p. 348—354. n. 1537. — *Bayle Dictionaire*, Tom. IV. voc. (René) *Rapin*, Jesuite. — *Morhofius* IV. *Polyh. Liter.* c. XI. §. 14. p. 863. 864. L. VI. c. I. §. 31. p. 956. c. IV. §. 8. p. 989. L. VII. c. I. §. 3. p. 1004. 1005. c. 3. §. 8. p. 1064. Tom. I. *Polyh. Philos.* L. I. c. VII §. 22. p. 43. & L. II. P. II. c. 42. §. 1. p. 429. Tom. II. — *G. Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. V. p. 229. (h.) — *Gibert Jugemens sur les Auteurs de la Rhetorique*, p. 297.=304. Tom. VIII. *Jugemens de Baillet.* — *G. Stolle* ad

ad *Heumannum*, p. 385. — *Freytag Adparat. Litterarius*, Tom. III. p. 709. 710. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1545.

Pag. 51. ad CAPOFERREUM, lin. 7. 8. verum esse quod dixi apparuit mihi postea ex libro Anglico: *A Continuation of the Memorial concerning the Desiderata in Learning*, p. 29. *Bibliothecae Literariae*, *Londini* 1723. 4. No. 3. vbi laudantur: *Io. Guil. Capoferrei Animadversiones in Auctores Classicos*, *Lipsiae*, 1659. 8.

Pag. ead. ad CARPZOVIUM scribendum: *Iohannes Benedictus III. Carpzovius*, *Johannis Benedicti II.* de quo Part. IV. 542. Filius, & *Benedicti I. Carpzovii ICti Witebergensis* Nepos.

Pag. 53. ad FRITZSCHIUM | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 378. 379.

Pag. eadem ad BAXTERVM, lin. 27. *Methodus Theologiae Christianae*, *Londini*, 1681. fol. *Reliquiae Baxterianae*: Mr. *Baxter's Life and Times*, *by Mart. Sylvester*, *London*, 1696. fol.

Pag. 57. post *Catharinum* | circa 1660. | *Samuel* FERMAT, Petri (de quo Part. IV. p. 416.) Filius, Senator Tolosanus, ICtus, & Philologus, circa hoc tempus mihi videtur floruisse, quoniam circa A. 1665. e vita migrasse videtur, argumento eius Elogii in Ephemeridibus Parisiensibus obvii, in *Catal. Biblioth. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1239. Eius enim *Dissertationes* III. prima *de re militari*, *seu de quibusdam legibus Romanis ad vtramque militiam*, *sacram scilicet & profanam pertinentibus*, secunda *de auctoritate Homeri apud ICtos*, tertia *de Historia naturali* cum quibusdam *Carminibus* sub literarum Notis S. F. S. T. hoc est, *Sam. Fermat Senatoris Tolosani*, post eius demum mortem lucem viderunt, *Tolosae* 1680. in *Supplemento Thesauri Novi Iuris civilis Meermanniano*, *Hagae Comitum* 1780. fol. p. 529.=568. repetitae. — vid. illustris *Gerard. Meermannus* in *Conspectu novi Thesauri Iuris civilis*, p. 72. & dignissimus patre filius, vir nobiliss. *Johannes Meermannus*, in *Praefatione* ad *Supplementum Thesauri*, p. VIII. IX.

Pag. 58. ad DU HAMEL | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 392. — Pag. eadem. ad P. LABBEUM | *Pope-Blount*, p. 1050. 1051. *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 339. — Pag. 59. ad RACINIUM, lin. 24. nisi hoc est Elogium *Ludovici Racinii*, filii *Johannis*, de cuius etiam Ludovici vita & scriptis actum est in *Neuen Gelehrten Europa*, Part. XI. p. 632.=650. Ceteroquin *Ludovicus* hic concinnauit *Deux Memoires sur la Vie & les Ouvrages de Jean Racine*, qui Commentarii extant in *Oeuvres de Mr. Louis Racine de l'Academie Royale des Inscriptions et belles Lettres*, ex sexta editione, Amstelaed. 1750. 12. sex codicibus. Opera *Io. Racinii* nouissime descripta typis sunt: Oeuvres de J. Racine avec le commentaire de Boisjermain, *Paris* 1769. 12. VII. codicibus.

Pag. 60. post *Sorbierium* | circa 1660. | *Iohannes Godofredus* HERRICHEN*us*, siue CYRILLVS, quasi ὑποκοριστικῶς *Domnulus*, Philologus, & Poëta graecus Scholae Nicolaitanae Lipsiensis, Praeceptor *Io. Alb. Fabricii*, citius quidem in honorem huius illiusue hominis dignitate conspicui versiculos graecos scripsit, plurimos tamen et maxime ab hoc anno, vt apparebit ex eius *Poëmatibus Graecis & Latinis* ab eius Patrueli *Augusto Herrichen*, *Franco*, *collectis* cum praefatione *I. A. Fabricii*, *Hamburgi*, 1717. 8. — Nat 1629.—Θ. 1705 — vid. *Io Alb. Fabricius Bibl. Graec.* L. III. c. XXIX. p. 740. (*) Vol. II. & L. V. c. 27. p. 556. 557. Vol. VIII. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1313.

Pag. 61. post *Langermannum* | 1660. | *Jacobus* MASENIVS, (vulgo: *Masen*,) Dalensis Juliacus, Sacerdos Jesuita Coloniensis, Historicus, & Rhetor non admodum sani coloris. Etsi superiori anno iam *Palaestram oratoriam & stili Romani*, *Coloniae*, aperuerat, tamen hoc potissimum anno *Artem novam Argutiarum & Epigraphicam* excogitauit, *Coloniae* 12. tum sociatis *Christ. Broweri* operis *Antiquitates et Annales Trevirenses* duobus Tomis, *Leodii*, 1671. fol. conscripsit. Porro *Epitomen Annalium Trevirensium* dedit

Treviris 1676. 8. nec non *Animam historiae* eius temporis, h. e. Historiam Caroli V. & Ferdinandi I. Coloniae eodem anno 4. prodire iussit. — Nat. 1606.=ϴ. 1681. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Baillet Jugemens*, Tom. IV. des *Poëtes Modernes*, p. 276. n. 1498. — *Morhofius* V. *Polyh. Liter.* c. II. §. 4. p. 931. L. VI. c. I. §. 17. p. 949. c. III. §. 3. p. 976. & §. 12 p. 983. c. IV. §. 14 p. 991. L. VII. c. I. §. 7. p. 1009. & §. 17. p 1019. it. c. VII. §. 15. p 1069. Tom. I. — *Gibert Jugemens sur les Auteurs de la Rhetorique*, p. 266.=268. Tom. VIII. *Baillet Jugemens.* — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. IV. p. 270. & Part. VI. p. 512. — *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. IV. p. 270. & Part. VI. p. 512. — *Frid. Gotthilf Freytag Apparat. Litter.* Tom. I. p. CLXXIV. p. 466.=468. — *Ioseph. Hartzheim Bibliotheca Coloniensis*, p. 147. 148.

Pag. eadem post *Masenium* | circa 1660. | *Johannes Godofredus* OLEARIVS, *Godofredi* I. *Olearii*, Ephori Halensis, (de quo vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1476.) Filius natu maximus, & *Iohannis* III. *Olearii*, (de quo Part. V. p. 147.) frater, Halensis Saxo, Theologus Arnstadio-Schwartzenburgicus, & Historicus, cuius inprimis laudatur *Scrinium Antiquarium*, *Halae* 1671. 8. & *Abacus Patrologicus*, *sive Ecclesiae Christianae Patrum*, & *Doctorum Alphabetica Enumeratio*, *Jenae* 1673. 8. — Nat. 1635.=ϴ. 1711. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. (Joh. Gottfridus) *Olearius.* — *Io. Molleri Homonymoscopia*, Sect. II. c. VII. §. XCIII p. 708. — *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. V. p 463.=466. — *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 783. — *Gerdes Florileg. Libr. rarior.* p. 264. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1476.

Pag. eadem post hunc *Olearium* | 1660 | *Johannes Ludovicus* PRASCHIVS, Ratisbonensis, ICtus, Senator, Rhetor, & Philologus hoc anno vel *Phaedri Fabulas*, vel *Notas ad Phaedrum*, *Giessae*, 8. addidisse dicitur. (v. *Fabricii Bibliotb. Lat.* L. II. c. 3. p. 320. Tom. I. & 438. Tom. II.) tum *Mausoleum Ioanni Ottoni Tabori* erexit, *Ratisbonae* 1675. 4. Praeterea *de natura rythmi theotisci*, (*Discours von der Natur des Deutschen Reimes*) disputauit, ibid. 1685. 8.

8. Porro *Organon Latinae lingvae*, ibid. 1686. 8. (vid. *Act. Erudit.* 1688. p. 46.) *Dissertationem de Origine germanica Lingvae latinae*, *Ratisbonae* 1686. 4. (vid. *Act. Erud.* 1686. p. 325.) alteram *Dissertationem* de eodem argumento, ibidem, 1689. 4. (v. *Act. Erud.* 1690. p. 464) item *Facetias*, ibidem 1689. 8. concinnavit. Eius vero *Rostrum*, vel *Praecepta stili latini*, *Jenae* 1702. 12. & de *Latinismis & Barbarismis Commentariolum*, *Jenae* 1704. 12. post mortem in lucem protraxit *Georg. Nicol. Kriegk.* — Nat. 1637.=ϴ. 1690. — vid. *Morbofii* VII. *Polyb.* c. III. §. 8. p. 1065. §. 15. p. 1069. Tom. I. *Polyb. Pract.* L. II. §. 14. p. 499. §. 20. p. 503. L. VI. Sect. I. §. 8. p. 561. Sect. II. §. 3. p. 563. Sect. VI. §. 3. p. 580. Tom. II. Eius in *Phaedrum* Notas laudat *Burmannus* in Praefatione ad *Phaedrum* * 6. — *G. Stolle* ad *Heumanni Conspectum*, p. 361.

Pag. 63. ad Sam. *Pufendorfium* | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 288. & 1025. — Pag. 65. ad SPENERVM | Idem ad *Heum.* p. 312.=314.

Pag. 65. post *Spenerum* | 1660. | *Theophilus* SPIZELIVS, Augustanus, Theologus, Philologus, et Historicus, hoc anno *de re Literaria Sinensium* disseruit, *Lugd. Bat.* 12. postea plures similis argumenti libros in lucem protulit, tamquam *Sacra Bibliothecarum illustrium arcana retecta*, *Aug. Vindelic.* 1668. 8. *Veterum Academiam Iesu Christi in qua XXII. priscae sinceraeque pietatis Professorum Icones & Elogia exhibentur August. Vindelicor.* 1671. 4. *Templum honoris reseratum*, *in quo imagines virorum doctorum exhibentur*, ibidem 1673. 4. *Infelicem Litteratum*, ibidem 1680. 8. *Literatum felicissimum*, *Aug. Vindel.* 1685. 8. — Nat 1639. =ϴ. 1691. — vid. *Könight Bibl. Vet. & Nov* voc. — *Morbofius* I. *Polyb. Liter.* c. V. § 15. p. 37. c. VII §. 21. p. 57. c. XVI. §. 68. p. 184. c. XVII. § 20. p. 191. Tom. I. *Polyb. Pract.* L. V. §. 9 p. 531. §. 13. p 535. & §. 30. p. 551. Tom. II. — *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. V. p. 487.=490. 501. 502. — *G. Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. I. p. 188. (64.) — *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 316. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1621.

Pag. 66. ad SUICERUM | *Stolle* ad *Heumannum*, p. 361. — *Io. Alberti* in praef. ad *Hesychium*, c. IV. p. XV.

Pag. eadem post *Velschium* 1660. | *Erasmus* VINDINGIVS, Zeelando-Danus, Philologus, & Historicus Hafniensis, hoc anno *Dissertationem de Lingvae Graecae & Aegyptiacae affinitatae*, *Hafniae*. 4. emisit, teste *Morhofio*, IV. *Polyh. Literar.* c. V. §. 7. p. 771. postea *Academiam Havniensem in Regibus, Rectoribus, & Professoribus repraesentatam*, *Havniae*, 1665. 4. descripsit. Eiusdem quoque est *Hellen*, *in quo singulorum antiquae Graeciae populorum incunabula*, *migrationes*, *coloniarum deductiones*, rel. *exponuntur*, nusquam editus, nisi in *Iacobi Gronovii Thesauro Antiquitatum Graecarum*, *Tomo* XI. vti etiam *Scymni Chii Orbis Descriptionis* interpretatio latina in *Joh. Hudsoni Geographis Graecis minoribus*, Tomo II. locum invenit. — Nat. 1615. =ɵ. 1684. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc.

Pag. 67. ad *Iohannem* MAURICIUM | *lin.* 14. qua dignitate se abdicauerat, A. 1644. *lin.* 23. circa A. 1667. ibi collocari iussisse marmor *M. Caelii* testatur editor *Epistolarum ad Smetium de castris veteribus*, *Neomagi*, 1783. 8. p. 13. (s.) A quo eodem editore *Epistolarum* de *Fibulis* (vid. Praefat. in fine) *Bergendalensium Antiquitatum* Novam Syllogen expectamus. — Nat. 1604 =ɵ. 1679. de anno fatali v. *Leon. Osserhausium* in *Histor. Belgica* III. IV. 43 Ceterum vid. *Gasparis Barlaei Rerum per octennium* ab A. 1637. ad A. 1644. *in Brasilia & alibi gestarum sub praefectura Comitis Mauritii*, Historia versibus descripta, *Amstel.* 1647. fol. reg. quae postea *Clivis*, 1660. 8 recusa est typis. — Cf. *Björnstähls Reizen*, Part. V. p. 322.

Pag. 69. post *Du Portum* | circa 1660. | *Guilielmus* HILL, Medicus, & Philologus primum Londinensis, tum Gymnasii Dublinensis. Post eius mortem prodiit *Dionysius Periegetes cum Commentario copioso Grammatico ac Geographico*, *Londini*, 1688. 8. — ɵ. 1667.

Pag. 71. ad PEARSONUM, | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 327. — *Io. Alberti* in Praefat. ad *Hesychium*, c. IV.

§.

§. XI. p. XVI. XVII. — Pag. eadem ad BASNAGIUM | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 464. — Pag. 72. ad BURMANNUM, lin. 4. Abrahami Heidani gener. — quam immerito a *Guil. Goesio*, *Pilati iudicis* auctore, prouocatus fuerit, docet eius filius *Petrus* I. *Burmannus* ad *Syllogen Epistolar.* Tom. V. p. 303. (1.) — *G. Stolle* ad *Heumannum* p. 72.

Pag. eadem 72. post *Burmannum* | circa 1660. | *Johannes* CLAVDIVS, (volgo: Mfr. *Claude*,) ortu Aquitanus, Theologus Calvinianus, Philosophus, & Homileta facundus, mox Nemausensis, mox Carantonensis, tandem edicto Nannetensi antiquato Haganus. — Nat. 1619.=ө. 1687. Imago eius in Numo *Musei Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CXXXIII. No. V. ad p. 143. — vid. *Bayle Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jean) *Claude*, Ministre de l'Eglise de Paris. — *G. Stolle* Adnotat. ad *Heumanni Conspect.* p. 320. — *Catal Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1164. & Vol. III. p. 2157.

Pag. 74. ad LIMBORCHIUM | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 434. 435. — Pag. 75. ad MATTHAEUM | Rheno-Trajectinus — Pag. 76. ad SCHELIUM, post lin. 21. item in *Dedicatione*, Tom. VIII. *Thes. Ant. R.* p. 374. lin. 30. post *Hogersius* insere: *Amstelaedami*, 1666. 1669. & 1671. 12. — *Levensbeschryving van eenige voornaame Mannen*, Part. X. p. 261.=278. — Pag. 78. ad SPINOSAM | *Stolle* ad *Heumannum*, p 976. 977. — Pag. 80. lin. 3. 1660. pro 1600. — ad WITSIVM, lin. 9. *Exercitationes sacrae in Symbolum, quod Apostolicum dicitur*, *Franequerae* 1681. 4. (v. *Act. Erud.* 1682. p. 199. — Nat. 1626. non 1636. — *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 433. 434. —— —— Pag. 82. ad MALPIGHIUM | *G. Stolle* ad *Heumanni Consp.* p. 394.

Pag. 79. ad TENNVLIVM non legatur *Ten Uyl*, sed *Ten Nuyl*.

Pag. eadem 82. post *Conteloium* | 1661 | *Johannes Baptista* COTELERIVS, (vulgo: *Cotelier*,) Nemausensis, Theologus Sorbonicus, Historicus, & Philologus Graecus Parisiensis, hoc anno Homilias duas in Psalmum VI. vnam in

in L. & vnam in locum Psalmi XCIV. vulgauit, addita *Chrysostomi* interpretatione *Danielis*, *Parisiis*, 4. (v. *Fabricii Bibl. Graec.* L. V. c. 15. p. 654. Vol. VII.) tum *Patres Apostolicos*, *Parisiis* 1672. fol. edidit, quos deinceps non sine variis Supplementis recudendos curauit *Ioh. Clericus*, *Amstelaedami*, 1698. & 1724. fol. (v. *Act. Erudit.* 1682 p. 135. A. 1687. p. 381. A. 1699. p. 1.) Eiusdem quoque diligentiae debemus *Ecclesiae Graecae Monumenta*, *Parisiis*, tribus Tomis 1677. 1681. & 1686. 4. quibus libelliones vulgo assuere solent tamquam Tomum IVtum, aliam plane & diuersam a *Coteleriana* Syllogen, huius Epigraphes: *Analecta Graeca*, *siue varia Opuscula Graeca hactenus non edita ex MSS. Codicibus eruerunt*, *latine verterunt*, *& notis illustrarunt Monachi Benedictini Congregationis S. Mauri*, *Tomus primus*, (plures enim non prodierunt,) *Lutetiae Parisiorum* 1688. 4. — Nat. 1627.= ☉. 1686 — vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 268. n. 582. — *Io. Alb. Fabricius Bibl Graec.* L. V. c. I. p. 2. Vol. V. — *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. I. p. 46. — G. *Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. V. p. 221. (54.) — *Frid. Gotth. Freytag Analecta Litteraria*, p. 274. 275. — *Catal. Bibl. Bunav* Tom. I. Vol. II. p. 1179.

Pag. 83. post *Galtruchium* | 1661. | *Petrus Daniel* HVETIVS, Cadomensis, (*Caën*,) Episcopus Abrincensis, (*Avranches*) Historicus, Philologus, carminum Scriptor, & Philosophus, a Pyrrhonismo non valde abhorrens, hoc anno dicitur *De interpretatione & claris Interpretibus* librum emisisse *Parisiis*, qui postea *Stadae* 1680. 8. typis repetitus est. Mox non vnum fuit literarum genus, cui non perutilem nauaret operam. Singula eius Scripta secundum annorum seriem hic apponere liceat. Primum de *Origene* insigniter meruit. Eius enim *Commentaria in S. Scripturas quaecunque graece reperiri potuerunt*, partim *primus maxima ex parte in lucem edidit*, partim, *quae iam extabant*, *contulit*, *vniuersa Observationibus illustrauit*, *atque Origeniana*, vbi *Origenis Vita et doctrina excutitur*, *& Scripta recensentur*, praemisit, *Rothomagi*, 1668. fol. Deinde Disputationem de origine Fabularum Milesiarum (*Trai-*

té

té de l'Origine des Romans) cum Fabula Hispanica *Zayde*, *Parif.* 1671. 8. edita, totiesque postea repetita veluti, *Pa-Parisiis* 1693. 12. 1711. 8. sociauit: Porro librorum diuinorum fidem & auctoritatem asseruit *Demonstratione* sua *Euangelica*, *Parisiis* 1679. fol. item *Lipsiae*, 1694. & 1703. 4. Non minus quoque ei laudis pepererunt hi libri & disputationes, tanquam: *M. Manilii Astronomicon in vsum Delphini cum eius ad Manilium et Scaligeri Notas Animadversionibus*, *Parif.* 1679. 4. *Censura Philosophiae Cartesianae*, *Parisiis* 1689. 12. & *Helmstadii* 1690. 4. *Quaestiones Alnetanae*, *Cadomi* 1690. 4. (de quibus videatur *Mollerus* ad *Morhofii Polyhist. Practicum*, L. V. p. 533. (e.) Tom. II.) *Dissertation sur le Parallele des Anciens & des Modernes, où Lettre à Msr. Perrault*, 1692. *Tractatus de Situ Paradisi*, primum latine factus, *Lipsiae* 1694. 12. *De l'origine de Caën. à Rouen* 1702. 8. — *Lettres de Dan. Huet, et Gisbert Cuper sur deux anciennes Inscriptions Grecqves trouvées en Orient*, in *Mémoriis Trevoltinis*, Avril 1704. p. 241. — *Examen du Sentiment de Longin sur ce passage de la Genese*: et Dieu dit qve la lumiere soit faite, in *Bibliotheca selecta Clerici*, Tom. X. p. 211. — *Dissertations sur differents Sujet composées par Mr. Huet, & par quelqves autres Savans, recueillis par Mr. l'Abbé de Tilladet*, *à la Haye*, 1714. 12. *augmentées des Remarqves de Mr. Benoist*, *à la Haye*, 1720. Tomes I. II. — *Lettre sur un endroit des Notes de Jean Hardouin sur le XX. Chap. Liv. VI. de l'histoire naturelle de Pline*, in *Continuatione Salengrii Memoriarum Literariarum*, Tom. X. p. 150. — *Histoire du Commerce, & de la Navigation des Anciens*, *Paris*, 1716. 8. — *Commentarius de rebus ad eum pertinentibus*, *Amstelaedami* 1718. 8. — Post eius vero mortem lucem viderunt *Huetiana*, *Parif.* 1722. 12. multis variique argumenti praeclaris disputationibus referta. nec non *Carmina* eius partim in *Huetianis* ad posteros seruata, p. 401.— 436. partim cum *Franc. Fraguierii* Carminibus iunctim edita, *Parisiis* 1729. 12. partim inter *Poëtarum ex Academia Gallica carmina*, *Hagae Comitum* 1740. 8. euulgata. — Nat. 1631. — ☉. 1721. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.*

voc. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 13. n. 263. Tom. IV. *des Poëtes Modernes*, p. 364. 365. n. 1548. — *Morhofius* I. *Polyh. Lit.* c. IX. §. 29. p. 85. L. VII. c. III. §. 10. p. 1067. §. 16. p. 1069. §. 20. p. 1072. *Tom. I. Polyh. Practic.* L. I. §. 5. p. 484. f. *Tom. II.* — *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. I. p. 82. 83. Part. III. p. 370. Part. IV. p. 30.=33. — *Iac. Bruckeri Hist. Crit. Philos.* Tom. IV. *Period.* III. Part. I. L. III. c. I. §. VII.=XII. p. 552.=574. & in *Append.* f. Vol. VI. p. 774. 775. — *C. A. Heumanni Via ad Hist. Liter.* c. VII. §. II. p. 403. 404. (g.) & (i.) & ad eum *Stolle* in *Adnotat.* p. 298. & 998. — *Mosbemii Institut. Histor. Eccles.* Saec. XVII. Sect. I. §. XXXVII. — *Io. Matthi. Gesnerus* ad *Isagogen*, §. 633. p. 514. Tom. I. vbi *Huetii* vitam appellat suauissimam, & *Romanensis fabulae instar.* item *Scepticismi* eum accusat ad §. 782. p. 87. 88. & 1061. p. 369. Tom. II. — *Frid. Gottb. Freytag Analecta Litteraria*, p. 472. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Pierre Daniel) *Huet*, Ecrivain de France. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1341.

Pag. eadem 83. ad SCUDERY | *Stolle* ad *Heumannum*, p. 1052. — Pag. 84. ad *von* EYBEN | *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1231. — Pag. eadem ad GUICHARDUM | *Anselmi Bandurii Bibliotb. Nummaria*, n. LXXVIII. p. 70. — Pag. 85. ad KIPPINGIVM | *A. Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CXVI. p. 102.

Pag. 86. post *Loescherum* | 1661. | *Jobus* LVDOLPHVS siue LVDOLFVS, Erfurtensis, ICtus, variis Germaniae Principibus, Gothano, Palatino, Saxonico a consiliis, Philologus Aethiops, hoc anno *Lexicon* eius *Aethiopico Latinum* cum *Grammatica* typis *Londinensibus* excusum est. 4. Id ipsum vero *Lexicon Aethiopico-Latinum* pariter atque *Grammatica Aethiopica* rursus lucem vidit *Francof.* ad *Moenum* 1699. & 1702. fol. Porro *Ducem Judaeorum sublatum* Genes. XLIX. 10. Jenae 1674. definire sibi visus est. Tum *Historiam Aethiopicam*, *s. Descriptionem regni Habessinorum, quod vulgo male Presbyteri Ioannis vocatur*, ela-

elaborauit, *Francofurti* 1681. 1691. 1694. tribus codicibus fol. Mox *dissertationem de Locustis in Germania visis cum Diatribe, qua sententia Authoris nova de Selavim seu Locustis, cibo Israëlitarum in deserto, defenditur.* ibidem 1694. fol. emisit. eodemque anno *Lexicon Ambarico-Latinum* cum *Indice Latino, Francofurti ad Moen.* 1694. fol. composuit, quod paulo post secuta est *Grammatica Lingvae Ambaricae, quae vernacula est Habessinorum, Francof. ad Moen.* 1698. fol. nec non *Theatri Orbis (Schau Bühne der Welt) Tomum* I. *Francofurti* 1699. *Tomum* II. 1701. fol. aperuit. *Tomum* vero III. 1713. & IV. 1718. fol. alii addiderunt. — Nat. 1624 =Θ. 1704. — vid. *Könîgii Biblioth. Vet. & Nov.* voc. Iodocus pro Jobus *Ludolfus.* — *Jo. Fabricii Histor. Bibl.* Part. IV. p. 76. 77. — *C. A. Heumanni Via ad Hist. Lit.* c. VI. § XLII. p. 397. & ad eum *Stolle* in *Adnotat.* p. 364. — *Adam. Henr. Lackmanni Annalium Typographicorum Selecta quaedam capita, Hamburgi* 1740. 4. p. 68.=72. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire,* Tom. III. voc. (Job) *Ludolf,* Savant du XVII. Siecle. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1406. — *Ludolfi* huius Schedas et Epistolas in Bibliotheca vrbis Moeno-Francofortanae seruari indicat *Biörnstähl* in *Itinere,* Part. V. p. 201. 204. 210. 211. 241. 242. 246.

Pag. eadem post *Reinesium* | 1661. | *Sebastianus* SCHMIDIVS, Lampertheima Alsatus, Theologus, & Philologus Argentoratensis, hoc anno *Constitutiones Tractatus Talmudici Schabbath et Erubhin* cum *Commentariis Maimonidis* latine vertit *Lipsiae,* aliosque id genus *Tractatus* & *Commentarios,* velut in *Jobum Argentorati* 1670. inprimis *Biblia sacra ex linguis orientalibus in latinam lingvam translata, Argentorati* 1696. dedit. — Θ. 1696 — vid. *Könîgii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Molleri Homonymoscopia,* Sect. II. c. VII. §. 118. p. 720. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. III. p. 335. 336. Part. IV. p. 65.=69. Part. V. p. 335.=337. — *Krantzius* ad *Conringium,* Saec. XVII. c. I. p. 189. (70.) — *C. A. Heumanni Via ad Hist. Lit.* c.

c. VII. § XX. p. 449. (f) *in Exegetica Theologia primanum a plerisque haberi* ait. et *Stolle* ad *Heumannum*, p. 311. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1591.

Pag. 88. ad BOYLE | *G. Stolle* ad *Heumanni Conspect.* p. 288.

Pag. eadem post *Boyle* | 1661. | *Johannes* FELLVS, Episcopus Oxoniensis, Historicus, & Philologus, hoc anno scripsit Vitam Henrici Hammondi, (*Life of D. Henry Hammond*,) *Londini* 1661. 8. Praeterea *Novi Testamenti* Libros omnes graece recognovit, *Oxonii* 1675. 8. & *D. Caecilii Cypriani*, Episcopi Carthaginiensis, *Opera* recensuit & illustrauit, additis *Annalibus Cyprianicis*, *Oxonii*, 1682. fol. — Nat. 1625.=⊖. 1686. vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 260. n. 567. — *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. I. p. 55. f. — *Iac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. II. voc. (Jean) *Fell.* Theologien.

Pag. 89. ad LEIGHIUM | *G. Stolle* ad *Heumannum* p. 363. —— Pag. 90. ad SMETIUM | *Anselm. Bandurii Biblioth. Nummaria* n. XCVIII. p. 85. — Ad hunc Smetium maximam partem pertinent Epistolae nuper editae a *Johanne* & *Gisberto Cornelio*, patre & filio, *In de Betou*, Neomagensibus, qui in Praefatione ad *Gisberti Cuperi de Mercurii*, *Harpocratis*, *aliisque Romanorum Sigillis*, *Neomagi* 1784. 8. p. V. scribunt, post eius obitum 1704. *pretiosissimum numismatum thesaurum*, *supellectilem antiquam*, *lapides literatos*, *& cetera Romanorum & Batauorum monumenta viginti florenorum millibus transiisse in gazam antiquariam Johannis Wilhelmi*, *Electoris Palatini* &c. vnde confici posse putes eum citius quam 1710. decessisse.

Pag. 91. ad PATINVM | imago quoque ante *Imperatorum Romanorum Numismata.* — adde *G. Stolle* in *Adnotat.* ad *Heumann.* p. 355.

Pag. 92. post *Patinum* | 1662. | *Petrus* PETITVS, Parisiensis, Medicus, Philologus, Historicus, & Philosophus, hoc anno *Elogium Gabrielis Madeleneti* eius *Carminibus* praemissum vulgauit, *Parisiis* 12. Tum sub falso nomi-

ne

ne *Marini Statilei* Responsionem ad *Io. Christ. Wagenseilii* & *Hadriani Valesii Dissertationes de Traguriensi Petronii Fragmento*, *Parisiis* 1666. 8. item *Apologiam ad Patres Conscriptos rei publicae litterariae pro Fragmento Traguriensi Lutetiae Parisior.* eod. A. 8. scripsit. Porro *Miscellanearum Observationum Libros IV. Traiect. Rhen.* 1682. 8. mai. *Poëmata*, *Paris* 1682. 8. *De Amazonibus Dissertationem*, *Paris.* 1685. (v. *Act. Erudit.* 1685. p. 390.) et *Amstelaed.* 1687. 8. *De Sibyllis Libros* III. *Lipsiae* 1686. 8. in lucem protulit. Tandem hunc ipsum auctorem habet *Nepenthes Homeri*, f. *de Helenae medicamento* &c. ad *L. IV. Odysseae Traj. Rhen.* 1689. 8. mai. — Nat. 1617.=Θ. 1687. — vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 270. n. 593. Tom. III. p. 66. 67. n. 1085. Tom. IV. *des Poëtes Modernes*, p. 356. 357. n. 1539. — *Morhofius* IV. *Polyh. Liter.* c. XII. §. 10. p. 885. vbi *Marinum Statilium* eumdem esse putat atque *Petrum Petitum*, L. VII. c. I. §. 14. p. 1016. Tom. I. *Polyh. Philosoph.* L. II. P. II. c. XVI. §. 2 p. 348. Tom. II. — *A. Bandurii Bibliotheca Nummaria*, n. CXX. p. 105. f.. — *Iac. Georg. de Chaufepiè Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Pierre) *Petit*, Medecin. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. III. Vol. II. p. 1501.

Pag. 94. ad *Strauchium* | *G. Stolle* ad *Heumann.* p. 377. — Pag. eadem ad POLUM, 1662. non 1661. — Pag. 95. lin. 14. *Perizonium* pro *Perzonium.*

Pag. 97. post HUBERUM | 1662. | *Arnoldus* GEVLINX, non minorum gentium Philosophus Academiae Lugduno-Batauae, hoc anno edidisse dicitur *Logicam restitutam*, tum A. 1665. γνῶθι σεαυτὸν f. Ethicam, in qua eandem opinionem, quam postea *Godofr. Guilielm. Leibnitius de Harmonia praestabilita*, circa A. 1695. reperisse sibi visus est, proponi auctor est *Io. Matthi Gesnerus* ad *Isagogen*, §. 888. p. 222. Tom. II. Eiusdem *Annotata maiora in Principia Philosophiae Renati Des-Cartes* cum *Opusculis* eius *Philosophicis* prodierunt *Dordraci*, 1691. 4. — Θ. 1669. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc.

Pag. 99. ad BALUZIUM | lin. 7. Quae *Miscellanea* typis repetenda curavit *Jo. Dominic. Mansius*, *Lucae*, 1761.

 fol.

fol. — Pag. 100. ad eumdem | *G. Stolle* ad *Heumannum* p. 344. — Pag. 101. ad MONETAM | *Stolle* ad *Heumannum*, p. 766. 767.

Pag. 102. post *Brunnerum* | 1663. | *Iohannes Ludovicus* FABRICIVS, Schafhusio-Helvetius, *Jo. Seobaldi* frater natu minor, Theologus, & Philologus Heidelbergensis, hoc anno *Meditationes* suas scripsit & edidit *Heidelbergae*, 4. Opera eius omnia post mortem demum collegit *Joh. Henric. Heideggerus*, *Tiguri*, 1698. 4. — Nat. 1632.=θ. 1697. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. p. 493. — *Morhofii Polyh. Pract.* L. V. §. 9. p. 532. Tom. II. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. IV. p. 522.=527. — *Gerdes Florileg. Libr. rar.* p. 109. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1234.

Pag. 102. ad HACHENBERGIUM | *Epistola* eius *de rebus ad Labadiam* (sive Johannem Labadium, de quo Part. IV. 448.) *pertinentibus ad Io. Henricum Heideggerum S. Theolog. Doct. et in Gymnasio Turicensi Professorem ex schedis Hottingerianis descripta*, in *Museo Turicensi*, Vol. I. Tom. prior. n. VI.

Pag. 103. post *Hachenbergium* | *Augustus* PFEIFFERVS, Lauenburgensis, Theologus, & Philologus Ebraeus, mox Lipsiensis, mox Lubecensis, hoc anno *Dissertationem* de *Lingva Protoplastarum*, *sive Primaeva* ad *Genes.* XI. 1. item *Exercitationem de Tribaeresio Iudaeorum*, *sive de Pharisaeis*, *Sadducaeis*, *& Essaeis*, *Witebergae*, 1663. 4. euulgauit. tum *Dissertationem* de *Muhammedis Alkurano*, *Witebergae* 4. postea *Criticam Sacram*, *Dresdae* 1680. 8. et *Lipsiae*, 1712. 8. repetitam. *Exercitationem* de *Henocho* 1670. habitam, *Witebergae* 1683. 4. *Lingvae Sanctae usum catholicum oratione demonstratum*, *Lipsiae*. 1685. 4. in publicum emisit. *Opera* eius *Philologica* iunctim prodierunt, *Trai. Rh.* 1704. 4. et *Dubia vexata Scripturae sacrae*, *Dresdae* & *Lipsiae* 1713. 4. — Nat. 1640.=θ. 1698. — vid. *Morhofii Polyh. Practic.* L. V. §. 16. p. 538. Tom. II. — *G. Krantzius* ad *Conringium*, Saec. XVII. c. I. p. 189. (72.) — *G. Stolle* in *Adnotat.* ad *Heumanni Conspect.* p. 311. 312. et 916. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dict.*

Dict. Tom. III. voc. (August) *Pfeiffer.* — *Catal. Bibl. Bun.* I. Vol. II. p. 1507.

Pag. ead. ad SAUBERTUM lin. 6. omissum: Filius.

Pag. 104. post *Wagnerum* | 1663 | *Johannes* BETLENVS, Comes Albensis, et Historicus Cibiniensis, hoc anno edidit *Rerum in Transilvania ab A.* 1629 = 1663. *gestarum, Cibinii,* & *Amstelaedami* 12. — ϴ. 1678. — vid. *Horanyi Memoria Hungarorum et Provincialium*, Part. I. p. 291. 292. et *Petri Pod Magyar Athenas*, voc. *Bethlen János*, p. 37. 38.

Pag. 105. post *Redium* | 1664. | *Manfredus* SEPTALIVS, (vulgo: *Settala*,) *Ludovici*, (de quo Part. IV. 30. & *Anal.* 567.) Filius, Nobilis Mediolanensis, vir rerum naturalium studiosus, de cuius Museo *Paulus Maria Terzagus*, & *Petr. Franc. Scarabellius* bene meruerunt. — ϴ. 1680. — Imago eius in numo Musei *Mazzuchelliani*, Tom. II. Tab. CXXIX. No. 1. ad p. 127. f.

Pag. 107. ad VERELIVM | Eius *Indicem Linguae veteris Scyto-Scandicae, sive Gothicae ex vetustis aeui monumentis maximam partem MSCptis collectum atque opera Olai Rudbeckii editum Vpsaliae*, 1691. fol. rarissimum appellat librum I. I. *Björnstähl* in *Itineris* sui Part. V. p. 69.

Pag. 108. post *Gutbirium* | *Johannes Fridericus* HECKELIVS, Gera-Variscus, Historicus, Rhetor, & Philologus primum Scholae Rudolphopolitano-Schwartzburgicae, tum Plavianae Variscorum, hoc iam anno inclarescere coepit, scripta *Memoria Freislebiana*, Gerae 1664. 4. tum longe maiora ingenii & famae incrementa consecutus est, postquam vulgauerat *Dissertationem Historico-Philologico-Theologicam de habitu regio, Christo in passione a Judaeis in ignominiam oblato, Chemmitii* 1675. 4. *Sciagraphiam Theologorum Euangelicorum vniversalis Historiae luci publicae donandae, Dresdae*, 1678. 4. *Theophili Pistorii Ornithogamelion* (Carmen) *notis marginalibus illustratum, Dresdae* 1678. 4. *Io. Musleri in artem notandi signa ex bonis auctoribus conquisita cum eius Notis, Cygneae*, 1681. 4. *Dissertationem de vltionis quorumdam Theologorum Orthodoxorum agonizantium verbis, Cygneae*, 1682. 4. *Epistolas* ad *Anton.*

ton. Magliabechium ab A. 1683. (v. *Clarorum Germanorum Epistolae* ad *Anton. Magliabechium*, Tomo I. p. 244 = 269.) *Dissertatiunculas II. de statuis*, *Rudolphopoli* 1685. fol. *Dissertatiunculam de Heroibus*, ibidem, 1686. fol. *Dissertatiunculam de annulis veterum signatoriis*, ibid. 1687. 4. *Dissertationem de Tropaeis veterum*, *Rudolphopoli* 1687. 4. *Dissertatiunculam Mythologico-Philologicam de Apolline*, & *Minerva*. ibid. 1688. 4. *Epistolas duas de Constantini duobus Numis*, *Francof.* & *Lipsiae* 1693. 4. *Manipulum primum Epistolarum singularium ab Heroibus inclutis & viris illustribus diverso tempore scriptarum*, *Plaviae Variscorum*, 1695. 8. in primis *Philippi Cluverii Introductionem in vniuersam Geographiam*, . . . *locupletatam additamentis* eius et *annotationibus*, *Amstelaedami* 1697. 4. *Epistolam de obitu Daumii*, in fine *Epistolarum Daumii* ad *Heckelium a Joh. Andrea Gleichio* editarum, *Dresdae*, 1697. 8. (vid. *Act. Erudit.* 1698. p. 373) *Commentationem de Cornu Amaltheae*, *Curiae*. 1700. 4. tandem *Supplementa* ad *Popmam de differentiis verborum*, qvae post eius mortem in lucem exierunt *Lipsiae*, & *Dresdae*, 1708. 8. — ☉. 1700. — vid. *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. III. p. 420. — *David Clement Biblioth. Curieuse*, Tom. IX. p. 368. (19.)

Pag. 111. ad MEIBOMIUM | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 342.

Pag. 112. post *Gregorium* | 1664. | *Thomas* SMITHVS, Ecclesiae Anglicanae Presbyter, Historicus, Philologus, & Biographus Londinensis, (haudquaquam miscendus cum *Thoma Smitho*, Equite aurato, & *Elisabethae* Augustae a manu, de quo *Chaufepié*, *Nouveau Dictionaire*, Tom. IV. voc. (Thomas) *Smith*, Secretaire), noster vero hoc anno *Syntagma de Druidum moribus ac institutis*, *in quo Miscellanea quaedam Sacro-profana inferuntur*, *Londini*, 12. composuit (vid. *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. III. p. 2143.) Nec vni postea literarum disciplinae profuit. Primum enim *Epistolam* de *Ecclesiae Graecae hodierno statu* nec non *Septem Asiae Ecclesiarum*, & *CPoleos Notitiam*, *Oxonii* 1672. emisit, quae iterum, *Londini*. 1676. tertium *Traiect. ad Rhen.* 1694. quar-

quartum ibidem auctius & emendatius cum nova praefatione, *Traiect. Rhen.* 1698. 8. typis recusa est. eique editioni *Inscriptiones Graecae Palmyrenorum*, paulo ante ab *Abrahamo Sellero*, *Londini* 1696. Anglico sermone editae, accesserunt cum *scholiis & Adnotationibus Edwardi Bernardi*, & *Thomae Smithi*, ibid. 1698. 8. Tandem omnia haec scripta non tam repeti, quam nouo duntaxat titulo, vt hodie institorum illorum nimis frequens mos est, prodire iussit libellio Roterodamensis, sub hoc indice: Thomae Smithi Opuscula ex *itinere ipsius Turcico praecipue enata: Sive Septem Asiae Ecclesiarum & CPoleos Notitia*, item *Epistola de Statu hodierno Ecclesiae Graecae*: nec non *Inscriptiones Graecae Palmyrenorum cum ipsius & Eduardi Bernardi Scholiis & Annotationibus* iunctim edita, *Roterodami* 1716. 8. Porro debemus ei *Zosimi Historiae-Novae Libros VI.* Graece & Latine cum adnotationibus recognitos, *Oxonii* 1679. 8. *Guil. Camdeni Epistolas* cum eius vita, *Londini*, 1691. 4. *Catalogum Librorum MSC. Bibliothecae Cottonianae* cum vita *Roberti Cottoni*, *Oxonii*, 1696. fol. *Roberti Huntingtonii Epistolas* cum eius de *Vita, studiis, peregrinationibus & obitu Rob. Huntingtoni*, *Londini*, 1704. 8. *Vitas quorumdam eruditissimorum virorum*, *Londini* 1707. 4. *Collectanea de Cyrillo Lucario Patriarcha CPolitano*, *quibus accessere de Veteris Ecclesiae Graecae Hymnis Commentationes duae*, *Londini*, 1707. 8. — Θ. 1710. — vid. *Io. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. V. 232. *Frid. Gotth. Freytag Analecta Litteraria*, p. 870. 871.

Pag. eadem ad HOGERSIUM | 1664. non 1665. — Pag. 114. ad BRANTOME | lin. 19. item Londini 1779. 12. XV. codib. — lin. 24. scribendus DE CHALES, non DES CHALES, Camberiensis Sabaudus. — *G. Stolle* ad *Heumann.* p. 909. 910. — Pag. 116. ad COLOMESIUM | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 1002.

Pag. 118. post *Vignerium* | circa 1665. | *Erasmus* BARTHOLINVS, Gasparis I. filius, Medicus, & Philologus Hafniensis, hoc anno *de Cometis* scripsisse dicitur. Ei certe in acceptis referimus *Quaestiones Academicas*, *Hafniae*, 1674. 4. *Damiani Philosophi & Heliodori Larissaei de Opticis Libros* II. graece

& latine editos, *Parisiis* 1680. 4. Nat. 1625.=⊖. . . . . — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofius* II. *Polyb. Lit.* c. III. §. 12. p. 339. L. VI. c. III. §. 6. p. 979. *Tom.* I. *Polyb. Philos.* L. II. P. I. c. II. §. 11. p. 156. et L. II. P. II. c. XXVI. §. 9. p. 396. Tom. II. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1063.

Pag. eadem post *Buxtorfium* | *Daniel* HARTNACCIVS, quasi imitetur vocabulum theotiscum: *Hartnäkkig*, Pomeranus, Ludimagister Erfurtanus, postea impotentis animi Theologus, hoc anno *Francisci Sanchez Tractatum de multum nobili & prima vniuersali scientia, quod nihil scitur*, repetiit, & refutauit, *Stetini*. 12. tum nonnulla alia scripsit, veluti: *Consilium de Methodo Historiae veterum Germanorum* &c. *Erachten von Einrichtung der alten Teutschen und neuen Europaeischen Historien*, *Zelle*, 1688. 8. item Bibliothecarium studiosae inuentutis, *Anweisender Bibliothecarius der studirenden Jugend*, *Hafniae*, 1690. 8. *Epistolas ad Familiares in vsum studiosae iuuentutis selectas CVI. Schlesvigae*, 1698. 8.—⊖. 1708.—vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *Morhofius Polyb. Philosoph.* L. I. c. VI. §. 3. p. 31. 32. *Tom.* II. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. V. p. 264.=268.

Pag. 119. ad MASTRICHTIUM | *G. Stolle* ad *Heumann.* p. 500. 501. — Pag. 120. ad TRIBBECHOVIUM. — *Io. Fabricii Hist. Bibliotb.* Part. IV. p. 438. 439.

Pag. 120. post *Tribbechovium* | 1665. | *Thomas* MARESCALLVS, Leicestriensis Theologus, & Philologus, mox Dordraceno-Batavus, mox Glocestriensis Anglus. Hoc anno primum *Euangeliarium Gothicum Observationibus* eius illustratum *Dordraci* prodiit, deinde typis repetitum, *Amstelaedami* 1684. 4. — Nat. 1621 =⊖. 1685. — vid. *Io. Fabricii Hist. Bibl.* Part. IV. p. 18. & 21. — *Jac. Georg. de Chaufepié Nouveau Dictionaire*, Tom. III. voc. (Thomas) *Marschall*, Theologien.

Pag. 121. ad NEWTONUM | *Stolle* ad *Heumannum*, p. 492. & 908. — *Jacob van Vaassen* in *Animadvers.* ad *Fastos sacros*, p. 45. eum vocat *magnum & ingens Britanniae suae, totiusque Philosophiae reformatae ornamentum.* Vbi eius librorum scriptorum Sylloge reperiatur, indicavit *Biörnståhl*

in

in *Itinere*, Part. III. Sect. II. p. 279. 280. qui etiam ex ore doctiss. *Fonteinii* nonnulla de eo singularia refert, Part. VI. p. 428. —— pag. 121. ad SPENCERVM, lin. 29. *Cantabrigiae*, 1685. fol. —— Pag. 122. ad SPENCERUM. | *Stolle* ad *Heumannum* p. 356. —— Pag. eadem ad RUYSCHIUM. | Idem *Stollius* ad *Heumannum* p. 454. —— Pag. 123. ad Academiam KILONIENSEM | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 284. —— Pag. 129. ad TROESTERUM, lin. 1. idque nunc tanto certius mihi constat, postquam *Samuelis Silabi*, Transilvani, discipuli mei per aliquot annos egregii, nunc amici integerrimi opera et beneficio utriusque libelli compos factus sum. —— Pag. 130. ad *Maiorem* | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p 25. eum decessisse ait 1698.

Pag. 131. post MAIOREM | *Johannes* REISKIVS, Gera-Variscus, Historicus, & Philologus Guelferbytanns, hoc anno *Exercitationem Philologicam de Sadducaeis* defendit Jenae. 4. tum *Dissertationis de rei literariae per Europam statu praesente*, Partes IV. in publicum emisit, *Luneburgi* 1673. 1674. 4. Praeterea *De Imaginibus Iesu Christi*, *Jenae*, 1685. 4. disseruit, item *Exercitationes de Vaticiniis Sibyllinis, pluribusque quotquot Christi natalem praecessisse leguntur ad Is. Vossii Libellum conscriptas* dedit. vbi accessit *de numis duobus Sibyllinis Dissertatio*, *Lipsiae* 1688. 8. (v. *Act. Erudit.* 1689. p. 137.) porro sub ficto *Iani Rutgersii* nomine, *De orbe stagneo, aut numo potius adulterino, seu reprobo Antinoi ad Io. Henr. Eggelingium Epistolam e Parnasso per scribas nunciosque publicos MDCXVIII. exaratam Bremamque perlatam* vulgauit, *Francof.* 1699. 4. & tandem *Philippi Cluverii Introductionem ad Geographiam* supplementis illustravit. — Nat. 1641.=Θ. 1701. — vid. *Placcii Theatrum Anonym. & Pseudonym.* p. 476. n. 1904. — *A. Bandurii Biblioth. Nummaria*, n. CXXVII. p. 109. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. III. p. 420. — *Stolle* ad *Heumannum*, p. 372.

Pag. 132. ad SECKENDORFIUM | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 341. — Pag. 133. ad WAGENSELIUM | *G. Stollii* Adnotat. ad *Heumannum*, p. 297. — Pag. eadem ad PARKERUM | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 393.

Pag. 135. post *Thomassinum* | 1667. | *Johannes* LASSENIVS, ex Lassinskiorum nobili Polonorum gente, Waldaviensis Pomeranus, Theologus Lutheranus, & Historicus mox Berolinensis, mox aliorum locorum, tandem Hafniensis, hoc anno, Consilium optimae & facilis viae ad Theologiam, aliasque bonas artes, theotisce, (*Bedenken, welchergestalt die Jugend durch richtige und kurtze Lehr-Art zu der Fundamental-Wissenschaft Christlicher Religion, und anderer freyen Kunste könne gebragt worden,*) *Hamburgi*. 4. dedit. — Nat. 1636.=ϴ· 1692. — vid. *Jo. Fabricii Histor. Biblioth.* Part. II. p. 196. 197. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1382.

Pag. 136. post *Avemannum* | 1667. | *Petrus* AXENIVS, ICtus, Historicus, & Philologus Slesvicensis, hoc anno *Historiam Pacis Pyrenaeae, Lipsiae*, 8. descripsit, quae postea *Isaaci Volmari de Rieden Diario s. Protocollo Actorum publicorum*, *Francofurti* 1710. fol. illata est. *Königius* quidem in *Bibl. Vet. & Nov.* voc. *Notas in Phaedrum* A. 1664. *elaborasse* ait. Sed vereor ne in edendo anni numero errauerit. Nullam certe aliam eius editionem *Phaedri Fabularum* novi, nisi *Hamburgensem*, 1671. 8. e cuius adnotationibus in solum Librum I. scriptis apparet, literarum ei consuetudinem fuisse cum multis Germaniae, Franciae, Italiaeque viris doctis, inprimis *Iohanne Pricaeo*, docto *Apuleii* interprete. — ϴ. 1706. — In effigiem *Petri Axenii* Epigramma *Henr. Muhlii* legitur in *Biblioth. Bremensi* Cl. VI. Fasc. I. p. 207. — vid. *Morhofius* I. *Polyb. Liter.* c. XIX. §. 9. p. 217. 218. c. XXV. §. 5. p. 311. Tom. I. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1054.

Pag. 138. ad HEIDEGGERUM | *G. Stolle* ad *Heumann*. p. 320. 321.

Pag. 142. post *Garnerium* | 1668. | *Bernardus* LAMYVS, Presbyter Congregationis Oratorii, Rhetor, et Mathematicus Gratianopolitanus, & Rothomagensis, hoc anno edidit: *Nouvelles Reflexions sur l'Art Poëtique* &c. *Paris.* 12. Eidem quoque debetur *Apparatus ad Biblia sacra*, *Gratianopoli*, 1687. fol. et *Rhetorica*, (*Rhetoriqve, où l'Art de* par-

parler &c.) ex quinta editione, Genevae 1725. 8. — Nat. 1640.=⊖. 1715. — vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 94. n. 263. — *Gibert Jugemens sur les Auteurs de la Rhetoriqve*, p. 351.=360. *Tom.* VIII. — *Catal. Bibl. Bun.* Tom. I. Vol. II. p. 1377.

Pag. 143. ad KORTHOLDUM | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 311. — Pag. 145. ad LEIBNITIUM | Epistolae aliquot *Godofr. Guil. Leibnitii* ad *Gerardum Meierum*, Professorem Bremensem, ex MSC. in *Symbolis Litterariis Haganis Class.* I. *Fascic.* III. n. V. a p. 613 = 636. — *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 289. —— Pag. 150. ad BORRICHIUM | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 372. 373. 394. — Pag. eadem ad BOURIGNON, | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 1053. — Pag. 151. ad Academiam LUNDINENSEM, | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 284.

Pag. 155. post *Menetreium* | 1669. | *Claudius* PERRALTUS, (vulgo: *Perrault*,) Medicus, Mathematicus, & Architectus, *Vitruvii* interpres Gallo-Francicus, hoc anno scripsit Epistolam de nouo visus inuento, (*Lettre au sujet d'une nouvelle Decouverte de la Vuë*) deinde non modo *Vitruvii*, Epitomen concinnavit, (*L'Architecture de Vitruve, reduite en Abregé par Claude Perrault, à Amsterdam*) 1681. 8. sed etiam integrum *Vitruvium* francice interpretatus, adnotationibus & picturis illustravit, (*Les dix Livres d'Architecture de Vitruve corrigez & traduits nouvellement en François* avec *des Notes, & des Figures*,) ex secunda editione *Parisiensi*, 1684. fol. mai. — Nat. 1613.=⊖. 1688. — vid. *Baillet Jugemens*, Tom. II. p. 271. n. 595. p. 463. n. 972. — *Catal. Bibl. Bunav.* Tom. I. Vol. II. p. 1498. — *Haller Bibliotheca Botanica*, L. VIII. n. 623. p. 532. Tom. I. & *Bibliotheca Anatomica*, Tom. I. L. VI. p. 549=551.

Pag. eadem ad EWICHIUM, | Immo longe citius iam notus fuisse videtur. Sanctis enim Clivorum nonnullas iam ad *Joannem Smetium* dedisse literas A. 1629. 1630. apparet ex illustriorum eruditorum Epistolis *autographis*

de Castris Veteribus, *Neomagi* 1783. 8. p. 1.=21. — Eius vero *Hermanni Ewichii* luculentam vetustissimorum numorum penum in Regis Borussiae Cimeliarchium transisse scribunt Editores *Epistolarum* ad *Smetium de Fibulis Antiquorum*, *Neomagi* 1783. 8. in Praefat. p. 111. —— Pag. 156. ad HANCKIUM | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 346. 668. — Pag. 157. ad SANDIUM | *G. Stolle* ad *Heumann.* p. 339. — Pag. 159. ad SCHURTZFLEISCHIUM, | Idem *Stollius* in Adnot. ad *Heumannum*, p. 347.

Pag. 160. post *Morisonum* | 1669. | *Johannes* LOMEIERVS, Ecclesiastes, Historicus, & Philologus Zutphaniensis, hoc anno edidit *de Bibliothecis Librum singularem*, *Zutphaniae*, 8. qui deinceps *I. A. Schmidii* cura accessit *Collectioni Maderianae* de *Bibliothecis*. — Porro *de veterum Gentilium Lustrationibus Syntagma*, *Vltraiecti*, 1681. 4. variasque vtiles Dissertationes conscripsit *duabus Decadibus Dierum Genialium*, *Daventriae* 1694. & *Zutphaniae* 1696. 8. editis, comprehensas. — ө. 1699. — vid. *Morhofius* l. *Polyh.* c. XVII. §. 14.=16. p. 190. Tom. I. — *Io. Fabricii Histor. Bibl.* Part. V. p. 384.

Pag. eadem 160. post *Veenbusium* | 1669. | *Johannes* WAEYENVS, (vulgo: *van der Waeyen*,) Amstelaedamensis, Theologus, & Philologus Ebraeus, mox Leovardiensis, mox Medioburgensis, mox denique Medioburgo pulsus, Academiae Franequeranae, hoc anno *Epistolam ad Amicum de reconciliatione Gisb. Voetii*, & *Sam. Maresii* scripsit, variis deinceps litibus Theologicis clarus. Non minimam vero ad posteros laudem tulit eo, quod sui praeconem post mortem nactus est magnum *Schultingium*. Nat. 1630.=ө. 1701. vid. Oratio Schultingii iam laudata in *Catal. Bibl. Bunav.* T. I. Vol. II. p. 1687. quae typis repetita est a Cl. Iuris Antecessore *Ioh. Ludov. Vhlio*, in *Schultingii Commentationibus Academicis*. Vol. III. p. 379.=408. — *Emon. Lucii Vriemoet Athenae Frisiacae*, p. 557.=582.

Pag. 161. ad CORNARAM PISCOPIAM | Papadopoli Histor. Gymnasii Patavini, *Tom.* II. L. II. c. LIII. p. 316. 317.

Pag.

Pag. 163. post *le Brun* | circa 1670. | *Stephanus* GAVSSENVS, Theologus Calvinianus, et Rhetor Salmuriensis, hoc anno Dissertationes *de ratione studii Theologici*, *Salmurii*, 8. edidisse dicitur. — vid. *Königii Bibl. Vet. & Nov.* voc. — *G. Stolle* ad *Heumanni Conspect.* p. 325.

Pag. eadem ad QVETIF, | *Stolle* ad *Heumann.* p. 806.

——— post QVETIF | 1670. | *Paulus* RICALTVS, (vulgo: *Ricaut*,) gente Anglo-Britannus, eiusque populi nomine Consul Smyrnensis, non vulgaris Historicus, & Archaeologus, e cuius etiam schedis *Sponius* X. *Miscellan.* p. 357. lapidis titulum publicauit. Hoc autem iam Anno eius Historia Status imperii Ottomannici ex anglico sermone cura *Brioti* versa francice, *Parisiis*, 4. lucem vidit. (*Histoire de l'Etât present de l'Empire Ottoman traduite de l'Anglois par Mr. Briot, à Paris*) 1670. 4. quae non semel typis est renouata, velut, *Parisiis* 1670. 12. & *Amstel.* 1690. 12. aliumque interpretem Francicum nacta est *Bespierium*, (Mr. *Bespier*) *Rouen*, 1677. 12. duobus codicibus. Auctor quoque fuit Historiae trium novissimorum tum Imperatorum Turcicorum, quam itidem francica civitate donauit *Briotus*, (*Histoire des trois derniers Empereurs Turcs depuis* 1623, *jusqv'en* 1677. *traduite en François par Mr. Briot, à Paris* 1683. 12.) vid. *Lengletus du Fresnoy*, in *Catalogo Historicorum*, Tom. IV. p. 300. 301. ed. Paris. 1735. 4. Nec minori laude digna est eiusdem non admodum frequenter obvia hodie Historia Status Ecclesiae Graecae & Armeniacae, (*Histoire de l'Etât present de l'Eglise Grecqve & de l'Eglise Armenienne par Msr. le Chevalier Ricaut, traduit de l'Anglois par Msr. de Rosemond, à Middelbourg.*) 1692. 12. non paucis subinde Inscriptionibus graecis referta. —— Θ. 1700.

Pag. 163. ad Paul. FREHERUM, | *G. Stolle* ad *Heumannum*, p. 1000. — Pag. 164. ad HOFFMANSWALDAV, | *Stolle* ad *Heumann.* p. 387. — Pag. 165. ad ROSENROTH, | *G. Stolle* ad *Heumann.* p. 362. — Pag. 166. ad OTTIVM post verbum apparauit, adde: quod tamen

men *Pagius* valde reprehendit in Praefatione ad *Criticam Baronianam*, §. V. & VI.

